Hoepli
May 03

27384/B

27f10 10023

I III
H

ALBERTI von HALLER.

BIBLIOTHECA

CHIRURGICA.

TOMUS II.

10023

BIBLIOTHECA CHIRURGICA.

QUA

SCRIPTA AD ARTEM CHIRURGICAM FACIENTIA A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. SOCC. REG. BRIT. BOT. FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS II.

AB ANNO MDCCX. AD NOSTRA TEMPORA.

BASILEÆ apud JOH. SCHWEIGHAUSER, & *BERNÆ* apud EM. HALLER.
MDCCLXXV.

Surgery, Bibliography

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO

ILLUSTRI

JOSEPHO MARIAE FRANCISCO

DE LASSONE,

REGINÆ ARCHIATRO,

ARCHIATRORUM COMITI DESIGNATO,

ACAD. REG. SCIENT. SODALI

&c.

JUSTÆ VENERATIONIS ERGO

HOC

SUUM OPUS

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO.

Hoc opere defunctus iterum ad officium redeo, quod credo me Lectoribus debere: monendos enim eſſe cenſeo, quid poſſint a me ſperare, quid expectare nequeant. Dum in hoc Volumine edendo prelum laboravit, PORTALII opus prodiit, quo multi rari libri, mihi non viſi, notantur, gallicæ potiſſimum originis, cujus in ampliſſima urbe copiam vir doctus habuit, ego habere nequivi: eorum titulos lubens ex ejus *Hiſtoria Chirurgiæ & Anatomiæ* decerpſi.

In manus etiam meas rediit ampliſſimus Catalogus Librorum TREWIANORUM, quem olim vir Ill. ad me miſerat, cujus vero pars major caſu quodam, quem fuſe exponere non eſt neceſſe, non fuerat in manubus meis. Ex ea ampliſſima penu plurimum *Bibliothecæ* meæ nuperis Voluminibus acceſſit.

Ita penuria mea aliquantum ſublevata eſt, ut multa tamen deſint, & porro ſint defutura, quæ deeſſe doleo, ſuppeditare nequeo. De multis libris nunquam ne inaudivi quidem, ut minime difficile ſit futurum, præſertim in magna urbe habitanti, ſupplere quæ mihi deſint. Multorum indicia aliqua paſſim reperi in diariis, in catalogis, in aliis operibus biographicis, bibliographicis; eorum titulos quidem dare potui; facile vero fuit mihi, & vix evitabile, paſſim in errores aliquos incidere, in annis editionum etiam potiſſimum, aut in operibus virorum ſimili nomine notorum, gallorum etiam magis, qui nomina propria vix unquam præfigunt. Deinde cum eos libros ne viderim quidem, nullum meum judicium eſt, quod offeram, nulla indicia ejus, quæ quisque ſcriptor propria ſuaque habuerit.

Hæc omnia alii docti Viri, melioribus uſi opportunitatibus, poterunt ſupplere; & cenſuram addere librorum, quos ego ſub aſciam ponere non potui: addent etiam & libros a me omiſſos, & editiones,

nes, in quarum cenſu complendo me non valde curioſum fuiſſe fateor, certe non in verſionibus & editionibus repetitis: cum ſtudium meum potiſſimum in primis editionibus inveſtigandis poſuerim.

Video etiam non ſine dolore, ſed video tamen, in hac Chirurgica Bibliotheca, quæ alia in civitate imprimatur, vitia ſupereſſe bene multa, quæ non potui iterata correctione emendare: repetitos nonnullos libros, corruptos annos. Ut in culpam hanc ægre fero me incidiſſe, ita conabor novis emendationibus facere, ne facile ſimilia in vitia relabar. Minor aliquanto culpa eſt, ſed culpa tamen, cum mihi ſcopus fuerit, cujusque ſcriptoris opera omnia unum ſub titulum colligere, id ipſum tamen non ubique a me eſſe factum: potiſſimum in brevibus commentariolis, quos aliqui ſcriptores in diariis ediderunt: deinde in Academicis diſputationibus. Et iſtas quidem Pariſinas potiſſimum non auſus fui vel ad præſidis nomen referre vel ad baccalaurei, cum nuper demum cuique diſputationi authenticum teſtimonium adſcribatur, vel baccalaurei opus eſſe, vel non eſſe.

Cæterum ut ſpopondi, ita eam ſponſionem repeto; dabo operam, ne unquam me aut favor aut odium ſeducat, ne unquam immeritas laudes iis tribuam, qui eandem mecum opinionem ſecuti ſunt, aut amice de me ſenſerunt; ne eos premam, quorum inimicus in me animus fuit. A prima certe juventute didici, tanti quemque ſcriptorem eſſe æſtimandum, quantum ſui in ſua arte ornanda adtulerit: neque aut concavo quaſi vitro vitia diminuenda, aut convexo augenda. Id facile dederit Lector, ut in univerſum mitiorem ſequar ſententiam, & quoties judicium eſt ferendum, potius aliquantum addam meritis laudibus, quam detraham.

In Practica Bibliotheca, immenſo opere, nunc ſeniles annos inſumo, quæ poterit ad annum 1778. integra prodire, ſi tantum vitæ mihi Deus conceſſerit: otium mihi certe feci, & infirma valetudine in beneficium verſa de Republica manum abſtinui, ut in ſereno quaſi muſarum climate ſenſim tranquillus obmoriar. Ita vale & fave Bern. d. 28. Februar. 1775.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA CHIRURGICA.

LIBER SEPTIMUS.

CHIRURGIA PERFECTIOR.

In *Chirurgicis*, neſcio quomodo factum eſt, ut vix unquam perinde ut in aliis medicinæ partibus magnus aliquis vir eminuerit, qui late poſteros ſequaces habuerit. Quare diviſionis operis aliæ quærendæ cauſæ. PETITUM primo loco poſui inter eos chirurgos, qui minutis & exquiſitis menſuris, & ſubtilibus conſiliis, bonam artem perficere ſunt adgreſſi.

§. DII. FRANCISCUS PETIT.

Academiæ ſodalis, medicus, inciſor accuratus, & medicus ocularius, qua in artis parte plurimum laborem poſuit.

Edidit abſque ſuo nomine *Letre d'un medecin des hôpitaux du Roi a un autre medecin de ſes amis* Namur 1710. 4. *. In epiſtola caſus narrantur vulnerum cerebri, a quibus latus oppoſitum reſolutum fuit, quod quidem phænomenon noſter imputat decuſſatis filis medullaribus, in fiſſura medullæ oblongatæ a dextro latere ad ſiniſtrum tranſeuntibus.

Edidit porro tres *Epiſtolas* a nobis in ſelectarum Tomo V. recuſas. Prima oſtendit, *que le cryſtallin eſt fort près de l'uvée* Paris 1729. 4. *. Cataractas membranaceas rariſſime reperiri, debere capſulam lentis cryſtallinæ opacæ a parte poſteriori incidi decuſſata ſectione, ita lentem exſilire, & in partem anteriorem fundi oculi deponi. *Cataracte barrée*, ubi pars lentis pellucida ſupereſt. Valde accurate menſuræ pro itinere acus in cataracta deponenda.

Reflexions ſur ce que M. HECQUET *a fait imprimer ſur les maladies des yeux* Paris 1732. 4. * etiam 8. In cataracta aquulam lenti circumpoſitam perinde ſupereſſe, ut in ſano oculo. Molles cataractas non feliciter deponi, neque in iis adminiſtrationem ſe tentare.

Lettre 2. concernant des reflexions ſur les decouvertes faites ſur les yeux Paris 1732. 4. * FERRENIUM eamdem adminiſtrationem proponere, quam ipſe doceat. Lentem mollem de capſula inciſa poſterius exſilire, & in poſteriorem oculi cameram deponi.

In *Memoires de l'Academie des Sciences* multa dedit argumenti chirurgici.

A. 1725. agit de cataracta in genere, quam eodem fere modo ait deponi, quem CELSUS dixit. Ut accuratius chirurgi in ea re verſentur, noſter menſuras addit oculi ejusque camerarum. Sedem utique eſſe in lente cryſtallina.

A. 1726. de accurato loco, in quo convenit ad cataractam deponendam, ſcleroticam tunicam perforare, ad lineæ ab ora corneæ diſtantiam, acu oblique antrorſum directa. In omni alia diſtantia cum periculo perforari.

In *Mem.* 1730. cataractam membranaceam nullam dari, præter lentem cryſtallinam, quæ contabuit, & ad ſuam capſulam adhæſit.

A. 1732. experimenta fecit ad rimandas vires medicamentorum, quæ carnes integras conſervant, & quæ eadem ſperat ad hæmorrhagias conprimendas valere. Gummi, ſaccharum, ſpiritus acidi.

BOURDELOTI pontem ad anevryſmata conprimenda ad SCULTETI imitationem fictum eſſe.

§. DIII. A. VALISNIERI.

ANTONIUS VALLISNIERI, vir nobilis, profeſſor Patavinus, potiſſimum hiſtoriæ naturali ſe dedit, reliquas tamen artis medicæ partes paſſim illuſtravit.

Huc referas ejus *conſiderazioni ed eſperienze intorno al creduto cervello d'un bove impetrito* Padoa 1710. 4. *. Cerebrum in os converſum DUVERNEYI eſſe potius inſignem exoſtoſin, qualem ipſe in bove Patavino viderit. De concrementis lapideis in corpore animali variæ adnotationes. De calculis lamellatis boum. Spiritum nitri calculos ſolvere, non ita concrementa oſſea.

In prima *raccolta d'oſſervazioni e d'eſperienze* Venez. 1710. 8. de catella, cui lienem eripuit, de foramine chelæ ſcorpii Africani.

In *raccolta quinta d'oſſervazioni e d'eſperienze*, quæ reperitur in T. operum I. Experimenta de morſu viperarum. Viperam ab alia vipera demorſam non interire, pati tamen. Qui ab ea beſtia demorſus memoriæ jacturam ſit paſſus. De Amelli ſ. Aſteris attici adverſus viperæ & ſcorpii morſum benefica efficacia.

In *Gal. di Minerv.* T. VII. chirurgiam infuſoriam a morſu viperæ feliciter adhibitam recenſet.

In *raccolta d'oſſervazioni varie ſpettanti all' iſtoria medica e naturale*, inque T. III. de veſicas cientium medicamentorum uſu damnoſo. Contra medicamenta venenis vulgo oppoſita. Catellæ evulſus lien. Nullum bufonum pro cibo admiſſorum venenum eſſe. Longobardicæ viperæ non valde nocent. Nihil adverſus earum morſum valere pedra del porco, aut terram D. PAULI. Virus eſſe in ſaliva. Calculus ſublingualis. De medicamentis *defenſivis*. A gula arctata & cartilaginea intercepta deglutitio. JACOBI ANTONII GIACOMINI felix infuſio ſpiritus cornu

cervi in venas hominis a vipera demorſi, redit in *oſſervazioni varie.* Poſt febrem intermittentem funeſtus capitis abſceſſus.

Eſtratti vari d'oſſervazioni.

Calculus circa acum crinalem natus & exciſus, & pluſculi caſus ejus generis. Grandis calculus in laxiori inteſtino equi repertus. Mortes a proſtata tumida, quæ iter urinæ interceperat. Polypus narium ramoſus evulſus. Hypoſpadiæi. Calculi numeroſi de viro expulſi. Calculi per umbilicum editi.

In *Saggio d'iſtoria naturale* aliqua huc referas, ut de ſerpentibus morſu nocentibus, de tarantula, cujus effectus muſica & ſaltatione ſanabiles ad fabulas refert. Ridiculum eſſe, magnetem contuſum ad extrahendá ferramenta imponere.

In *conſulti medici* de ſtranguria calculoſa, de cancroſo linguæ ulcere, de paracenteſi hydropicorum, quam commendat.

In *lettere ſcientifiche* aliqua huc referas, de medicamentis nonnullis chirurgicis, de polypo ut videtur uterino, de morbo diuturno a renis vitio & ureteris infarctu, per inciſionem cadaveris adgnito.

§. DIV. Varii.

Philib. Jondat *Nachricht vom aderlaſſen* Regenſpurg 1710. 8.

J. Peregrini Nuvoletti *ſaggi del buon guſto in çeruſia* 1710. Patav. 1713.

Et *ſaggi di cirurgia.*

C.H.E.D.S.ſive Christ. Henr.Erndl *de itinere Anglico & Batavo relatio* Amſt. 1710. 8. & ſecunda editio 1711. 8.*. Multa huc faciunt. De Ruyschii potiſſimum & Ravii adnotationibus & conſiliis. Ruyschius quidem monet, raro paracenteſin thoracis feliciter ſuccedere, & ſe quidem malle cauſtico medicamento uti. Bis ſe vidiſſe Ravium calculum explorare, deinde ſecare, quam adminiſtrationem minute omnino deſcribit, utebatur eo tempore & itinerario & conductore, faſcias a vulnere abſtinebat (a). Alias etiam viri curationes vidit, & Petri Adriani F. Verduyn labii leporini ſectionem. Amputationem deſcribit, ſed abſque labello.

In E. N. C. *Cent.* X. *obſ.* 75. conſilium de trichiaſi & diſtrichiaſi vitris hæmisphæricis curanda.

In *appendice*, inque itinere Grodnenſi aliquæ curationes chirurgicæ reperiuntur.

Georg Andreas Dieterichs *de cataracta, vom Staar* Weſel 1710. 4. *.

(a) Male eam curationem deſcripſiſſe Bussiere apud Douglas.

§. DV. Disputationes.

J. Sigm. Henninger & Tomman *de paracenteſi abdominis* Argent. 1710. 4. *.

Demeherenc de la Conseillere *de auditu* Utrecht 1710. 4. *. De morbis aurium. De puerorum feroſo fluxu, quo ſuppreſſo epilepſia nata ſit: de otalgia periodica; de otalgia frigida profligata.

Jac. Finkenau *de fonticulorum uſu tempore peſtis* Regiomont. 1710. 4. Boehmer.

Ej. *de ſclopetorum vulneribus* ib. 1716. 4. He.

Georg Emerich *de connubio Aſtreæ cum Apolline* ib. 1710. 4. *. Ægrum caſu, non ex cranii fractura interiiſſe. Apoplexia obierat vaſis cerebri ſanguine plenis.

Ej. *de vulnere lethali in genere* ib. 1711. 4.

Simon Paul. Hilscher, Profeſſor Jenenſis. Ejus pluſculæ ſunt diſputationes.

De fractura cranii cum vulnere ib. 1710. 4. * diarium inſignis curationis.

De incontinentia urinæ ex partu globulis ligneis curanda 1716. 4. * & in ſelectis meis. A peſſo multis annis geſtato urinæ incontinentia & perinæum laceratum. Miſera ſanata eſt, & urina globulis ligneis in vaginam datis conpreſſa.

De artuum amputatione rite adminiſtranda ib. 1718. 4. *. Liquore ſtyptico Dippelii canes ſanaſſe, quibus clavo caput trajeciſſet.

Theoria abortus & partus præcocis ib. 1727. 4. *.

De aneuryſmate ib. 1728. 4.

De fonticulorum natura, uſu & abuſu ib. 1729. 4.

De cura ſtrumarum contactu regio facta ib. 1730.

De procidentia uteri ib. 1730.

De unico in homine rene prægrandem continente calculum ib. 1733. 4. *.

De calculo renum ib. 1734. 4.

De paronychia ib. 1736. 4. Pl.

Æger ſphacelo ſcroti venereo cum febre ſymptomatica acuta conjuncta laborans feliciter curatus ib. 1739. 4. *.

De læſione uteri ab improvida ſecundinarum extractione ib. 1740. 4. *.

De tumore ventris oblongo poſt partum farciminis ſimili ib. 1741.

De abortu a plethora facile repetente ib. 1744. 4.

De cancro mammarum ib. 1746. 4.

De odontalgia ib. 1748.

§. DVI. Diaria.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1710. utcunque huc referas Cl. Geofroi jun. de bezoar tractatum, & porro in a. 1712.

In *Philoſophicarum Tranſactionum* n. 325. utcunque huc facit W. Colbrooke de calculis per anum egeſtis.

James Yonge de fetubus extrauterinis n. 323. an idem p. 438. T. I.

§. DVII. Laurentius Heister.

Francofurtenſis, medicus Caſtrenſis, inde per quadraginta & ultra annos Doctor Academicus, manu curavit, magnamque ſibi eo ipſo labore celebritatem quæſivit, cum præterea mechanico eſſet ingenio, & inſtrumenta neceſſaria perficeret, aut nova inveniret. Inter omnes ſcriptores chirurgicos, hic unus plurimos ſcripſit libros.

De cataracta in lente cryſtallina Altdorf 1711. 4. *. Ipſe ad Brissæi ductum a. 1709. in cadavere humano lentem cryſtallinam opacam vidit.

Diſſ. *de cataracta in lente cryſtallina altera* ib. 1712. 4. *. Ad junioris de la Hire, Littrii & Meryi objectiones reſpondet.

Diſſ. *de cataracta in lente cryſtallina tertia* Altdorf 1713. 4. *. De natura & depoſitione cataractæ. Non eſſe ſquamam, quæ de lente cryſtallina decedat. Glaucomatis inſanabilis exempla. Non videri *accompagnemens* Antonii frequenter locum habere.

Ej. *de amauroſi ſalivatione curata* Altdorf 1713. 4. *.

Ej. *de cataracta glaucomate & amauroſi tractatio* ib. 1713. 8. *. Tres ſunt, quas nuper diximus, diſputationes recognitæ & auctæ, cum addita hiſtoria amauroſeos ſalivatione ſanatæ. Exempla cataractarum membranacearum expendit. Acus cataractarias comparat, laudat Albinianam, Brissæanam præfert.

Ej. *Apologia & uberior illuſtratio ſyſtematis ſui de cataracta, glaucomate & amauroſi contra objectiones* Woolhousii & *Pariſienſis medicorum diarii* ib. 1717. 8. *. Lites, quæ circa ea tempora fervebant, fecerunt ut multo fuſius hic doceantur, quibus nunc compoſitis litibus facile careremus. Cataractam nempe in cryſtallina lente ſedem habere, cataractas veras membranaceas aut nullas dari, aut rariſſime, etſi membranæ in oculo ſubnaſci poſſint. Quatuor epiſtolas Woolhousii hic reperias, quas noſter refutat. Exempla cataractæ ſubito & conſtanter evaneſcentis.

Sic *de vindiciis ſententiæ ſuæ de cataracta, glaucomate & amauroſi, quæ* Altdorfi 1719. 8. * prodierunt. Contra Andryum cenſorem; contra Woolhousii epiſtolas, nuper a C. le Cerf editas. Concedit, aliquando tamen membranas vitio natas cataractæ cauſas eſſe. Denique ad Geisleri epiſtolam diario eruditorum inſertam.

Non ſeparabo SINCERI FIDELIS *kurze critique über des Oculiſten* WOOLHOUSE *Lügen und Schandſchriften zur Defenſion* H. HEISTERS Leipz. 1719. 8. * Aſperum ſcriptum contra CHRISTOPHORUM le CERF & WOOLHOUSIUM. GEISLERI cataractam membranaceam dubiam reddit.

In *Actis* etiam *eruditorum* Lipſ. 1719. Jan. epiſtola exſtat, qua adverſus cenſuram ANDRYI ſe tuetur: eadem in *Vindiciis* recuſa eſt.

Anonyma etiam prodiit, *Defenſion der Ehre und Meinung* D. HEISTERS *wegen des Staars in den Augen wider* WOOLHOUSE Francf. Leipz. 1719. 8.

EJ. *de entero & oſcheocele* diſputat. Altdorf 1713. 4. *.

EJ. *chirurgiæ novæ adumbratio ſ. delineatio* ib. 1714. 4. *. Hiſtoria chirurgiæ, bibliotheca & primæ lineæ.

EJ. *de nova methodo ſanandi fiſtulas lachrymales* Altdorf 1716. 4. *. De ANELLI inſtrumentis & methodo, quam commendat & defendit, & de curationibus nonnullis relatio; quas ea ipſa methodo perfecit. Tentat ſpecillo curare & injectione; ſi minus ſucceſſerit, tunc perforat os unguis: in carie ſola ignem adhibet.

Inde chirurgiæ ambitum totum proprio opere tradidit, Germanice primum Noriberg 1718. 4. 1724. 4. 1731. 4. 1742. 4. 1747. 4. *. 1763. 4. edito, ut quæque editio priori plenior eſſet. Latine vero vertente in latiniſſimum ſermonem FROBESIO, *inſtitutiones chirurgiæ* Amſterdam 1739. 4. * & plenius 1750. 4. *. Neapoli 1759. 4. Editio latina quam germanica multo plenior eſt.

Id opus Anglice redditum eſt, Londin. 1748. 4. 1750. 4. 1761. 4.

Hiſpanice vertente ANDREA GARCIA VASQUEZ, chirurgo regio, Madrit 1747. 1748. 4. 2. vol.

Belgice edente & notas adjiciente HENRICO UYLHOORN Amſterdam 1741. 4. * 1754. 4. Hæ omnes editiones ad primam latinam factæ ſunt.

Gallice vertente PAUL. Avignon 1770. 4. 2. vol. & 8. 4. vol.

Italice 1765. 4.

Pleniſſimum hactenus artis chirurgicæ compendium. Legerat enim & ipſe pene omnia, quæ ad hunc finem ſcripta fuerant, & ſua addiderat, per experientiam nata. Quæ plene ab aliis tractata fuerant, ut PETITI librum de oſſibus, ea fere ſua fecit, & ea ſupplevit, quæ alibi minus perfecta videbantur. Seriem fere inventorum ſolet ſuppeditare, variasque adminiſtrationes & inſtrumenta ab aliis & aliis perfecta: deinde quæ ipſe utiliora vidiſſet, & eſſet expertus, peculiares etiam ſubinde adnotationes adſpergit. Totum ambitum chirurgiæ percurrit. Verum quæ hic bona præſtitit, ea nimis multa ſunt, neque poſſunt a nobis enarrari. De lithotomia pleniſſime egit, & de herniis. Ecce aliqua. Studioſus, cui oſſa facillime luxabantur. Luxatio oſſis naſi a lapſu. Ad fractam claviculam machina ſtannea. Patellam ſecundum longitudinem etiam frangi. Fracturam

ram patellæ ancyloſin facere. Os in articulatione fractum amputationem requirere. Omnino oſſa findi. Fracturam colli femoris vix ſanari. Hydropem articuli ſe ſanaſſe. Ut curetur fungus articuli, incidendo, conſumendo reliquias. Vetuſtum non debere tangi. Parotidem ſe primum exſtirpaſſe. Medicamentum KORTHOLTI in cancro nihil feciſſe. Non continuo ſuturam injiciendam. In fiſtulis contra turundas, melius totas aperiri. Vulnus arteriæ popliteæ vix ſanari; tentari tamen poſſe, num ligare liceat. Arteriam ſemiſectam debere totam reſecari. De comprimenda per anulum ferreum arteria. Vulnera cerebri ſtlopetaria lateralia ſe ſæpe ſanaſſe. Uſtionem MISTICHELLI ſpei non reſpondiſſe. Oſſa audacter urenda. Sæpe ſcarifatione WOOLHOUSIANA ſe uſum, nihil profeciſſe niſi in ophthalmia, ſetaceum fonticulo, ad cataractas, ad ophthalmias præferre. Polypi extracti hiſtoria. Labium leporinum ab agyrtis ſutura accurata ſimplici curari, abſque relictis in vulnere acubus. Ut duplex labium leporinum ſanetur. Bronchotomen debere inſtitui ob illapſa in aſperam arteriam corpora peregrina. Cephalicam venam a minus peritis tutius ſecari. Pro lanceola adverſus elaſtrum. De varietate venarum. In bubonocele non placere ſibi ARNALDI conſilium, qui ſaccum integrum reponit: nam ſæpe inteſtinum adhærere; eſſe ubi gangræna tentetur, aut corruptum humorem contineat. CYPRIANUM latiſſime ſaccum diviſiſſe, tunc gaſtroraphia uſum eſſe. In uno latere bubonocele viſa, in altero hydrocele. Herniam femoralem perraram eſſe. Male in hydrocele uſum medicamenti corrodentis metui; turundam ſuppurantem RUYSCHIUM inmiſiſſe. Se inveniſſe hydrocelen tunicæ vaginalis ſupra teſtem; pneumatocelen nunquam vidiſſe. Non valde probat ſcarifari anulum. Paracenteſin laudat, quando reſpiratio valde patitur, cæterum conpunctos hydropicos vix mortem evitare. De fiſtulæ ani inciſione ſuper ſpecillum ſulcatum RUINGIANA. Non deſperandum ob coccygis cariem. Calculum continuo ſecandum, mora enim augeſcere: ſi educi nequeat, faciendam fiſtulam. In cadavere ſemper collum etiam veſicæ ſecari, ſi RAVIUM ſequaris, eum ſe omnium primum ſecutum. In profunda inciſione facile nobiles partes lædi. SENFIUM feliciſſime operatum eſſe cathetere tenuiori, ſectione largiori. In apparatu alto ſanationem eſſe difficiliorem, eam tamen difficultatem ſuperari poſſe. Non debere tentari poſt 30 annum, neque in veſica parva. Calculos in ſacculo ſub urethra hærentes ſe vidiſſe.

Compendium etiam hujus operis edidit cum titulo *kleine chirurgie*, in quod aliquoties prælegi, Nurnberg 1747. 8.* quo ſimplex adminiſtrationum deſcriptio continetur. Belgice verſum *kort begrip der heelkonde* Amſterdam 1764. 8.

Porro Altdorfi diſputavit *de luxatione & fractura femoris* 1718. 4.* Oſtendit frequentiorem eſſe fracturam.

De ſuperfluis & noxiis quibuſdam in chirurgia Altdorf 1719. 4.* Inſtrumenta, medicamenta, etiam adminiſtrationes.

Fetum

Fetum ex utero matris mortuæ mature exſcindendum eſſe Reſp. DIFENBACH Altdorf 1720. 4. * Exemplum uteri rupti.

De optima cancrum mammarum exſtirpandi ratione notabili caſu illuſtrata ib. 1720. 4. * Hiſtoria curationis propria.

De trichiaſi oculorum Helmſtätt 1722. 4. *.

De morbis adoleſcentium puerorum 1722. 4. * ſi huc facit.

Infantes pro ſuppoſitis a diabolo habitos, vulgo Wechſelbälge, fuiſſe rachiticos 1725. 4. *.

EJ. & de BROKE *de rachitide* 1725. 4.

De kelotomiæ abuſu tollendo ib. 1728. 4. *. Puerum herniotomo eripuit, jamjam manum admoturo, cum nihil in iis partibus eſſet vitii. De curatione, quæ cauſtico fit, exemplum. Una prodiit J. NICOLAS FROBESII narratio de hepatis abſceſſu inciſo, curato, funeſto tamen eventu.

De alto adparatu ſive methodo calculum veſicæ ſuper oſſa pubis extrahendi ib. 1728. 4. * & in meis *ſelectis*. Hiſtoria alti adparatus in Anglia renovati, & a RUNGIO adminiſtrati; tum ab ipſo HEISTERO ter bisque feliciter, & a PROEBISCHIO: & de commodis ejus adminiſtrationis & incommodis diſp. Recta ſcalpella curvis præfert. De curatione, quæ pars eſt difficillima. Utitur ſcalpello in globum terminato. Cruſtæ calculoſæ veſicam obducenti calculum poſſe adhærere.

De anatomes ſublimioris utilitate in medicina & chirurgia Helmſtätt 1728. 4. *. Chirurgum, cum glandem plumbeam excidere vellet arteriam cruralem læſiſſe.

Obſervationes medicæ miſcellaneæ theoreticæ & practicæ Reſp. MOEBIO Helmſtätt 1730. 4. * Multa huc faciunt: in ſcrophuloſo glandulæ caſeoſa ſubſtantia repletæ. Arterias duas brachiales facere, ut abſque periculo arteria ob anevryſma ligari poſſit. Tumor de orbita exſtirpatus, tum glandula maxillaris ſcirrhoſa. Celebris curatio RAMDOHRII, qui inteſtinum gangrænoſum reſectum conpoſuit, filo leviter conſtrinxit, ſic ægrum feliciter ſanavit. Paracenteſeos abdominis exempla. Calculi ab uſu cereviſiæ. Duchſtein in ipſa veſica fracti.

EJ. *de utilitate medicinæ in jurisprudentia* Heimſt. 1730. 4. * Multa ad chirurgiam vulnerum & medicinam forenſem.

EJ. *de chirurgia cum medicina neceſſario conjungenda* Helmſt. 1732. 4. * Antiquitates chirurgiæ. Nunquam a medicina vere ſejunctam fuiſſe. Errores aliqui chirurgorum medicinæ ignarorum.

EJ. *epiſtola de morte* SILII ITALICI *ex clavo inſanabili* Helmſt. 1734. 4. *.

EJ. *de calendario artuum* ib. 1736. 4. *.

EJ. *De anatomes majori in chirurgia quam in medicina neceſſitate* ib. 1737. 4. *.

EJ.

Ej. *de hernia incarcerata ſuppurata ſæpe non lethali* 1738. 4. *. & in *ſelectis* meis. Exemplum ſubito ex decubitu natæ herniæ ventralis. Gravis herniæ incarceratæ & ſuppuratæ felix exemplum. De inteſtinis a lumbricis perforatis, de incarceratis appendicibus minimis. Inciſio feminæ ex gangrænoſa hernia mortuæ.

Ej. *de oſſium tumoribus* 1740. 4. *. De exoſtoſi, pædarthrocace, nodis; gummi ab Heistero ſanatum. De oſſibus molleſcentibus, ſpina ventoſa brachii curata, ſic in ſterno aliisque oſſibus. Cœliaca arteria a gummi eroſa.

Ej. *de arteriæ cruralis vulnere periculoſiſſimo feliciter ſanato* 1741. 4. *. Exemplum curationis, ſanguis faſcia conpreſſus & preſſione, vulnusque ſanatum. Nova machina ad anevryſma continendum, ſcuti genus faſcia adſtringendum. Ob hoc vulnus non continuo artus amputandus.

Ej. *de oſſium vulneribus rite curandis* 1743. 4. * Vulnus quo digitus, & quo cubitus pene totus abſciſſus feliciter ſanatum. Vulnus, quo os a glande plumbea tranſverberatum per linguam & maxillam trajectum, tamen curatum, fuſe.

De labiis leporinis 1744. 4. * conjunctus uſus emplaſtrorum glutinantium, quæ labia adducant vulneris, & ſuturæ circa acus intortæ. Vitta ad labium leporinum. Duplicis ejuſmodi labii curatio, qua ipſe H. defunctus eſt.

De hydrocele 1744. 4. * & *in ſelectis* meis. Signa mali. Ab hernia frequentes colici dolores oriri ſolent, & vomitus: hydrocele fere indolens eſt. Nullas dari hernias ventoſas, & quæ habentur pro eo malo, eſſe veras hernias inteſtinales, utiliter monet. Puerorum hydrocele ſæpe medicamentis poteſt ſuperari. Curatio chirurgica utraque; neceſſe eſſe ſcroti interiorem tunicam totam in pus verti; exemplum curatæ per cauſticum medicamentum hydroceles, quæ curatio male a Garengeoto rejecta ſit. Deinde curatio Ruyschiana, turunda in inciſum ſcrotum data, inuncta cathaeretico. Non ſemper in ſiniſtro latere ſedem habere.

De genuum ſtructura eorumque morbis ib. 1744. 4. * & in meis *ſelectis*. Auctorem ſe dat gener Heisteri Wiedemannus; ſed utique eum experientia ſoceri adjuvit. Sanatæ fracturæ patellæ exemplum, & luxationis ſurſum factæ. Hæc vulnera valde periculoſa, ſtlopetaria etiam potiſſimum, inde caries, gangræna, mors; quare fere amputationem requirunt. A puncturis ancyloſis. Luxatio tibiæ perfecta retrorſum facta: inſigne periculum a vulneribus genu, etiam a levioribus: amputatio neceſſaria femoris, ſi vulnus a ſtlopeto inflictum ſit. Anevryſma arteriæ poplitea; eam noſter vinculo intercipit. Spem ſuam ponit in lateralium ramorum dilatatione, aut in diviſo trunco. Exemplum anevryſmatis ejus arteriæ malo conſilio erodente medicamento aperti. Patellam utique poſſe luxari, & longe ſupra genu ſurſum dari, contra Petitum.

Ej. *de vulneribus machinarum ignivomarum*, auctore, ut ſe vocat, Helmkampfio Helmſtatt 1744. 4. *.

Ej. *de lithotomiæ* Celsianæ *præſtantia & uſu* 1745. 4. * & in meis *ſelectis*. Apparatum parvum a Celso bene deſcriptum, a Gallis contemtum, vindicat, quem

in juvene 19 annorum feliciter exercuerit. CELSI præcepta ſupplet & emendat, laudat adminiſtrationem, quæ cathetere non egeat, quæ facilis ſit & ſimplex, quæ calculum cervici veſicæ impactum ſola expediat, quæ nullam requirat veſicæ dilatationem. Forcipem ad educendum calculum adhibet. Simplicem eſſe, hanc curationem, facilem, nihil valde lædi.

Gallice prodiit, *la methode de tailler au haut appareil & ſes avantages* Paris 1751. 12. * verſa a chirurgo SANCHEZ. Idem præfationem addidit, etiam proceros homines ea adminiſtratione feliciter calculo liberatos vidit. Calculum in Germania rarum eſſe monuit.

De tumoribus cyſticis ſingularibus 1745. 4. * & in meis *ſelectis*. Bona diſp. Tumor ſanguine plenus laryngi vicinus & œſophago, & ſpiritus uſum & deglutitionem morans. Eum HEISTERUS cauſtico lapide eroſum, repetito inciſum, dum fiſtulam ſpiritalem argentea defendebat lamina, ſetaceo trajecto denique ſanavit. Duarum cyſtidum aqua plenarum exempla.

IDEM quærit *an medicus adoleſcens ſit optimus*, R. CRAMER 1747. 4. * Mediam ætatem præfert, & ad hiſtoriam addit chirurgiæ.

EJ. & v. HAGEN *de medico vulneratum curante a ſectione cadaveris non excludendo* Helmſtätt 1749. 4. * Exempla profert longorum malorum, & in quibus chirurgus multa ſit molitus, de quibus non alius medicus præter eum, qui curaverat, mali naturam potuerit divinare. Aliud, ubi HEISTERUS, qui ægrum curaverat, ſolus indicare potuit, arterias & aſperas & leves majores eſſe diſſectas: inque alio perforatum diaphragma.

EJ. *de prolapſu uteri cum inverſione extra partus tempus ex terrore orto* 1750. 4. *.

EJ, *programma, quo iniquum Lipſienſium judicium de nova inſtitutionum chirurgicarum editione latina enervat* 1752. 4. * In lithotomia ſola, inque arte obſtetricia aliqua priori editioni acceſſiſſe monuerat LUDWIGIUS. Noſter oſtendit, multo plura acceſſiſſe.

De apoplexia remediis magis chirurgicis curanda Helmſt. 1752. 4. *.

EJ. & HESSE *de hernia carnoſa, ſ. vulgo ſarcocele dicta* ib. 1754. 4. * & in *meis ſelectis*. Ut ab hydrocele & ab enterocele diſtinguatur. Curatio chirurgica per exempla. Funiculum ſpermaticum lino intercipit, teſtem excidit: in alio maximus in meſenterio purulentus tumor mortem intulit.

De ingente brachii inflammatione, gangræna & ſphacelo feliciter curatis Helmſtatt 1755. 4.

Numeroſæ etiam in *diariis* adnotationes HEISTERI exſtant.

In *E. N. C. Centur.* II. *obſ.* 196 primum exemplum ſedis cataractæ in lente cryſtallina.

Cent. IV. *obſ.* 188 calvaria funeſto eventu charta maſticata perforata.

Obſ. 189 meliceris de ſuperiore palpebra exciſa.

Obſ.

Obſ. 191 pharyngotomus occultus, quem a chirurgo gallo habuit.

Obſ. 193 anus infantis clauſus cum recti inteſtini defectu.

Obſ. 197 lien cani exciſus, qui in *Cent.* VI. *obſ.* 25 per biennium ſupervixit.

Obſ. 198 cataracta lactea in cadavere viſa.

Cent. V. *obſ.* 85 duplex in eodem corpore epiplocele.

Cent. VIII. *obſ.* 62 calculus labii inferioris exſectus.

Obſ. 63 uteri & pudendi ulcus funeſtum.

Obſ. 65 a partu prolapſus vaginæ uteri.

Obſ. 67 magnus tumor, de inteſtino recto remotus.

Obſ. 68 fiſtula lacrumalis ad ANELLII modum curata.

Vol. I. *obſ.* 175 de lege qua jubentur medici, puerperæ in ipſo partu defunctæ abdomen aperire.

Obſ. 176 uterus in partu ruptus.

Obſ. 180 calculus in bronchiali glandula.

Obſ. 182 digitus carioſus feliciter amputatus.

Vol. V. *obſ.* 156 ſphacelus pedis uſu corticis Peruviani ſuppreſſus.

Vol. VII. *obſ.* 32 arteriæ cruralis vulnus curatum.

Obſ. 33 inſtrumentum, quo arteria cruralis vulnerata comprimatur, ne in anevryſma abeat.

Obſ. 34 arteriam brachialem læſam non poſcere amputationem brachii, cum arteria radialis ſæpe ſuperiori loco ex trunco prodeat.

Vol. X. *obſ.* 2 in præſtigiatore hernia inſolito loco, ut a ſede conſuetâ herniæ digito diſtaret.

Obſ. 3 atretæ retentos menſes inciſione expedivit.

Obſ. 16 hernia incarcerata ſuppurata, funeſta.

Obſ. 17 iterum de lithotomiæ CELSIANÆ, ſ. apparatus parvi præſtantia, & icones, quibus adminiſtratio ea illuſtratur.

In *Phil. Tranſ.* n. 371 ex abuſu tincturæ nephriticæ BONTII & cereviſiæ Duchſtein plurimos lapillos cum levamine prodiiſſe, qui videantur unius calculi fuiſſe partes.

N. 417 exemplum calculi ſponte in veſica fracti.

In *Annal. Academiæ Juliæ* ann. 1720. ſem. I. oculum cancroſum exſtirpavit.

A. 1726 Anevryſmatis naſcentis aortæ duo exempla. Calculorum varietates. In uncum curvatus & os pubis amplexus, dimidia parte fere cryſtallinus.

Redeunt hæ obſervationes, multæque cum iisdem aliæ, in collectione *mediciniſch chirurgiſch und anatomiſche Wahrnehmungen*, cujus T. I. prodiit Roſtok 1759. 4. *, quo volumine eæ continentur adnotationes, quæ ante annum 1721 natæ ſunt: numerus eſt omnino 680, quarum pleræque chirurgici ſunt argumenti. Pauca decerpam de plurimis. Ex noſocomio caſtrenſi annorum 1708. & 1709. plurimæ adnotationes HEISTERO, tunc militari medico, propriæ. Vulnerum ſtlopetariorum admiranda itinera. Fracturæ colli femoris apud RUYSCHIUM viſæ. Relatio de lithotomia a JACOBO RAU adminiſtrata, accuratior quam ſodalis ERNDTELII. EJUSD. RAVII punctio ſcroti hydropici, tibiæ carioſæ uſtio, herniæ incarceratæ funeſtæ inciſio. AMYANDI, caſtrenſis Anglorum chirurgi, variæ adminiſtrationes in ſcroto cruore effuſo pleno, fiſtula ani, oſſibus carioſis, quibus ignem admovit. Vulnus arteriæ brachialis. Hydrocele funditus ſanata, toto ſcroto aperto. Paracenteſis ab HEISTERO adminiſtrata. Os frontis a prætereunte glande ſtlopetaria fractum, & trepano ſanatus æger. Vulnus ſtlopetarium pulmonis ſanatum. Sarcocele ablata. Prima lithotomia RAVIANA, quam HEISTERUS in puero molitus eſt. Paracenteſis pectoris, in quo ſanguis effuſus erat. Vulnera aſperæ arteriæ ſanata. In Germania patella luxata & repoſita.

Tomum II. a. 1770. 4. *. Roſtoci edidit P. WILH. FRIDERICUS CAPPEL, qui ex ſchedis auctoris adnotationes ab a. 1721. ad 1758. conſignatas prioribus ſubjecit, quarum numerus eſt 570. Cataracta lactea, oculus operatione parum levatus. Fiſtula lacrumalis, injectis aptis liquoribus ſanata. Cancer labii, plumbeis medicamentis curatus. Scirrhus ingens glandulæ ſalivalis exciſus. Contra FREYTAGIUM, temere adfirmantem, cataractam unco poſſe extrahi. Femur luxatum ab interna cauſa. Hydrops aſcites rupto umbilico ſponte curatus. Iterum cancer faciei ſanatus, & anevryſma ſpurium brachii. Anevryſma femoris indeque natus inſignis tumor. Diaſtaſis fibulæ. Fiſtula lacrumalis aperta & ſanata. Sarcocele medicamentis ſublata. Gangræna eryſipelati ſuperveniens curata. Fractura ſcapulæ funeſta. Femoris caries curata.

Muſæum etiam A. VATER cum obſervationibus *anatomicis & chirurgicis* edidit, & præfatus eſt Helmſtatt 1750. 4. *.

PETRI DIONIS *chirurgiam* Germanice verſam multis notis auxit & emendavit Augſpurg 1722. 8.

Vita viri & elogia prodierunt Helmſtätt 1758. fol.

Cum librorum catalogo etiam *inſtrumentorum cenſus* prodiit Helmſtätt.

§. DVIII. MICHAEL ALBERTI.

Non quidem chirurgus, cæterum plurimarum diſputationum auctor, chirurgici etiam argumenti, & librorum ad medicinam forenſem facientium.

De

De abortus noxia & nefanda promotione Hall. 1711. 4. In III. Tomo Med. leg. recuſa eſt.

De anevryſmate ib. 1725. 4. Boehm.

De hydrocephalo ib. 1725. 4. Boehm.

De venæ ſectione duplicata Hall. 1726. 4. Hænel.

Caſus hydropicæ lapſu integro abdomine curatæ ib. 1727. 4. * auct. Cono. Diſp. utilis.

De fiſtula urethræ virilis ib. 1728. 4.

De dyſuria ſenili ib. 1728. 4. Hef.

De excreſcentia naſi cum hæmorrhoidum anomaliis connexa ib. 1729. 4. *.

De adſtringentium perverſo uſu & effectu in hæmorrhagiis ib. 1729. 4. He.

De curationibus ſympatheticis ib. 1730. 4.

De abortus violenti modis & ſignis ib. 1730. 4. in T. III. Jurisprud. med.

De fonticulorum noxia concretione ib. 1731. 4. *.

De funiculi umbilicalis neglecta obligatione in cauſa infanticidii limitanda ib. 1731. 4. * contra collegam Schulzium. Recuſ. in *Jurispr. med.* T. III.

De cancro ib. 1731. Hef.

De uſu venæſectionis in paroxyſmo calculi renalis ib. 1734. 4. *.

De tortura domeſtica & abuſu ſubluxationis vertebrarum plebeiæ ib. 1735. 4. *.

De fetus mortui cum adnexis ſecundinis ex utero extractione Hall. 1737. 4. *.

De conſenſu calculi cum hæmorrhoidibus externis ib. 1739. 4.

De Belladonna ib. 1739. 4. * cujus ad cancrum utilitatem laudat.

De extractione fetus perverſi ex utero poſt effluxum aquarum compreſſo Hall. 1742. 4. *.

De ſecundinis reſtitantibus ib. 1743. 4. Hæn.

De abuſu emollientium in morbis chirurgicis 1743. 4.

Obſervationes & cautelæ chirurgico practicæ circa encheireſes phlebotomiæ 1744. 4. Langenh.

De ligaturæ uſu medico ib. 1747. 4. Boehm.

Porro majora opera Cl. viri huc faciunt. *Introductio in Semeiologiam ac chirurgiam* Hall. 1719. 4.

Ej. *tentamen lexici realis medicarum obſervationum.* T. I. 1727. 4. T. II. 1731. 4. cujus cum J. Christoph. Baumlini auctariis exemplum fuit apud Trewium.

Ej. *commentatio in conſtitutionem criminalem Carolinam medica* Hall. 1739. 4. * Singula capita percurrit, infanticidium, torturam, cauſasque ab ea liberantes,

abortum,

abortum, vulnerum variam ad mortem inferendam potentiam. Maxima vulnera non requirere inciſionem legalem. Rariora etiam, ut de cruentatione vaſorum & ſanguine vetuſto diſtinguendo ab eo, qui dudum fuerit effuſus.

Magnum denique viri opus eſt, *ſyſtema Jurisprudentiæ medicæ*. Ejus tomus I. Hallæ prodiit 1721. 4. & 1736. 4. *. Præcedit plenum compendium forenſis medicinæ. Sequitur ſeries *Actorum*, ut vocant, ſ. relationum de caſibus in quibus medici conſuluntur, ex *Actis Halenſis ordinis medici* ſumta, in quarum epicriſi quidem eruditum ſe virum, & juſtum bonique amantem oſtendit. Magna pars relationum pertinet ad infanticidia. Neglectam funiculi deligationem inter cauſas mortium puerilium recenſet. Fracturæ cranii: cerebri vulnus poſt elapſum demum menſem necans. Lien abſque vulnere ruptus. Vulnus hepatis inter ea numeratum, quæ non ſunt lethalia. Plagæ funeſtæ. Cartilagines a coſtis ſpuriis abſque cauſa violenta ſecedentes. Lites chirurgorum ſe invicem accuſantium. Vulnus diaphragmatis funeſtum. Ab ictu multæ cranii fiſſuræ & contrafiſſura.

T. II. 1728. & Schneeberg 1736. 4. *. Iterum relationes ordinis medici de cauſis mortium: ſæpe mites, ut in morte a plagis, quam hemiplegiæ tribuunt. Multa infanticidia, vulnus jejuni inteſtini, cujus funeſtus eventus caſui tribuitur. Errores aliqui chirurgorum. Cadaverum nonnullæ inciſiones.

T. III. Schneeberg 173 . 4. *. Præfatione malles vir Cl. abſtinuiſſet. Tum in priori parte operis iterum relationes forenſes. Aliquot exempla non ſupervenientis umbilicalis funiculi ſectioni hæmorrhagiæ. Vulneris arteriæ carotidis funeſtus effectus, omiſſæ per duas horas curationi tributus. Vulnus pulmonis grave ſanatum. Nimis ſtrictæ faſciationis excuſatio. Veſicæ a calculo ſpaſmus.

T. IV. Görliz 1737. 4. *. Relationes primo loco in partem fere mitiorem, etiam cum funiculus umbilicalis lacer, os fetus cannabi fuiſſet infartum, & alias certa homicida excuſata. Inter illas mortes, ex funiculo non ligato aliquot. Acceſſerunt aliqua ex diario *Halliſche Intelligenz-Zettel*, & ex chartis D. J. G. WUNDERLICH, perbreves iſtæ notæ.

T. V. Görliz 1740. 4. *. Ab ictu equi fracta frons, cerebrum putridum, frequens epilepſia, & tamen malum ſanatum: (vis mali videtur in ſinu frontali ſubſtitiſſe). Manus amputatio pro non funeſta. Mors ſubita a compreſſione ventris & evulſione placentæ, ab imperita obſtetrice, excuſata. Fiſſura abſque raſione ſponte ſanata. Mors ex ſanguine effuſo ſub calva integra. Iterum pueri omiſſa umbilici deligatione enecti. Vulnus arteriæ cruralis excitato demum anevryſmate necem inferens. Obſtetrix excuſata. Sphacelus extortura. Eximia ſectio legalis CASSEBOHMII.

T. VI. Görliz. 1747. 4. *. Plures hujus voluminis partes ſunt: prima relationum forenſium ordinis medicorum Hallenſium; diarium fiſtulæ ani repetita

tita ſectione denique ſuperatæ a chirurgo BINGERT: deinde libelli aliqui ALBERTI ex diario *hälliſchen Anzeigen.* Tunc BERN. WILH. RÖDDER, medici Paderbornenſis, adnotationes aliæ forenſes, aliæ chirurgicæ & medicæ, & ſectiones, quas vocant legales. Denique J. G. W. (puto WUNDERLICH) caſus medici & forenſes. RÖDDERUS habet aliqua non contemnenda, ut inteſtinum ab inflammatione valde corruptum, indeque funeſtum volvulum, cum ſpherulæ plumbeæ devoratæ in abdomine elapſæ eſſent.

In *E. N. C. vol.* I. *obſ.* 218 calculum coli equini deſcribit.

§. DIX. VARII.

JOSEPH RODRIGUEZ de EBREU, R. Luſitaniæ Archiater, *Lus de cirurgoens deque coſtumao enfermor ordinariamente todos os que ſe ambarcano para os partes ultramarinas* Lisbon 1711. 4. CAP. de V. Videtur clinici argumenti.

Bibliotheca anatomica, medica, chirurgica London 1711. 4. 3. vol. ad imitationem collectionis MANGETIANÆ, diverſa tamen. Ad quamque partem corporis humani additi morbi chirurgici, multo plus etiam minorum libellorum, potiſſimum Anglice ſcriptorum, COZENS, RYLEY aliorum &c., eorumque potius partes recuſæ. Exemplum fraudulentæ deceſſionis calculorum de puella, quæ ſibi in vaginam ſilices ſubdiderat. Fractura femoris fere abſque dolore & ſymptomate. Hernia vetuſta in abſceſſum ſeptem orificiis patentem abiit, tamen ſanata. Sic inteſtinum in hernia ruptum. Hernia ventralis maxima, in quam uterus & fetus elapſus, tamen peperit. Hydrocele ſub darto, ſanata ſcroto fiſſo carpto repleto.

PAULUS BERNARDUS CALVO, chirurgiæ ſuæ Italicæ tomum II. Turin. 1711. edidit, qui agit de vulneribus. Annum ignoro, quo T. I. de tumoribus prodiit.

J. N. (JOSEPH NOLLET chir.) *obſervations curieuſes extraordinaires, qui regardent particulierement la medecine & la chirurgie* Breſt. 1711. 12. BUR.

Brevis elucidatio ſecreti D. REVEL *ſympathicos ſudores excitantis* Gedan. 1711. 12. BUR.

JACOBI VERCELLONI *de glandulis œſophagi conglomeratis & humore vero digeſtivo* Aſtæ 1711. 4. *. huc referas, cum de ſtrumis ulceroſis & verminoſis agat, quæ canibus frequenter ſunt moleſtæ.

EJ. in *Cent.* VII. *obſ.* 7 calculus in ſuis veſica.

Sonderbare und curieuſe Magenbürſte Lipſ. 1711. 8. *. Brevis ævi inventum.

Reglemente för Jordgummorna Stokholm 1711. 8.

§. DX. ANTONIUS DEIDIER,

Profeſſor Monſpelienſis.

Ej. *diſſertatio medico chirurgica exponens quatuor tumorum naturam* Monſpel. 1711. 8. 1715. 8. Rom. 1722. Gallice verſa cum tit. *diſſertation ſur la nature & gueriſon des tumeurs* Paris 1725. 12. * 1732. 12. 1738. 12. *, quæ editio multum aucta eſt. Integra tumorum hiſtoria, ſed multum theoriæ & medicamentorum ubertas. De carbone, malo aliis in regionibus minus noto. De gangræna, ſphacelo, paronychia. De cancro propriæ adnotationes: arſenicum in eo malo laudat, & ſanatum naſi carcinoma producit. Exemplum mammæ cancroſæ amputatæ, & poſt eam amputationem felicis uſus diætæ lacteæ.

In *Journ. des Sav.* 1722. epiſtola ad WOOLHOUSIUM, in qua cataractam membranaceam deſcribit, cum uvea tunica connatam.

Ej. *E. rabiei caninæ balneum* Monſpel. 1722. 4.* parvi momenti.

EJUSD. *de arthritide* Monſpel. 1726. de calculi eſſe adfinitate & iisdem præſidiis curari.

Cum EJUS *inſtitutions de medecine* Monſpel. 1735. 12. prodierunt etiam obſervationes.

Ej. diſſ. *ſur la formation de la pierre, ſur les cauſes de la dureté, molleſſe & fluidité des corps* prodiit Paris 1738. 12. cum materie medica.

Ej. *pathologie* Paris 1735. 12.

In *conſultations & obſervations* quarum tres tomi prodierunt Paris 1754. 12.* pluſcula argumenti ſunt chirurgici, hernia ventralis, urethræ ulcera, nephritis, pectoris abſceſſus, ulcera proſtatæ, fiſtula lacrumalis, fiſtulæ ani, ulcus auris, viſus ex ictu enſis diminutio, ſcirrhus abdominis, ulcera crurum, ulcus veſicæ a calculo, ulcus oris cum carie conjunctum. Obſervationes, ad vulnera, ad fungos tibiæ, cum carie exuſtos inciſos. Fiſtulam ani Monſpelii frequentem facile ſanari. Ad ulcera, tumores lymphaticos, enormem abdominis tumorem, oculi cancrum, lithotomiam a B. COLLOT adminiſtratam. Paracenteſi & emiſſis 33 libris aquæ lienem valde eſſe diminutum. Scrofulas inunctione mercuriali adgreditur. Pluſcula jam in *l. des tumeurs* prodierant, & plerumque mera ſunt conſilia, abſque memoria eventus.

Adjectæ ſunt ad finem conſultationes aliquæ chirurgicæ & vulneratorum cadaverum inciſiones. Abſque cauterii uſu, novaque ad nares via, fiſtulam lacrumalem non ſanari. Cryſtallinam lentem evanuiſſe de oculis, quos poſt cataractam depoſitam inciderit. Vidit tamen etiam membranam ante corpus vitreum protenſam, cum ea lens evanuiſſet, & in utroque quidem oculo.

In *Journal des Savans* 1722. de paracenteſi refert, & de eductis una vice 38 aquæ libris, bonis cum ægri rebus. Se vidiſſe in cataractæ depoſitione tamquam membranam circa acum involvi.

§. DXI.

§. DXI. Disputationes.

Georgii Cheselden *de calculo renum* Utrecht 1711. 4. *. Calculi in uretere hærentes, ad eam ſedem dilatato. Ureteres tres.

J. Petr. Finger *de hydrophobia* ib. 1711. 4. Menz.

Alb. Ludw. Chapuzeau *de cataracta* Leid. 1711. 4.* Pro cataracta membranacea; eam eſſe quæ deponitur. Acus variæ: duplex quarum altera alteri eſt pro conductore: alia quæ poteſt in volſellam mutari. Adnotationes propriæ.

H. Wandelaar *de nephritide* Leid. 1711. 4. Hænel.

Joh. v. Hagen *de nova artuum decurtandorum methodo* Leid. 1711. 4. Eadem hiſtoria quam in Ep. XV. Ruyschius.

J. Car. Rost *de ozæna* Altdorf 1711. 4. Pl.

J. Georg a Bergen *de gangræna & ſphacelo* Francf. Viadr. 1711. 4. *.

Ej. *de inverſione uteri* Francf. Viadr. 1732. 4. *.

Adam Brendel *de lapicidina microcoſmi* Witteberg 1711. 4.* Calculorum renum & utriusque veſicæ varietates.

In *E. N. C. Cent.* III. *obſ.* 167 Id. de ancilla refert, quæ inſerto in proprium uterum ſtylo fetum occiderit, ſed & ſe ipſam.

Daniel Bartenstein *de morbis infantum recens natorum* Argent. 1711. 4.*. hactenus huc facit.

Abraham Kubler *de abortu* ib. 1711. 4. *.

Michael Kirchdorf *de cantharidibus* Regiomont. 1711. 4. *.

J. Henrici Stæhelin *theſes anatomico botanicæ* Baſil. 1711. 4. *. Memorabile exemplum uteri rupti, ut cum fetu inteſtina proruperint, neque tamen mors ſecuta ſit. Deinde vulneris, in quo meninges & cerebrum jacturam paſſa ſunt & æger ſervatus eſt.

§. DXII. Diaria.

In *Hiſtoire de l'Acad. R. des Scienc.* Jaugeon pauca verbula de enormi ſcroto.

§. DXIII. Varii.

Paulus Hieronymus Biumi, medicus Mediolanenſis. Ejus eſt *ſcrutinio d'anatomia e di chirurgia* Milan. 1712. 8. *. Senex, multa legit & paſſim repetit, addictus opinionibus, quas juvenis florentes viderat. Turundarum uſum tuetur. Magati diſcipulis infelices ſucceſſus exprobrat, ut ſequacem Magati etiam loco movere neceſſe fuerit. Pars cranii diſſecta repoſita adhæſit. Aneu-

ryſma chronicum ab infelici venæ ſectione ſanatum. Contra uſum hirudinum, morſibus nocere, accerſere hæmorrhoides.

J. CHRISTIAN STISSER, medici Hallenſis, *kurzer Unterricht vor Frauenzimmer und ſonderlich vor Wehmütter* Leipzig 1712. 8. *. De obſtetricis officio in partu naturali & præternaturali. De ſecundis & morbis puerperii, deque Cæſarea ſectione. Ad alios fere ſcriptores lectorem remittit, potiſſimum etiam ad JUSTINAM SIEGMUNDIN.

EJ. *obſervationes medicæ varii argumenti* 4. * abſque loco & anno. Breves ſunt hiſtoriæ, interque eas felices curationes. Ulcus ſinuoſum ex repreſſo eryſipelate: aliud a nervi punctura. Sanata leucomata, & incipientes articulorum fungi, iſti butyro antimonii. Nævi protuberantes oleo antimonii deleti, funeſto eventu. Ex lapidis ictu epilepſia ſublata. Cirſocele ſanata. Mamma gangrænoſa feliciter reſecta.

EMANUEL de COSTA MONTEIRO *opuſculo chirurgico dividido in tres partes, a primeira da cura de gangrena por a la via Galeniſtica, 2da cura por la via moderna. Terciera a excellencios da ouros e cura que ſe fez con a ſuo oleo* Lisbon 1712. 4. CAP. de V.

JOHN RUSHWORTH, chirurgus Northamptonienſis, dedit a. 1712. cum libro BECKETI de cancro epiſtolam, in qua deſcribit cancrum oris, ex quo JACOBUS KEIL periit.

EJ. *propoſal for the improvement of ſurgery offerd to the Maſters of the myſtery of barbers and ſurgeons at London* London 1732. 8. *. Ab anno retro 1715. corticem Peruvianum in gangræna a cauſa interna nata bono ſucceſſu propinavit. CLAUDIUS AMYAND in epiſtola addit alia exempla utiliter dati divini remedii. Aliud J. DOUGLAS. Germanice Nurnberg recuſ. in collectione quam dicemus.

GIBBS *obſervations of various cures of ſcrophulous diſorders commonly calld the kings evil* Lond. 1712. 8. Arcani ad ſtrumas venditor curationem puellæ minus felicem excuſat, & multum adfert theoriæ.

J. OTT. v. HELLWICH *Beſchreibung vieler mediciniſchen, chirurgiſchen und œconomiſchen Geheimniſſen* Mulhauſen 1712. 8.

CASP. HENRICH FUCHS *vom nützlichen Gebrauche der Magenbürſte, nebſt einigen Beantwortungen auf* J. THEODOR. BOETII *übelgebrauches &c.* Leipzig 1712. 8.

J. C. SOCRATIS *Beſchreibung der Magenbürſte, Magenkrazers, oder Magenräumers* Leipzig 1712. 8. PLATNER. alii 1713.

DUBE' *le chirurgien des pauvres* Paris 1712. 8. 1714. 8. forte etiam, quem nonnunquam HECQUETO tribuunt.

J. CRU-

J. Cruger *caſus medicus* VIII. IX. & X. *de mictione in ſomno ſiphilide & ulceribus* Dresd. 1712. 4.

Ej. *affectus chirurgici plerique aphoriſtice breviter & accurate expoſiti* Thorn. 1722. 4. *. Alchemiſtæ, arcanorum & virium medicatarum fictarum patroni, nullius momenti opuſculum.

In *Amœnitatibus exoticis hiſtorico phyſico medicis* Engelberti Kæmpfer Lemgov. 1712. 4. * aliqua capita ad chirurgiam faciunt. In *faſciculo* III. mumia nativa Perſica, quæ pro ſummo medicamento habetur ad vulnera & fracturas. Hiſtoria hydroceles endemicæ Malabarum, vulgo Andrum. Sic Perical, ſ. tumores varii fungoſi crurum, quos noſter ſpinæ ventoſæ accenſet, cum oſſa adficere videantur. Scarifant tamen Niponenſes & urunt. Moxæ univerſa hiſtoria, & curatio, quæ per acupuncturam fit. Addi poteſt ex *faſc.* II. de bezoar vero, ejuſque in animalis ventriculo origine relatio: & de ſagittis venenatis flatu propulſis Macaſſarum, denique de veneno ſerpentis pileati gangrænas faciente.

John Morton *natural hiſtory of Northamptonſhire* London 1712. fol. Inter rariora provinciæ aliqua adfert ad calculorum hiſtoriam. Magnus, quinque unciarum ambitu, lapis præputium replens, eo inciſo exemtus. Atreta ſanata; ut tamen urinæ & fæcum itinera confluerent.

§. DXIV. Disputationes.

Hieronymi Ludolf, profeſſoris Erfordienſis, diſſ. *de lethalitate vulnerum* Erford 1712. 4. Hænel.

De morbis gingivarum ib. 1722. 4. Menz.

De gangræna & ſphacelo caſus ib. 1722. 4. Heft.

Calculi renum & veſicæ tortura pathologico therapeutice conſiderata Erford. 1725. 4.

De pharmacia & chirurgia medicinæ partibus ib. 1726. 4. *.

An & quomodo chirurgus in medicina progreſſus facere poſſit Erford. 1726. 4. Heft.

De cancro mammarum ib. 1726. 4. Hænel.

Methodus glandularum tumores chronicos in ſcirrhum degenerantes funditus curandi ib. 1751.

Incommoda a placentæ a fundo uteri aberrante &c. ib. 1757.

Nic. Muller *de nephritide ſpuria* ib. 1712. 4. He.

Cornel. Stalpart van der Wiel jun. *de renum calculo* Leid. 1712. 4. Hænel.

Michael Burger *de morbis oſſium* Leid. 1712. 4.

J. Valentin Buzer *de hæmorrhagiis in genere* Harderwyck 1712. 4. He.

Henrici Henrici *de abſceſſu meſenterii & muſculorum abdominis* Hall. 1712. 4. * bona diſp. Cum in vulnere abdominis viſcera viderentur violata, lignum per ſcrotum in ſcrobiculum uſque cordis per muſculorum intervalla adſcenderat. Abſceſſus in puero inter peritonæum & muſculos, qui vertebram imam dorſi primamque lumborum luxaverat.

J. Wilh. Wiedeman *de tonſillis* Altdorf 1712. 4. *. Iconem pharyngotomi habet.

In *Eph. Nat. Cur. Cent.* VIII. *obſ.* 98 vaginæ prolapſus uteri prolapſum mentiens.

§. DXV. Diaria.

In *Phil. Tranſact.* n. 334. aliqua de codice Nicetæ, cujus partem Cocchius edidit.

N. 335. Guilielmi Courten experimenta varia, etiam chirurgica, in canibus facta: vulnerum a ſcorpiis inflictorum, quorum exigua fuit efficacia, nervorum reſectorum &c.

Hoc anno 1712. *Ephemerides Naturæ Curioſorum* in ordinem redierunt, quarum editionem belli pericula interruperant: alia vero forma ſucceſſit, & accuratus numerus duarum centuriarum ad annum uſque 1727. quotannis prodiit.

In *Cent.* I. *obſ.* 17 J. David Mauchart de ſtruma per ſuppurationem conſumta.

Obſ. 19 vulnus hepatis grave & funeſtum.

Cent. IV. *obſ.* 186 clavi ſui hiſtoria.

Cent. V. *obſ.* 32 ab ictu diducta ſutura coronalis, & cranium enormiter fiſſum & fractum.

Obſ. 35 cancer ex verruca corroſivis tractata.

Obſ. 36 anthrax, & in ſene, ſanatus.

Cent. VII. *obſ.* 93 ab exiguo ſilice fragmentum de oſſe frontis excuſſum.

Obſ 94 a contuſione maxilla inferior fiſſa & epulis.

Obſ. 97 fractura & luxatio vertebræ lumbaris abſque magnis ſymptomatibus poſt annum tamen funeſta.

Obſ. 98 pes gangrænoſus ſponte deciduus.

Obſ. 99 ex levi contuſione lente natus enormis in pede fungus.

Cent. VIII. *obſ.* 15. ex calculo veſicæ aſthma, alia mala inſolita.

Cent.

Cent. IX. *obſ.* 33 ex luxatione humeri ſpina ventoſa.

Sic *obſ.* 34 ex femoris ſubluxatione.

Obſ. 35 & tarſi.

Obſ. 36 ſpina ventoſa in carpo funeſta.

Obſ. 37 diarium funeſtæ hydrophobiæ, ex canis morſu.

Obſ. 38 ſpina bifida.

Obſ. 39 ex lapſu graviſſima ſpinæ dorſi contuſio curata.

Ex lapſu ſanguis ſuper duram matrem effuſus, eventu, poſt trepani uſum, tamen lethali.

Obſ. 40 ex lapſu cranio integro cerebri putredo.

J. Caspar Grimm.

Cent. I. *obſ.* 27 de maximo rene, calculis inſignis molis pleno.

Vol. I. *obſ.* 109 ulcus cancroſum faucium ſanatum.

Obſ. 113 114 membranulæ cum urina decedentes.

Vol. II. *obſ.* 22 cor totum ſuppuratum.

Georg Christoph Petri de Hartenfels, profeſſor Erfordienſis,

Cent. I. *obſ.* 34 inciſio calculoſi, cui ſeptem in veſica calculi.

Obſ. 37 glandulæ ſcirrhoſæ de mamma ſponte decedentes.

J. Adam Lospichler.

Obſ. 58 calculus in veſica, plenus baccis juniperinis.

Michael Angelus Mori.

Obſ. 77 uterus plenus calculis.

Hector de Valle.

Obſ. 94 acus crinalis calculoſa cruſta obducta.

Obſ. 95 calculus uteri fungi ſimilis.

Godfrid David Majer.

Cent. II. *obſ.* 127 ſpina bifida conjuncta cum hydrocephalo.

Obſ. 140 ſubita ex lapſu morte correptus, carie calvariam habuit perforatam.

Cent. III. *obſ.* 139 calculoſorum ſymptomatum. Pareiram bravam optimum eſſe lithontripticum.

Cent. VI. *obſ.* 62 ex eryſipelate ulcus graviſſimum genu.

Obſ. 65 mors a frenulo linguæ incaute reſecto.

Cent. VIII. *obſ.* 83 vertebræ in vetula crepitantes.

Michael Frid Lochner.

Cent. I. *obſ.* 192 de clavo & gemurſa.

In l. de *pareira brava*, hujus radicis uſum adverſus calculum commendat.

J. Adam Gensel.

Obſ. 193 uterus totus prolapſus.

Et 195 oculus.

Cent. III. *obſ.* 80 hydrophobi inciſio.

Cent. VI. *obſ.* 84 carunculæ in urethra exemplum.

In *Act.* *Erud.* 1716. de procidentia uteri in febre maligna, reſtituta tamen.

Godofredus Thomasius.

Cent. I. *obſ.* 199 epiſtolam C. Hofmanni edit, in qua adparet Cl. virum ſedem cataractæ inter iridem & lentem cryſtallinam poſuiſſe, ut ſubinde lentem immediate velet. Chirurgum Gallum fuiſſe, qui exſugeret.

Michael Ernest Ettmuller Mich. F. profeſſor Lipſienſis,

Cent. I. *obſ.* 47 ulcus mammæ ex phthiſi natum.

Vol. I. *obſ.* 108. idem tumor ſcroti, de quo exſtat Waltheri diſp.

Ej. *ſcroti tumor dubiæ indolis* 1723. 4. *.

Ej. *de vulneribus diaphragmatis* 1730. 4. * collectio.

Ej. *de vulnere ventriculi progr.* 1730. 4. * Ulcus ventriculi ex contuſione natum, a virgine decem annos toleratum, denique ſponte ſanatum.

De ægro prægrandi pedum inflammatione laborante 1730. 4. *.

De ſecundinarum excluſione 1726. 4. *.

In *Eph. Nat. Cur. vol.* III. *obſ.* 72 vulnus ventriculi ſola quiete curatum.

§. DXVI. Guilielmus Cheselden.

Celebris chirurgus, lithotomus & inciſor, probe mihi notus, cum in Anglia degerem. Cum *anatomy of human body*, cujus prima editio a. 1713. 8. prodiit, ſubinde adnotationes aliquas dedit chirurgici argumenti. Prima editio non eſt ad manus, ſed in tertia a. 1726. 8.* dedit iconem præcurvæ ſpinæ, tum variæ cariei & exoſtoſeos, & maxillæ inferioris quæ deceſſerat: porro oſſium variorum vitia natorum, calvariæ repetito perforatæ, exomphali indeque nati ani ſecundarii: hernioſi curati aperto ventre, ut inteſtinum reponeretur, vincti omenti, ſcroti enormiter tumidi. Retulit etiam de viro, cui abdomen vigeſies novies perforaverant ad emittendam aquam, laudatque Grewium, qui unica vice aquam omnem juſſerit emittere, dum interim abdomen conprimeretur.

In

In editione 1732. 8. * acceſſit appendix, inque ea relatio de cæco nato, cui CHESELDENIUS cataractam depoſuit, & de ſenſu colorum, quos primum noſter conceperat. Calculus enormis ſuperſtite vita exciſus. De nova pupilla cultro per inciſam iridem aperienda.

In editione 1741. 8. * aliqua nova acceſſerunt. De tetano funeſto, etiam poſt amputationem. Proptoſis corneæ tunicæ acu concava ſublevata, deinde inciſa: facile conſervere addit, etſi lens cryſtallina elabitur. De avulſa ſcapula vita ſuperſtite. Fractura femoris pro luxatione habita: de patellæ fractura. De ſuis in ſecando calculo ſucceſſibus, primum in apparatu alto, quem ab omnibus deſertum tamen commendat, neque deſeruit, niſi ob ſpem melioris methodi, lateralis nempe, quem auxit primum repleta veſica, deinde ad RAVII modum, denique ſuo modo inciſione ducta intra penis erectorem & acceleratorem, proſtata furſum inciſa (*a*), ita introducto ſuper curvum catheterem ſemicanali gorgeret, arteriis vinculo interceptis. Ducentos & tredecim eo tempore jam ægros calculis liberaverat, paucis amiſſis. Calculos etiam maximos exciderat, & duodecim unciarum. Ejus methodus nunc a peritiſſimis chirurgis vel ipſa, vel paulum mutata adoptatur. A PETITO præferri lego in *Encycloped.* Porro monet in rachiticis ſæpe oſſa carioſa eſſe. Ruptis ligamentis patellam luxari: ſemel id vidit & fruſtra reſtitutam, vidit ligamentoſis vinculis conjuncta fragmenta. Reſecta parte inteſtini gangrænoſa, felix anus artificialis. Cum homo inter caſtrationem ſe jactitaret, elapſus proceſſus, & ſola vaſa ſpermatica ligata fuerunt, adeo feliciter, ut porro noſter eo vinculo in ratione curandi uſus ſit. Veſica in ulceribus rupta. Ani prolapſus curatus parte inteſtini reſecta. In celluloſa tela vera ſedes abſceſſuum. In ſpina ventoſa oſſa non corrupta, ſed craſſiora vidit. In hernia abdomen incidit, inteſtinum retraxit, gaſtroraphiam fecit.

EJ *treatiſe on the high operation of the ſtone* London 1723. 8. * eo enim tempore ſupra os pubis veſicam incidebat. Veſicam aqua replebat, tegumenta primum incidebat, altera inciſione ipſam veſicam: eximebat etiam numeroſos lapillos. Addit curationes. Calculorum addit exempla circa acus, circa glandem plumbeam natorum. Verum locum ad eam calculi extractionem facientem ſuaſiſſe PETRUM FRANCO: FRANCISCI ROSSET caput eo faciens, & PETRI le MERCIER theſes a. 1635. Pariſiis propoſitas, HILDANI de lithotomia caput, & FRANCISCI TOLET de alto adparatu, & DIONISII recuſa dat. In præfatione relatio legitur MACGILLI chirurgi Scoti, qui feliciter apparatu alto erat uſus, & duæ curationes læſorum inteſtinorum, quæ etiam in anatome reperiuntur. Video candorem viri laudari, & expeditam intra minutum primum calculi eductionem.

Non ſeparabo refutationem hujus libri, cujus titulus eſt, *Lithotomus caſtratus*, or CHESELDENS *treatiſe on the high operation of the ſtone examined and plainly to be found Lithotomia Douglaſſiana under an other title* London 1723. 8.*. Medici JOHANNIS DOUGLAS amici putes eſſe opus. Non differre CHESELDENIANUM

(a) Etiam veſicula ſeminali HEUERMAN oper. II. p. 131.

NUM opuſculum ab eo, quod DOUGLASSIUS ediderat, in ipſa etiam adminiſtratione CHESELDENIUM DOUGLASSII ductum eſſe ſecutum. BOERHAAVIUM DOUGLASSI merita adgnoviſſe. Paginas paginis obponit.

In *ſupplemento* agitur de paronychia in chirurgo graviſſima & pene funeſta. Chirurgos egere ductoribus medicis.

Cum verſione operis le DRANIANI, quam THOMAS GATAKER a. 1749. 8.*. edidit, prodiit *Obſervations and a ſett of inſtruments by* G. CHESELDEN. Icones ſunt pluſculæ, ab ipſo CHESELDENIO delineatæ, quæ nova inſtrumenta & adnotationes non paucas continent. Ad trepanum, quod abſque manubrio ſola manu regit. Ad fiſtulam lacrumalem cum canula incurva in ductum naſalem data: acus triquetro fine curva, pro perforando oſſe; cauterium. Polypus intra nares lino interceptus. Prelum ex corio factum fortique tela. Faſciatio ad corrigendos pedes valgos. Tonſilla, duorum hamorum ope ligata. Sectio muſculi maſtoidei collum incurvantis. Mammæ exſtirpatio, poſt exciſam ellipticam cutis particulam, ut intelligo. Ad anevryſma brachii duplici vinculo intercipiendum. Acus cataractaria. Scalpellum rectum, quod curvo *biſtouri* præfert. Acus curvæ. Acus triquetræ. Incile & inſtrumenta ad calculi extractionem, ad amputationem. Ad fiſtulas ani. Ad ſaccum hernialem. Pingit ſaccum hernialem a vaginali diſtinctum, alias id ſeptum ruptum: inteſtinum negat intra vaginalem tunicam reperiri: ſaccum ex morbo putat naſci, ut in anevryſmate. Corticem peruvianum non quidem in virium plena jactura facere, ſed in fætidis ulceribus. Miratur ſanguinem ſalire ligata arteria brachiali, & arcui tribuit volari. Medicamenta aliqua, quæ etiam cum anatome prodierunt.

In *oſteographia or anatomy of the bones* London 1733. fol. * numeroſiſſimæ ſunt icones oſſium carie corruptorum, cujus morbi crudelitate mirifice corrupta crania hic reperias, exoſtoſion, ancyloſios, incurvationis, male conferventis fracturæ, gibborum, ſpinæ incurvatæ, fetus ſemilapidei. Scrophuloſa caries corrumpit textum celluloſum oſſium, neque id malum curari poteſt. Vidiſſe ſe, ſub ligamento POUPARTI, herniam, cum ſuſpicione inteſtinum in ea contineri.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 402. deſcripſit inciſionem connatæ iridis, cujus ope puero viſum reſtituit, qui nunquam viderat, tum inſtrumenta, quibus uſus eſt.

In n. 478. deſcribitur felix calculi inciſio ab eo peracta. Deinde minus felix effectus medicamenti Stepheniani, cum plurimi in veſica calculi eſſent, quos id medicamentum intactos reliquit.

In *Collectione Gallica* Paris 1740. 12. epiſtola exſtat CHESELDENII de CARTERETI calculis, poſt uſum medicamenti Stepheniani in veſica repertis.

§. DXVII.

§. DXVII. Bernardus & Sebastianus Melli.

Chirurgus uterque Venetus. Bernardus pater, poſthumum reliquit opuſculum, *la lancetta in pratica*, quam adnotationibus auctam filius Sebastianus edidit Venet. 1717. 8. *. Pater encheireſes ſimpliciter proponit, ſimplex & ſuperſtitioſus. De baliſta, quæ elatere in venam adigitur; de vena pro ſaphena ſupplenda inter extremam fibulam & tibiam: de Avicennæ lanceolis pilum habentibus & non habentibus. De variis quæ ſecantur venis. De cucurbitularum uſu.

Filius verboſus varii argumenti addit adnotationes.

Sebastiani Melli *practica chirurgica nelle cure di tutti li tumori, ferite, ulcere ed eſcreſcenze* Venet. 1713. 8. *Il chirurgo ſvegliato overo pratica chirurgica parte* II. Venez. 1717. 8. Deinde pars utraque Venet. 1724. 1733, vel 1734. 8. 1738. 8. & 1740. 8. Smith.

Ej. *arte medico chirurgica eſaminata da ſuoi principi e liberata da molti inganni* Venez. 1721. 8. *. In hoc volumine ſex reperiuntur diſſertationes, quas vocat *diſpacci*, & finis auctori fuit, medicorum & chirurgorum honores ornare. Cuivis tamen *diſpaccio* aliquas curationes ſubjicit, ſuas aut amicorum. Ad I. tumor pectoris ſtrumoſus denique ſuppuratus, in gangrænam terminatus, cum ſpaſmo cynico. Ad II. quatuor anevryſmatum hiſtoriæ, quorum tria in poplite ſedem habuerunt, lethale alterum, alterum faſciis ſanatum, tertium ab ictu in axilla natum & curatum. Ad III. Anevryſma in arcus aortæ principio. Gravis pollicis contuſio curata. In IV. ulcus cum carie tibiæ dilatatum, apertum, fragmentis oſſeis ſeparatis clauſum. Semen ſiliquaſtri de aure extractum, in qua diu latuerat. In V. ſuſpicio tendinis in vena ſecanda læſi. In diſp. VI. commotio cerebri aliquoties ſanata.

Pars ſecunda, quæ ſex alias diſſ. ſ. *diſpacci* continet ſecuta eſt a. 1732. 8. * De anatome, de chirurgia aliqua. Contra Gengam Hippocratem defendit.

In diſp. VII. ulcus cancroſum gingivarum funeſtum.

Cum diſp. VIII. compendium chirurgicum.

In X. morſus canis in ſcroto dentem infigentis, ex quo gravia ſymptomata. Vulnus ſcroti in veſicam penetrans. Contuſio temporalis muſculi cum temporalis arteriæ laceratione, felicis eventus omnia. Cum XII. *novella chirurgica* I & II, de ſuo ſtipendio navali agit, de magnis ambuſtionibus, & felici uſu unguenti de cucurbitis.

Ej. *delle fiſtole lacrimali il pro e contra nel nuovo metodo di guarirla propoſto dal S. D. Anel, ed impugnato dal* S. Francesco Signorotti, *con rifleſſioni chirurgiche ed anatomiche* Venet. 1713. 8. & vid. 1740. 8. *. quæ editio non videtur mutata. Dominici Anelli libellum dat recuſum cum titulo, *nuovo methodo di guarire le fiſtole lacrimale.* Notas noſter adjicit criticas, negat ſpecil-

lis hoc malum cedere, ductum potius inde perforari. Non fuiſſe fiſtulam, quam ANELLIUS ſanaverit, ſed obſtructionem. Pro vulgari curatione, quæ fit trepano, inſtrumento radente, igne. Puncta lacrumalia nonnunquam oculos latere. Trepanum ſe feliciter adhibuiſſe.

Deinde F. SIGNOROTTI *informazione fatta ad uno degli Academici di Parigi contro* M. D. ANEL Genova 1713. Nimis levis & aſper negat poſſe ſetas argenteas per puncta lacrumalia trajici, præſtare porcinas. Noſter tamen ſatetur, argenteas ſetas parari poſſe & adhiberi, & aliquas aſperiores notas mollit.

EJ. *la commare levatrice iſtrutta nel ſuo offizio* Venez. 1721. 1737. 1750. 4.* Pars ſecunda agit de partu, ejus impedimentis, tertia de officio obſtetricis & partu difficili, brevis certe parumque plenus liber, aut nuperis dives inventis. Ut veteres, noſter fetum pedibus præeuntem jubet in caput dirigi. P. IV. de molis, menſtruis, partu ventrali; de fetu retento & ex abſceſſu poſt aliquot annos obortu educto: læſum inteſtinum feliciter convaluit. De PHILIPPI CIUCCII forcipe dentata pro educendo fetu mortuo. Caput reſes noſter manu expedivit.

EJ. *ſtoria di una ferita di arma de fuoco* 8.

§. DXVIII. VARII.

FRANCISCI SIGNOROTTI *informazione*, quam diximus etiam cum ANELLIO editam.

EJ. *critiche della critica convinta* Genova 1713. 4.

EJ. *lettera nella quale ſi brevemente riſponde al groſſo libro del* S. ANEL 1715. 4.

PANDOLFO MARAVIGLIA *rifleſſioni ſopra i cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite dell* ANT. BOCCACINI Ravenna 1713. 8. Contra ſimpliciorem vulnerum curationem. Modeſtiam in viro laudant auctores *del giornale de' letterati.*

JOHANNES FANTONUS, vir ill. archiater, qui non dudum in provecta ætate mortem obiit. Cum patris J. BAPTISTÆ *obſervationibus anatomico medicis* Venet. 1713. 4. * excuſis, noſter ſcholia edidit erudita ſuasque adnotationes. Duas vidit cerebri hernias, alterne ſubſilientes & ſubſidentes. Ex levi orbitæ vulnere diuturna hemiplegia.

Recuſa ſunt iſta cum *opuſculis medicis & phyſiologicis* Genova 1738. 4. *. additæ epiſtolæ ad MANGETUM. In iis ad chirurgiam facit abſceſſus abdominis & amiſſa parte inteſtini, demum integra valetudo reſtituta. Omenti tumores quaſi cyſtici. Extracti ſplenis de homine hiſtoria. Fetus per abdominis abſceſſum exeuns. In angina larynx exulceratus. Renis ulcus. Urinæ ſtillicidium a tumentibus proſtatis.

RICHARDI

RICHARDI BOULTON *ſyſtem of rational and practical chirurgery* London. 1713. 8. *. Compendium curationis medicæ & chirurgicæ. Ex WISEMANNO ſua contraxit, ejusque & formulas retinuit & adminiſtrationes. Adnotationes proprias vix habet.

EJUSD *phyſico mechanical account of the gout, kings evil &c.* 1715. 8.

Eſſai on external remedies Lond. 1715. 8.

Nouveau recueil des plus beaux ſecrets de medecine pour la gueriſon des maladies, des bleſſures & autres accidens Paris 1713. 12.

DACQUEVILLE & CANY *diſcours touchant les merveilleux effets de la pierre nephretique, qui ſert à la gueriſon de la colique nephritique, pierre, gravelle, retentions d'urine, expulſant les glaires qui compoſent ladite pierre* Orléans 1713. 12. BUR.

PETER KENNEDY *ophthalmographia, or a treatiſe of the eye* London 1713. 8. *. Morbos oculi percurrit, palpebrarum primos, deinde oculi interni, externi breviſſime. In cataractæ natura a nova theoria non recedit. Aliqua ad oculorum morbos.

EJ. *ſupplement to his ophthalmographia againſt Bracken, Porterfield, Cheſelden, Jurin, Sharpe* ib. 1739. 8. *. Subtiles cavilli, & meliorum reprehenſiones, abſque novo invento.

JACOBUS LUDEEN, Suecus, *de lithogeneſia macro & microcoſmi exerc. phyſ. med. P. poſterior generationem lapidum in omnibus corporis humani partibus demonſtrat* Leid. 1713, 12. *. Calculos partim circa pus naſci, partim circa nucleum. Suas etiam calculorum hiſtorias, & generationem lapillorum proponit, tum circa pus tum circa nucleum. Glans tartaro pellucido obducta. Calculus in femina, intra quem grumus ſanguineus. In veſica plumbi fruſtrum, calculoſa cruſta obductum.

Ein auſerleſenes Handbüchlein, oder rare und ſonderbare Arzneyen zuſammen getragen von der Gräfin von Kent, überſetzt durch J. CASP. GRIMM Leipz. 1713. 12. LOCH.

BARTOLOMEO CORTE *rifleſſioni ſopra alcune oppoſizioni intorno al ſalaſſo* Milan. 1713. 12. ſi huc facit.

§. DXIX. DISPUTATIONES.

J. JACOBUS RAU, chirurgus, lithotomus peritiſſimus, profeſſor denique Leidenſis. Cum oratione *de methodo diſcendi medicinam* Leid. 1713. 4. * adnotationem edidit de ano ſecundario ex vulnere nato &c. Oſſa ſpongioſa non debere cauterio tangi, & cariem potius ſcalpris removeri.

EJUSD. adminiſtrationes aliquas recenſuimus ex HEISTERO & ERNDTELIO.

Celebris lithotomia lateralis frequentiſſime ab eo viro & perfeliciter exercita

 dicetur,

dicetur, quando ALBINI libellum recenſebimus: alio tamen quam ALBINUS ſcalpello uſum eſſe lego, neque ad ALBINI ductum veſicam patefieri. Curatione utebatur ſimpliciſſima ſoloque balſamo ARCÆI teſte BOERHAAVIO. Teſtimonium exſtat TITSINGII, tamen ad digiti longitudinem ipſam incidiſſe veſicam. Calculum ab adhæſione retentum deſcribit. Nunquam neque veſicam læſit, neque aliud viſcus; hæc DENYS. In ſenio infeliciorem fuiſſe TITSING, cum prius feliciſſimus fuiſſet. Feminis calculum ſecabat ut in pueris, non læſa veſica.

Omnino calculi ſectionem eo modo adminiſtraſſe, quem ALBINUS deſcripſit HEISTERUS. Ab ea operatione ſæpe fiſtulas ſanatas. Difficilem eſſe adminiſtrationem. Fetum ex tuba Fallopiana excidiſſe ex femina mortua, in cujus corpore ſex annis hæſerit.

FR. CHR. SCHRADER *de hirudinibus* Erford. 1713. 4. HÆN.

ALEXANDER CHR. GAKENHOLZ *de viſione per cataractam impedita* Helmſt. 1713. 4. *. Exempla habet cataractarum ſponte in melius mutatarum. Cataractas lacteas poſt aliquot dies fundum petere.

CONR. PH. HOFMAN *de inſignioribus puerperii temporibus* Regiomont. 1713. 4. BOEHM.

J. CHRIST. HAGEMAN *de hæmorrhagiis in genere* Regiom. 1713. 4. HEF.

SAM. GOTTL. SCHOLZ *de ulceribus uteri* Utrecht 1713. 4. BOEHM.

JOHANNIS SALZMANNI, profeſſoris Argentinenſis, noſtri olim amici, numeroſæ huc faciunt diſputationes.

EJ. *de chirurgia curtorum, diſſ.* Argent. 1713. 4. *. Varii generis, etiam humorum oculi, artuum amiſſorum.

Mira cranii fractura in homine per 40 *annos ſuperſtite* 1718. 4. * & in meis *ſelect.* Reperitur etiam in E. N. C. *Cent.* X. *obſ.* 14.

De articulationibus analogis quæ fracturis oſſium ſuperveniunt Arg. 1718. 4. *. Callus a febre diſſolvitur. Ut in oſſe humeri articulatio nata ſit, atque pars inferior oſſis ſuper ſuperiorem flexa & extenſa.

De tumoribus quibusdam ſeroſis externis ib. 1719. 4. & in *ſelectis*, R. & A. G. FORTH. Herniæ ſpinalis exempla, & de curatione aliqua vapore adſtringente & calore peracta.

De oſſificatione præternaturali ib. 1720. 4. *.

Tumores tunicati membranacei ib. 1721. 4. * & in meis *ſelectis*. Exemplum ejusmodi tumoris acui ſubjecti. Ex vulnuſculo natum mera erat tela celluloſa abſque adipe, feliciter cæterum vinctum & amputatum. Contra cauſtica. Adipem non conſumere. Ejusmodi tumores reſectos facile redire: utiliter mercurium ſublimatum adhibitum.

De novo artus amputandi modo ib. 1722 4. *. Nempe de VERDUYNIANÆ adminiſtrationis commodis ac incommodis.

De

De luxatione oſſis femoris rariore, frequentiori colli fractura ib. 1723. 4. * & in meis *ſelectis.* Ægerrime femur luxari poſſe, frangi facile.

De morte ſubita ex ſanguine in pericardium effuſo ib. 1731. 4. *. Fuiſſe, qui 32 horis vulneri venæ cavæ ſupervixerit, cum adipe vulnus clauderetur.

Hernia veſicæ urinariæ ib. 1732. 4. * & in *ſelectis.* De modo quo poſſit veſica ſua de ſede elabi. Herniæ ab ictu ſubito natæ exemplum.

De abſceſſuum recta & tempeſtiva apertione ib. 1737. 4. R. GüLCH.

In *Comm. Acad. Petropol.* T. III. de exoſtoſi & carie cranii & duabus femoris luxationibus agit.

Eph. Nat. Cur. Vol. II. *obſ.* 98 caput obſtipum cum carie oſſis occipitis & vertebrarum.

Obſ. 99 exoſtoſis oſſeo ſpongioſa cranii eadem.

Obſ. 100 fungus occipitis cum cranii carie.

Obſ. 101 luxatio femoris cum defectu capitis ejus oſſis.

J. CASPAR MUSTINGER *de luxationibus* Argent. 1713. 4. HÆNEL.

RUD. HUBER *de glandulis & de tumore ſcrophuloſo maxillæ inferioris a retropulſa gonorrhœa virulenta enato* Baſil. 1713. 4. *. Tumorem ſcrophuloſum maxillam inferiorem occupantem a venerea lue ortum, & curatum deſcribit. Struma ingens colli exciſa.

§. DXX. PIERRE AMAND,

Chirurgus Pariſinus, qui artem obſtetriciam exercuit. Ej. ſunt *nouvelles obſervations ſur la pratique des accouchemens, avec la maniere de ſe ſervir d'une nouvelle machine pour tirer la tête de l'enfant* Paris 1713. 8. 1715. 8. *. Præcipua pars libri ad obſtetrices ſpectat catechetico ordine ſcripta. Majoris momenti ſunt adnotationes 129, non eæ inutiles. Pluſculæ atretæ, quæ conceperunt. Abortus hæmorrhagiæ. Situs præter naturam, brachium præeuns &c. Os uteri cæcum. Fetuum in ventrem elapſorum exempla. Cæterum reticulum deſcribit, quo manum armat, ut caput in utero relictum apprehendere poſſit, digitis per certos anulos trajectis. Verum id quidem machinamentum a peritis non eſt receptum.

§. DXXI. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 337. RICHARDUS RUSSEL de ſcirrho in cyſtide incluſo.

In *Giorn. de letter.* T. XV. agitur de lithotomo macedonico illiterato, ſimpliciſſimis utente inſtrumentis, abſque cathetere, forcipe. Apparatu ſecabat parvo & feliciter curabat.

§. DXXII. Varii.

Hunauld, medici Andegavenſis, patris celebris anatomici, *entretiens ſur la rage & ſes remedes.* Chateau Gontier 1714. 12. *. Occaſionem ſcribendi ſumſit ab infectione provinciæ ſuæ, cum 140 homines a lupo rabido eodem fere tempore demorſi fuiſſent. Symptomata recenſet, quæ rabiem præceſſerunt, indicavit etiam nauſeas, capitis dolores, ſcintillas ante oculos, vertiginem, cicatricum intumeſcentiam, abſque fere ſiti. Submerſionem hactenus morbum minuere, ut & bibant & pacate moriantur, maris nullam eſſe prærogativam. Perire quibus cicatrices non aperiantur. De rabie, ſpuma inficiente, furore, ululatu. Horror a pluvia, a venæ ſectione; a levi tactu intolerabilis titillatio: dolor a lumine, a coloribus, a ſtrepitu; ſunt tamen qui ſtupent ſomnolenti. Cauterio locum profunde debere uri. Septem ſpecies caninæ rabiei facit, quarum duæ nullam accipiant curationem.

Dixi hunc virum de fratris Jacobi lithotomia libellum reliquiſſe M. S. codicem p. 548.

Dominico Cecchini *la difeſa dei diritti di* C. Magati *riſponſiva alle rifleſſioni di Pandolfo Maraviglia contro i cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite ſpoſti da* Antonio Bocaccini *con ragioni anatomiche e fiſico mecaniche* Roma 1714. 4.

Sanctii de Torres, Luſitani, *promptuario pharmaco e chirurgico en que ſe acharao limitados os peſos &c. de remedios contro a multas e graves enfermidades que afligen lo corpo humano* Lisbon 1714. 4. C. de V.

Alex. Schamsky *promtuarium medico practicum* 1714. 4. * habet etiam chirurgica.

Barth. Kruger *genealogia calculorum macrocoſmi & microcoſmi* Brunſvic. 1714. 4. Heister. Calculi moriformis, papillati ex veſica exciſi exemplum. Index calculorum per ſingulas corporis humani partes repertorum. Lithotomiæ hiſtoria.

J. Staricii Heldenschaz *d. iſt naturkundiges Bedenken über und bey vulcaniſcher auch natürlicher magiſcher Fabrefaction und Zubereitung der Waffen des berühmten Helden Achilles, nebſt einem Anhang ſchöner zur Geſundheit dienender Kunſtſtücken* 1713. 12. Berlin 1752. 8. ſed vetuſtius eſt opus, vanum & paracelſicum.

§. DXXIII. Disputationes.

Mich. Henrich Gribner *de uſu tormentorum apud Athenienſes*; ſi huc referas Lipſ. 1714. 4.

§. DXXIV.

§. DXXIV. Diaria. P. S. Rouhault.

In *Trivultinis* de homine refertur cui 47es perforato abdomine hydrops nondum ſanatus fuit.

In *Mem. de l'Acad.* 1714. Bernardus Calvo de fetu in tuba, ut putat, concepto & per vulnus abdominis prodeunte. Conf. p. 15.

Petrus Simon Rouhault, qui in aula Sabaudica manu medebatur, veſicæ internam membranam late vidit deceſſiſſe.

Idem *Mem.* 1716. calculum reperit inter vaſa capillaria placentæ.

In *hiſt.* 1719. de unguibus monſtroſis feminæ egit.

Ej. *traité des playes de tête* Turin 1720. 4. *. Simplex modeſtus & facilis, conſilia dat ad varia vulnera malaque capitis. Signis vulgo receptis parum tribuit. Ut repetita venæ ſectione congeſtiones ſanguineas diſſipaverit. Fuſe de trepani uſu. Vulnera punctoria pericranii mala eſſe. Signa pericranii contuſi. Meryum noluiſſe trepano uti, cum utraque tabula perforata eſſet, & bona ſigna adeſſent. Exemplum calamitatis, & fiſſi oſſis frontis, cum æger in occiput lapſus eſſet. A diſſecta dura membrana nulla magna ſequi ſymptomata.

In *opuſculi ſcientifici* T. VI. fetus ventralis.

§. DXXV. Varii.

J. Baptista Bianchi, inciſor & profeſſor Taurinenſis. In Ejus *ductibus lacrymalibus novis* Turin 1715. 4. * aliqua reperiuntur de fiſtula lacrumali ejusque curatione Anelliana. Tumores quidem lacrumalium viarum aptis liquoribus injectis curari, fiſtulas egere inciſione, vel apertione, quæ igne fit: cariem requirere novam ad nares viam arte paratam. Per nares canalem jubet diſſecare.

Ej. *de naturali, vitioſa morboſaque generatione* Turin 1741. 8. *. Pluſcula huc faciunt, de abortu, hernia varia, etiam uteri, fetu diu in utero reſide, fetuum ventralium partu Cæſareo, partu per anum vagina ruptus uterus. Partum Cæſareum rejicit, neque unquam ſatis certo adminiſtratum fuiſſe putat. Aliquæ propriæ hiſtoriæ. Partus ex ulcere perinæi. Partus per anum ex imo inteſtino. Fetus ex abſceſſu per umbilicum eductus. Exemplum ſectionis funeſtæ partus ventralis.

In *theatro* Mangeti aliqua habet, ut fetum ventralem.

Ej *duæ epiſtolæ* adverſus me ſcriptæ, & in *Journ. de medecine* 1756, atque in Fabri *racolta* recuſæ. Hactenus docet, modo doluiſſe viſos, quibus tendines aut dura mater laceſſita, modo minime.

Christian Polycarpus Leporin *wahrhafte Nachricht von einem Handſchaden eines Knaben ſo er bey losſchieſſen einer Flinten bekommen* Quedlinburg 1715. 4. *.

Cum

Cum puer imperite ſtlopo uſus pollicem ſibi pene evulſiſſet, & carpum fregiſſet, chirurgus ſutura uſus fuerat, demum cum gangræna immineret, noſter pollicem reſecuerat. Alius medicus advocatus curationem improbaverat. LEPORINUS ſe tuetur.

J. HENRICH BOLMANN *kurze aufrichtige ſpecies facti über die verwundete Hand eines Knaben von 12 Jahren* 1716. 4. *. Medicus, adverſarius LEPORINI ſuturam condemnat, ut in vulnere complicato, tum ſpem ſanationis irritam quam gangræna refutavit. Acerbus nimis.

LEPORINUS repoſuit *continuation der wahrhaften Nachricht von einem Handſchaden* ib. 1716. 4. *. Acris & ipſe, ita ſe tuetur, ut parum inde utilitatis arti accedat.

EJ. *Leben* W. FABRICII v. HILDEN Quedlinburg 1722. 4. *. Brevis neque viro dignus libellus.

EJ. *vom Leben und Schriften* H. HEISTERS Quedlinburg 1725. 4. *. Studia viri & opera. De RAVII qui HEISTERUM circumvenerit avaritia malaque fide.

EJ. *Erörterung einiger die zurükgebliebene Nachgeburt betreffender Fragen* Quedlinburg 1728. 4. *. Non nimium fidendum muſculo RUYSCHIANO, neque placentæ excluſionem naturæ permittendam.

CONRAD LUDWIG WALTHER, chirurgi Hallenſis, *mediciniſch chirurgiſcher Schatz ſonderbarer Anmerkungen* Leipzig 1715. 8. *. Chirurgus analphabetos centum hic curationes varioreſve hiſtorias dat: earum pleræque chirurgicæ ſunt. Acus deglutita abſque malo per alvum egeſta. Funeſta fractura coſtarum cum pulmonis vulnere. Calculus ex puero magno apparatu exciſus, renatus alius, intra biennium lethalis. Ulcus & cubiti caries a variolis, frequens, ut ipſe vidi, malum. Magnum ſteatoma de femore reſectum. Inciſum cranium multis feſtucis amiſſis denique ſanatum. Fiſſuræ calvariæ ex uno puncto quinquies callo oppletæ, & cum dura meninge connatæ. Manu amputata ſanguis veſica ſuilla conpreſſus. Ex lapſu funeſtum hepatis apoſtema. Caries maxillæ inferioris ſanata. Qui ſibi ipſi magnum calculum de veſica exciderit. Ex ictu lapidis pulvere pyrio projecti tibia & fibula fracta, felici eventu, cum alio pene ſimili exemplo. Vulnus vaſis lymphatici cum vena ſecta aperti ægre curatum. Grandis veſicæ calculus in cane. Naſi oſſa & clavicula fracta ſanata. Magna ſtruma exciſa. Calculus ſalivalis. Forcipis genus ad evellendos dentes.

EJ. *merkwürdiger Vorfall des Winddorns an einem Mädchen von 10 Jahren* Leipzig 1715. 8. *. Oſſis tibiæ maxima & funeſta corruptio, quæ ſpina fuit ventoſa, quam a carie diſtinguit. Curationem minus felicem defendit.

EJ. *Tortura infantum, d. i. gründliche Abhandlung der wehethuns und verbrechung ſo den ganz kleinen Kindern zur Ungebühr aufgebürdet wird &c.* Leipzig 1721. 8. *. Ridiculæ ſuperſtitiones feminarum eo fere redeunt, ut cardialgiam infantilem

infantilem neſcio, cui luxationi & vitio mechanico tribuant, quæ mala volunt extenſionibus, conplicationibus aliisque ejusmodi adminiſtrationibus corrigere, ubi ſolis medicamentis opus ſit. Ita varia mala miſeris arceſſuntur non raro, ut noſter per exempla oſtendit, etiam lethalia, ut ipſæ vertebræ luxatæ fuerint. Ad finem aliqua de morbis mammarum fiſſurisque papillarum, quas ſaturninis medicamentis curat.

C. L. M. (MOLZER) *obſervationes medico chirurgicæ* (Germanice) *Aſchersleben* 1715. 8.

J. E. F. *Unterricht vom Steinſchmerzen* Leipzig 1715. 8. HEISTER.

CHRISTOPHORUS le CERF, medicus Francofurtenſis, varia edidit pro cauſa WOOLHOUSII, ut *Probſtücke in Augenkrankheiten des* H. WOOLHOUSE Jena 1715. 8. EISENMAN.

Diſſertations critiques de WOOLHOUSE *ſur la cataracte & le glaucome* &c. Francf. 1719. 8. Offenbach 1730. 8. BORET.

EJ. *am Licht beſehener Staar oder paſquillantiſcher Criticus Sincerus Fidelis* Fr. Leipz. 1719. 8. TREW.

In J. CONR. BARCHUSEN *collectis medicinæ practicæ generalis* Amſterd. 1715. 8. * aliqua reperiuntur de veſicatoriis, hirudinibus, ſcarifatione, uſtione, ſetaceo, de vulneribus, de abſceſſibus ex morbis orientibus.

In EJ. *hiſtoria medicinæ* Utrecht 1723. 4. * aliqua habet de artificiis, quibus veteres ſanguinem conprimebant.

WOLFERI SENGUERD *diſp. de tarantula* Roterdam 1715. 8. *, quæ tertia eſt editio. Fabulas ſolitas admittit, eas tentat ad ſuas cauſas reducere. Prodiit a. 1667.

J. ANDREÆ CONTARINI *cirurgia pratica accommodata al uſo ſcolareſco* Padova 1715.

FERDINANDI CAROLI WEINHART *nucleus medicinæ* Patav. 1715. 8. &c. continet etiam morbos chirurgicos.

§. DXXVI. DISPUTATIONES.

MARTIN GOTTHELF LOESCHER, phyſici Wittenbergenſis, *de lapidum concretione* Witteberg 1715. 4. HÆN.

EJ. *obſervationes chirurgicæ medico practicæ* Witteberg 1723. 4. *. Ulcus abdominis ſinuoſum & tortuoſum, tamen curatum. Inciſio cadaveris ſpina ventoſa infecti. Vulnus ſtlopetarium capitis curatum. Amputatio pedis gangrænoſi felix. Strumarum curatio (per auxilia parum probabilia).

De curatione herniarum chirurgica Witteberg 1728. 4. *

De uteri procidentia ib. 1728. 4. MENZ.

De dentibus ſapientiæ eorumque morbis ib. 1728. 4. *.

J. MART. SCHIESE *de bronchotomia* Regiomont. 1715. 4. BOEHMER.

J. CHR. TSCHUDI *de aurium medicina* Argent. 1715. 4. HÆN.

SAMUEL du BUISSON *de calculo renum ac veſicæ* Utrecht 1715. 4. BOEHMER. PL.

J. BAPTISTÆ GASTALDI, profeſſoris Avenionenſis, *an venena inter ſe eſſentialiter differant & aliquod detur remedium omnibus venenis indiſtinctim conveniens* Avenion. 1715. 12.

EJ. *an dolori nephritico balneum* ib. 1715. 12.

An cataracta vitio lentis Avenion. 1718. 8. Negat in lente cryſtallina ſedem eſſe.

EJUSD. III. *quæſtio medica an cataracta a vitio humoris aquei vel cryſtallini oriatur, an a glaucomate differat, & aliter quam operatione chirurgica curari poſſit* Paris 1719. 8. Negat auctor. Videtur altera editio prioris libelli, cui profecto eumdem titulum MANGETUS annumque 1718. & Avenionem pro loco natali tribuit.

EJ. *an calculoſis conveniat ſemen paliuri* ib. 1720, ut videtur 12. De calculo in univerſum: & de vi paliuri ad eum ſolvendum, quam noſter laudat.

EJ. *an emphyſemati diaphoretica* Aven. 1718. 8. Emphyſema ab adliſo pectore, nulla coſta fracta, fotu calido ſanatum & ſcarifatione.

§. DXXVII. DIARIA.

In *E. N. C. Cent.* III. IV. *obſ.* 8 JAC. CHRISTOPH SCHERER de calculis numeroſis per lotium, aliis vero pro vomitum rejectis.

GOTTFRIED KLAUNIG, medicus Vratislavienſis,

Obſ. 65 de ulcere cancroſo colli uteri.

Obſ. 66 carotidis anevryſma ex vulnere natum ſanatum.

Cent. VIII. *obſ.* 17 clavus ex muſca in meatu auditorio hærente.

Vol. II. *obſ.* 12 argentum vivum princeps eſſe ſtrumarum remedium.

In EJ. *Noſocomio Charitatis* Breslau 1718. 4. * varia huc faciunt. Vulnus, ex quo plurima lympha. Inciſio hominis demortui ex ani fiſtula, & calculoſi, ſteatomate in capitis vertice, ulceris fiſtuloſi cum femoris carie.

IMMANUEL WEISMANN,

E. N. C. Cent. III. IV. *obſ.* 169 de muliere lithotoca. De ea proprium libellum edidit Tubing. 1716. 4. *. Femina per alvum 30 calculos edidit, ut olim LAUERIA.

Obſ. 129 iſchuria die decimo funeſta.

DAVID

DAVID CHRISTIAN VALTHER.

Obſ. 136 calculus per anum egeſtus.

GERARD ARNOLD de VINCQUEDES.

Obſ. 158 ulcera faucium curata.

Obſ. 178 liquor de equino fimo pro remedio adverſus calculum.

SIGISMUNDUS SCHMIEDER.

Obſ. 161 calculus ingens a muliere ejectus.

EJ. *de polypo œſophagi vermiformi rariſſimo* Görliz 1717. 4. & in *Act. Erud.* 1715.

HIERONYMUS LAUB, Auguſtanus, *E. N. C. Cent.* III. IV. *obſ.* 162 paracenteſis ſæpe repetita, ut ſingulis vicibus ad 15, & 40 ℔, etiam ad 50 effluerent.

Cent. V. *obſ.* 22 calculis ren obſeſſus & ureter.

Cent. VIII. *obſ.* 21 lenta mors, deſtructa a lue venerea calvaria & cerebri parte.

Obſ. 22 veſica craſſa, in ea calculus.

Cent. IX. *obſ.* 14 paralyſis ex cerebri apoſtemate.

Cent. X. lenta mors a fragmento cranii cerebrum comprimente.

Obſ. 7 ab exiguo pleuræ vulnere mors.

Obſ. 8 & 9 vulnera renum & juncturæ cubiti.

Vol. I. *obſ.* 148 tumor femoris ſanguine coacto plenus, & fragmentis eroſi oſſis femoris.

Obſ. 149 caries vertebrarum ab ulcere, inde femoris impotentia.

Obſ. 150 ulcus dorſi cum coſtarum carie.

Obſ. 151 hernia umbilicalis cum aſthmate.

Vol. II. Empyema ſolutum abſceſſu ſponte nato.

Obſ. 19 cor adroſum.

Obſ. 21 lien & ren a caſu ab alto rupti.

Obſ. 22 ſternum & cranium in ſcorbutico carioſum.

Obſ. 103 coſtarum a ſterno ſeparatarum coalitio, per cartilaginem facta, noviter enaſcentem.

Obſ. 104 caries ſterni in ſcorbutico.

Obſ. 105 caries multiplex in rachitico.

Obſ. 106 parotides ulceroſæ cum abſceſſibus pulmonis & meſenterii conjunctæ.

Obſ. 109 aorta oſſea,

§. DXXVIII. Louis Leger de Gouey.

Chirurgi Pariſini, qui Rothomagi vixit, *la veritable chirurgie établie ſur l'experience & ſur la raiſon, avec des nouvelles decouvertes* Rouen 1716. 8. *. Librum jam a. 1710. ſcriptum eſſe bibliopola indicat. Magna pars chirurgiæ ſparſa hic traditur. De gibbo; oriri a nimia muſculorum abdominis tenſione. Sanatum vulnus cruralis arteriæ. Partus difficiles & ad eos conſilia. Partum Cæſareum in viva matre laudat, & felicia exempla producit, etiam ſepties in eadem femina repetiti. Laudat venæ jugularis in angina ſectionem, raninæ inciſionem rejicit. Errores hominum, qui luxationes reponendas ſuſcipiunt, indeque ſubnata caries. Luxatio carpi cum vulnere conjuncta. Viſcera abdominis univerſa ſuppurata. Partus ventralis totus gypſeus & a putredine purus. Partus per bubonocelem inciſam felix. Caput fetus reſes anſa ex linteo facta extrahitur. Cucurbitula ad os pubis data adverſus vaginæ prolapſum. Podagrici cauteriis ſanati, & vulnus arteriæ cruralis ſanatum. Ex fractura complicata caries, & talus totus exemtus.

§. DXXIX. Varii.

J. Caspar Reiss, chirurgi Auguſtani, *curieuſe anatomiſche und chirurgiſche Merkwürdigkeiten* Augſpurg 1716. 8. * Multa theoria acido & alcali ſuperſtructa. Luxationes femoris abſque dubii indicio admittit, & ſe reſtituiſſe narrat. Dimidio aqueo humore amiſſo viſum interire. Medicamenta varia & emplaſtra aliqua reformata.

Ej. *Unterſuchung des aderlaſſens und ſchröpfens* Augſpurg 1744. 8.

Joh. Vigier, pharmacopola Gallus qui Ulyſſipone vixit, *Theſauro Apollinea* . . . .

Id. chirurgiam completam Caroli le Clerc Luſitanice vertit.

Cassone *anatomie & chirurgie* Paris 1716. 8.

Le Breton *remedes choiſis de chirurgie* Paris 1716. 8.

Jac. Ant. Lupi *chirurgia ſvelata* Venez. 1716. 8. Pro methodo Magati: adjicit celebrem Francisci Gigot curationem, aliam Bellostii, aliasque ſimiles. Conf. p. 555.

J. B. Verna *phlebotomia princeps medicamentum* Patav. 1716. 4. * dicetur in clinicis.

Jac. Vercelloni *de pudendorum morbis* Aſt. 1716. 8. *. Leid. 1722. 8. Fiſtulæ frequenter ex gonorrhœa naſcuntur, in feminis poſt eroſam vaginam. Si fiſtula tota non poteſt dividi, findenda quoad poteſt. Cribroſæ fiſtulæ ſanantur amputatione &c.

§. DXXX.

§. DXXX. Disputationes.

Joh. Kupferschmidt, medicus Burgdorfenſis, qui Soloduri medicinam fecit, *de morbis prœliantum* Baſil. 1716. 4. *. Juſtum pene opus de morbis caſtrenſibus in bello civili Helvetico natum, cum præceptis ad eorum malorum curationem pertinentibus, & caſibus rarioribus. Nonnullas gentes vino non poſſe abſque damno carere. Cute integra veſica a contuſione vulnerata. Vulnus globi ſtlopetarii majoris exemtis oſſium fragmentis curatum. Sic vulnus articuli cubiti, cum olecrani pars major ablata fuiſſet. Magna a lapſu depreſſio cranii, terebella cochleata elevata & reſtituta (tirefonds). Lamina perforata ad trepani viam, non ſatis bene alteri adſcripta quam Bellostio. Vulnus ſtlopetarium tabulam exteriorem oſſis frontis frangens, tamen ſanatum: ſic pectoris & pulmonis vulnus, & aliud hypochondrium innoxie trajiciens. Paradoxæ glandium plumbearum viæ. Glandes inciſæ, & frumenti granis fartæ, maligna facientes vulnera.

In alia diſp. 1715. 4. *de machina humana ejusque præſervatione* Baſil. dicitur a Portalio chirurgicum caſum referre, in quo ſanguis intra meninges effuſus poſt terebrationem exhauſtus fuit.

J. Henrici Fehr *de calculo veſicæ ejusque per ſectionem auferendi methodo* Baſil. 1716. 4. *. Pro ſectione Raviana, quam deſcribit.

Chr. Frid. Pistor *de fetu e rupto utero in abdomen prorumpente* Argentor. 1716. 4.

J. Jacob Jantke & Jac. Grambs *de nephritide & calculo renum* Altdorf 1716. 4. *.

Ej. Grambsii *Anweiſung für die Anfänger der chirurgie in 38 Tabellen* Francf. 1740. 8.

Ej. Jantkii *de ophthalmia* Altdorf 1743. 4.

J. Jacob Grambs *anatomiſche Beſchreibung eines monſtroſen Gewächſes* Francfurt. 1731. 4. *. De tumore adipoſo 18. librarum in mulieris meſenterio.

Ej. Altdorfini profeſſoris in *Comm. Lit. Nor.* T. I. de curatione ſympathetica herniæ infeliciter tentata.

J. Georgii Duvernoi *de colenda cito tuto & jucunde Lucina in puerperio* Tubing 1717. 4. *.

In *Comment. Petrop.* T. VI. a. 1732. Idem egit de anevryſmate aortæ, quod vertebras effodit.

J. Henric. Croeser, profeſſoris Groningenſis, *de thoracis vulneribus* Leid. 1716. 4. * Exemplum vulneris inconſpicui, cum enſis per coſtam penetraſſet.

Nic. v. Heins *de hydrophobia* ib. 1716. 4. Pl.

Theod. Herm. Tissot *de ſcirrho* ib. 1716. 4. * alii 1718. Pl.

HENRICUS a WULLEN *de tumoribus induratis in faucibus & œſophago latentibus* Gröning 1716. 4. BOEHMER.

CHRISTOPH. ERN. KLEINFELD *de natura curaque iſchuriæ* Duisburg 1716. 4. HEF.

§. DXXXI. DIARIA.

In *Trivultinis* 1716. GOSSET *de la gangrene*, libellus ad vendendum arcanum ſcriptus.

In *Mem. de l'Acad.* 1716. DESLANDES de puero, cui omnia oſſa per ancyloſin coaluerunt.

MARTIN filius, chirurgus, de fetu in ventrem effuſo.

In *Journ. des Sav.* 1716, le GENDRE de furca argentea deglutita, poſt 15 menſes de ano egeſta.

§. DXXXII. VARII.

LUDOV. FRANC. MANNE, chirurgus Avenionenſis. Lego in diſſ. a. 1717. edita, primum fuiſſe, qui ſeptum palati diviſerit.

EJUSD. eſt minime contemnendus labor *Obſervations de chirurgie au ſujet d'une playe à la tête avec fracas & une piece d'os implantée dans le cerveau &c.* Avignon 1729. 8. *. Fragmentum calvariæ in cerebrum per integrum menſem depactum hæſit, abſque ullo ſymptomate: ejusmodi vero caſus plures recenſet. Miratur, potuiſſe duram meningem abſque magno malo incidi. Non vulnera cerebri aut membranarum magna illa ſymptomata facere, ſed cerebri commotionem, etiam ſolam. Dolores capitis in cerebri vulneribus fere ubique citat. Adjectæ epiſtolæ FRANCISCI de la PEYRONIE pro ſuo corpore ovali pugnantis, quod ſit animæ ſedes, & FRANCISCI CHICOINEAU, denique J. LUDOVICI PETIT & MORANDI, qui cerebri magna vitia viderint, nihil in ſenſuum uſu mutaſſe.

EJ. *obſervations de chirurgie au ſujet d'un polype extraordinaire, qui occupoit la narine gauche* Avignon 1747. 8. FALCONET.

J. P. WAGRET, medicus Valentinenſium noſodochiorum, *obſervations de medecine & de chirurgie faites dans les hôpitaux du Roi* Paris 1717. 8. *. Pars operis melior eſt, quæ ad chirurgiam ſpectat, adque DURANDI & aliorum peritorum chirurgorum adminiſtrationes pertinet. Fractura femoris tarde & quarto menſe curata. Vulnera ſtlopetaria, alia. Tendine diſſecto ſutura tantum cuti injecta, curatio lenta, ſed tamen plena. Hæmorrhagia involucrorum calvariæ inciſione ſola ſuppreſſa. Hernia incarcerata ſanata. Mors ex devorato oſſiculo. Ex lapſu luxatum femur, & in nates detortum, reſtitutum. Anus, qui infanti nullus erat, a natura ſuppletus.

ERHART NORRE, Chirurgi Stutgardienſis, *chirurgiſcher Wegweiſer, allen angehenden gezeiget* 1717. 8. Nurnberg 1736. 8. * Artis compendium ad antiquum ſaporem: nam & hernias vetuſtas rupti eſſe peritonæi putat, & luxationes femoris ut rem confectam recenſet, & ſigna cæleſtia religioſe obſervat.

CHRIST. BAUZMAN *von tödtlichen Wunden* Leipzig 1717. 12. HEIST.

J. DANIEL GOHL, medicus Berolinenſis, ex STAHLII ſecta, edidit *Acta Eruditorum Berolinenſium*, quorum primum volumen oportet a. 1717. prodiiſſe, cum præterlapſum annum 1716. citet, collecta vero decas, anno demum 1722. Berolini 8. * Multa ſunt chirurgici argumenti, renuntiationes, ut vocant, de vulneribus, de infanticidiis, inciſiones cadaverum, in quibus morbi ſubinde chirurgici detecti ſunt, demum adminiſtrationes ipſæ. Pauca ſpecimina excitabo. Cataracta nitens ad argenti vivi modum. Vulnus thymi funeſtum, mors pulmone utrinque collapſo. Calculi aliquæ ſectiones. Duæ diſſ. de morbo LICHTSCHEIDIANO, empyemate nempe aperti quidem, ſed in fiſtulam thoracis verſi, ductus thoracici, rejicit enim vulnus ab HOFMANNO accuſatum. Coli inteſtini vulnus a chirurgo factum, ſanatum. Mors & exſanguis fetus a funiculo umbilicali non ligato. Paracenteſis abdominis & thoracis inutilis. Calculorum utriuſque veſicæ & renis varietates. Gangrænæ ex levi vulnere. Tumor in genu cum carie funeſtus. Cataracta in cane lactea. Paracenteſis in aſcite felix. Luxatio, ut videtur, vera femoris, os certe cum fragore reſtitutum, eo redditus ſubito artus uſus.

In *Decade* II. Berlin 1723. 8. * Reſectus enſe condylus humeri internus, radius trepano perforatus & exemtus, felici eventu. Fiſtulæ ani ferro ſanatæ. Claviculæ carioſæ pars magna ablata, non læſo motu. Sphacelatus pes in ſene deceſſit. De fungis cerebri, ad quos ſchœnantos laudatur. Calculus veſicæ mori ſimilitudine. Mors a commotione cerebri per illapſum ſaccum lana plenum concuſſi. Calculi ex urethra exciſi. Apoplectici homines per excutiam ventriculi excitati. Alapa occiſus, calvaria non læſa. Ex lapſu inteſtinum jejunum ruptum. GEORGII CLACII relatio de reo, qui fragmenta lignea devoraverat. Fungus carnoſus vaginæ. Cancer labii minus feliciter exſectus. Mors ex polypo aſperæ arteriæ. Ex ſalivatione ſphacelus. THEODORI VALENTINI KRAMER relatio de vulnere pectoris in empyema degenerante, tamen ſanato. Exempla calvariæ depreſſæ, per retentum halitum reſtitutæ (potius per efflationem, quæ ſuccedit, fortiorem, qua cerebrum diſtendat). Paracenteſi mors hydropici dilata. Abſceſſus umbilici ſanatus. Senſus brachii amputati conſtans. Ex eryſipelate ſuppreſſo enormis tibiæ tumor. Iterum hæmorrhagia funeſta ex funiculo non ligato. In fulgurato os bregmatis perforatum.

In *Decade* III. vol. I. 1731. 8. *, quod ſolum prodiit. Eryſimum laudatur ad tumores ſcirrhoſos, etiam in cancrum vergentes. Vagina caſu pene connata, conceptum non impedivit. Glans plumbea trigeſimo poſt anno ex pede extracta.

EJ. *epiſtola de ſpina ventoſa* Hall. 1727. 4. * bonis cum adnotationibus. Puerorum ſanatorum exempla, alii caſus de variolis.

EJ.

Ej. *compendium, oder kurze Einleitung zur Praxi Chirurgica, nebſt einer Vorrede* C. Jac. Trew *von den Eigenſchaften eines guten Chirurgi* Nürnberg 1736. 8. *. Chirurgia potiſſimum theoretica & medicamentaria. De vulnerum lethalitate judicia.

Ej. *medicina practica clinica & forenſis, ſ. collectio caſuum variorum chirurgicorum ac forenſium;* edidit S. Schaarschmidt Berlin 1735. 4.

Idem Tobiæ Schuzen's *chirurgiſcher Handleiter* Berlin 1714. 8. & J. Dahlmanni *kurzgefaßte Heilkunſt* edidit 1715. 8.

In *E. N. vol.* III. *obſ.* 10. ulcus lumborum fiſtuloſum aqua griſea curatum.

Lud. Cron *der beym Aderlaſſen und Zahnauszehren geſchikte Barbiergeſell* Leipzig 1717. 8. * De venæſectione fuſe. Exemplum anevryſmatis inde nati. Ea calamitas ipſi accidit auctori, cui tamen apta compreſſione ſubvenit. Alii ex eo ipſo infortunio per ſanguinis jacturam interierunt. Symptomata magna, animi deliquia, mortes, ex venæſectione nimis copioſa. Dentium evulſio, inde hæmorrhagia vitriolo ſuppreſſa. Gingivas a dente ſeparare inutile eſſe, ſed dentes *ad latera* debere urgeri.

H. Banyer *methodical introduction to the art of chirurgery* London 1717. 4. Heist.

Die bewährte Krebscur Jen. 1717. 4. *.

Verhandeling der beenbreucken, hoe deſelve moeten getracteert wounden, het zy met of ſonder wonden by gelegenheit van zeker voorval opgeſtelt Leeuwarden 1717.

J. Jac. Rosenstengel *medicus practicus clinico forenſis, ſ. brevis introductio in praxin clinicam & forenſem* Francfurt 1717. 8. Hænel.

Johannes Freind, eruditus medicus Anglus, edidit anno 1717. Londini ad Hippocratis epidemica commentarios, in quorum II quærit de venæ jugularis ſectione, quam probat in earum partium malis, quarum venæ ad jugularem externam tendunt, in angina &c. In IV de coli & veſicæ ulcere. In IX de veſicatoriis, quæ cantharides recipiunt, de eorum in uſum publicum admiſſione atque in febribus utilitate.

In *hiſtoria medicinæ*, dum ſcriptorum inventa recenſet, addit varia, ſæpe utilia, ut ad anevryſmatum naturam verorum & ſpuriorum, & de malis ab aneuryſmate natis. De lanceolæ inventione, quæ ſit ſeculi XIII. Ad ſetacea, ad hernias. De cauſis quæ faciunt, ut nonnunquam ſubita abdominalium aquarum evacuatio nocuerit, omnia ad Meadii ſenſum.

§. DXXXIII. Disputationes.

Chr. Ern. Gorn *de auxilio debito in partu difficili* Utrecht 1717. 4. Dan.

Dan. Dolegius de Kedts *de calculo in genere, ſed præſertim renum & veſicæ* Leid. 1717. 4. Hænel.

Corn. v. Leeuwen *de empyemate* Leid. 1717. 4. Boehm.

Jac. de Witte *de iſchuria* Leid. 1717. 4. Hef.

J. Henr. *ten* Dam *de inflammatione in genere* Hardervic. 1717. 4. Pl.

A. Christoph. Bernh. Valentini *de ceraunia & de fulmine tactis* Gieſſ. 1717. 4. Pl.

Franc. Ant. Reling *de ganglio vulgo überbein* Altdorf 1717. 4.*.

Laur. Roberg *de oſſibus tuberoſis* Upſal 1717. 4.* & in *meis ſelectis:* icones oſſium carioſorum.

Ej. *de pede marceſcente & indurato* Upſal 1718. 4.* & in *ſelectis meis.* Gangræna ſicca ex eryſipelate nata, feliciter amputatione ſublata.

Ej. *de cataracta* Upſal 1722. 4.*. Woolhousianus, vidit in bubone cataractam.

Ej. *de pernione* 1722. 4.* & *in ſelectis.* Membra frigore emortua, ut refocillentur nive confricando.

§. DXXXIV. Diaria.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1717. 4. Sivert de miro tumore ex nixu nato, glandularum, ut putat, pediculo donatarum.

In *Phil. Tranſ.* n. 354. Thomas Bower de ſteatomate genæ exciſo.

In E. N. C. *Cent.* V. *obſ.* 9. Christian Gottlieb Reusner ex ulcere brachii curato tuſſis ferina, & *obſ.* 12. phthiſis ex ulcere tibiarum.

Obſ. 11 embryo ſex menſibus in utero retentus & egeſtus.

David Laurentius Ebersbach *obſ.* 20 fetus humanus improbabili errore in veſica urinaria repertus.

Andreas Fackh *obſ.* 74 anevryſma ſub carioſa clavicula ruptum.

Obſ. 77 de calculi, ut putat, remediis, herniaria, acidulis, liquore ſilicum.

J. Melchior Verdries, Profeſſor Gieſſenſis, *Cent.* VI. *obſ.* 17 magna vulnera cerebri in cane ſanata.

Vol. I. *obſ.* 28 tumor in manu ingens oſſeo folliculo tectus, feliciter exciſus.

Obſ. 86. 87 in ſpina dorſi, in meſenterio abſceſſus.

Ej. *de veneno canis rabidi & animalium rabidorum, & de hydrophobia* Gieſſ. 1726. 4. *. conjunge cum p. 567.

J. Burkhart Moegling, Profeſſor Tubingenſis, *Cent.* VI. *obſ.* 20 luxatio femoris a cauſa interna.

Obſ. 21 exoſtoſis cranii introrſum protuberans.

Obſ. 22 ex fiſſura oſſis petroſi epilepſia.

Obſ. 23 ab oſſe humeri fiſſo natus tumor ſcirrhoſus cancroſæ indolis.

Cent. IX. *obſ.* 48 de fetu Orthiano 46 annis geſtato.

J. CHRISTOPH GERLACH *Cent.* V. *obſ.* 49 laudat vitrioli cærulei ad cancrum utilitatem, atque eo remedio ſanatum cancrum faciei.

Hoc anno JOHANNES KANOLD, de STAHLII ſecta, medicus Vratislavienſis, cepit edere *Samlung der Natur-und Medicingeſchichten*, in qua collectione nova inventa & paſſim etiam rariores aliquæ hiſtoriæ medici & chirurgici argumenti exſtant. Primus tomus pertinet ad menſem Julium & duos qui ſequuntur anni 1717. Hic reperias aliqua de hydrophobia ex canis rabidi morſu.

In T. II. pro reliquis menſibus annis 1717. Exſtirpatio mammæ ſcirrhoſæ, male hactenus curatæ, felix; hinc calculi, apparatu magno, extractio. Aliqua de morbo ocular io PHILIPPI Aurelianenſis, & balſamo Carpathico ex Pinu humili ſtillante.

In T. XXIX *Giornale de Letterati* FRANCISCUS NIGRISOLI tumorem enormem brachii deſcribit.

§. DXXXV. GUILIELMUS MAUQUEST, vulgo de la MOTTE.

Chirurgus, qui magnam partem vitæ ſuæ degit in oppido Neuſtriæ Valogne, non quidem eruditus, ſed recti judicii homo, qui plurima expertus, multa ſimplicius & melius quam priores chirurgi vidit, hactenus modeſtus & candidus, ut calculi extractionem omnino deſeruerit, quod ſibi minus feliciter ceſſiſſet.

EJ. *reponſe au livre de l'indecence aux hommes d'accoucher les femmes*, *cum l. de la génération* Paris 1718. 12. * Facile oſtendit, ob obſtetricum potiſſimum imperitiam, non poſſe genus humanum virorum auxilio carere, qui in partu difficili naturam adjuvent. Neque enim unquam ab obſtetrice eam exſpectes anatomes cognitionem, quam a chirurgo (aut medico) ſperes.

EJ. *traité complet des accouchemens naturels & non naturels & contre-nature* Paris 1721. 4. * Leid. 1729. 4. * Paris 1765. 8. 2 vol. *. Germanice vertente J. G. SCHEID *von Krankheiten ſchwangerer u. gebährender Weiber* Strasburg 1732. 4. 1734. 4.

Senis opus, qui ſupra trigeſimum annum artem exercuerat, & adnotationes ſunt 165. Paſſim a FRANCISCO MAURICÆO & PEU diſſidet ſimplicis curationis amans, manubuſque fere fiſus, niſi quod incuneatum caput cultro aperiat, & expreſſo cerebro liberet. Vinculis a partu aliiſque artificiis abſtinet. Nonnunquam eſt, quod malis omiſſum, fetum ſc. cerebro non majorem, qui vitalis fuerit, & cui noſter baptiſmum impertiverit: hymenem, quem ajat ſibi nunquam viſum. Ordinem ne deſideres. Uncum & reticulum AMANDI rejicit, coccygem negat partum

impe-

impedire. Etiam virginibus a fluore albo aliisque cauſis uterum prolabi. Clamores partum morari. Malum eſſe partum, qui fit præeunte capite, oblique ſito, ut occiput ſiniſtra reſpiciat, dextra facies. Eſſe ubi capite bene diſpoſito partus lentiſſime procedat. Neque alium partum periculoſiorum eſſe, quam qui fit capite in pelvim intruſo. Si caput oblique prodierit, debere fetum pedibus extrahi, ita qui nates præmittit. Exempla capitis evulſi. Contra laqueos, quibus pedes adprehenduntur. Se uno pede fetus extraxiſſe, non laudare tamen. Reticulo ſe non uti. Febres fere abortus faciunt, ſed vitales. Bis in partu brachium fetui fregit, ſed facile ſanatur. Placentam excitato digito vomitu expellit. De Cæſarea operatione: non requiri niſi in anguſta pelvi, quæ vera ſit mali partus cauſa. Vinum tepens ad excoriationes partium genitalium optimum. Ulcus vaginæ ſanatum. Prolapſus vaginæ, recens facile curatur, non ita vetuſtus.

In nova editione obſervationes ad ſua capita relatæ ſunt, inque meliorem ordinem digeſtæ, & adjectæ paſſim adnotationes, denique icones.

EJ. *traité complet de chirurgie* Paris 1722. 12. 3. vol. 1732. 12. 4. vol. *. 1771. 8. 2. vol. * Germanice Nürnberg 1763. 8.

Nomen quidem non bonum, deſideres enim oculorum morbos, hernias, narium polypum. Cæterum ſimplicis curationis amator etiam hic inſtrumentis, quantum ejus fieri poteſt, abſtinet, eandemque, quam olim MAGATUS, curandi rationem ſequitur. Novi non video multum habere, ſed plurimas ad artis uſum ſpectantes utique adnotationes. Numerus omnium eſt 412. Exempla pauca citabo ex plurimis. Tendo Achillis ſemilacer, adductis partibus confirmatus, quæ diviſæ fuerant. Luxatio ſcapulæ cum fractura claviculæ feliciter ſanata. Luxatio genu, cum patella neque fracta eſſet, neque loco mota. Luxationum femoris tria exempla. Femoris fractura cum magno vulnere feliciter reconciliata. Callus oſſis femoris incommodus facile diſſolutus. Fractæ patellæ exempla: ligamentum etiam rumpitur, & ſenſu caret. Sanata tibia quæ repetito fracta fuerat. Tibia tota amiſſa: & reparata, fragmento oſſis elevatorii ope repoſito. Scapula fracta facile ſanata. Os cubiti diſſectum integre conferbuit, ſed difficulter. Sic pes, cum totus reſectus a ſolo metatarſi quinto oſſe retineretur. Tibiæ quatuor unciæ amiſſæ, a callo reparatæ. Aliqua exempla conferventis vaginæ. Non fuiſſe fetum in ano, quem putabat ſe extraxiſſe chirurgus, ſed in utero, quem ipſe inciderit. Pro Cæſarea ſectione, quam innocentem putat. A paralyſi veſicæ iſchuria. Gangrænarum curatarum exempla, etiam a viperæ morſu natarum. Fiſtulæ perinæi & ani, a ſede acetabuli producta. Vulnera etiam arteriarum. In vulnere debere oppoſita in ſede incidi, quoties nimis magnum malum fieret, ſi totum incideretur. Vulnus furca per ligamentum interoſſeum inflictum, ægre ſanatum. Tendines conſuendi. Sanatus, cui in fronte tormenti particula hærebat. In facie vulnera noſter ſæpe conſuit. Naſus pene reſectus ſutura reconciliatus. Lingua ferro candente perforata, facile ſanata: ſic vulnus venæ cruralis, & arteriæ brachii. Vulnera diaphragmatis, renis, inteſtinorum, ventriculi, curata.

rata. In frontis inque palpebrarum vulneribus ſutura adhibita. Graves commotiones cerebri, ut pleræque tamen feliciter evenerint, ſic vulnera calvariæ; dura mater bono eventu inciſa. Tumor in genu anomalus. In apoſceparniſmo felix digeſtivi uſus. In Neuſtria vulnera capitis ſæpe abſque exfoliatione ſanari. Sinus frontales noſter videtur ignoraſſe. A corrupta dura membrana nulla fieri ſymptomata, & cum ſub ea pus eſſet, ſibi non innotuiſſe mali naturam, ſic trepani uſum ſe non bene omiſiſſe. Fungi cerebri ſanati. Depreſſio calvariæ maxima trepanis elevata. Vulnera occipitis ſanata, & temporum, ubi arteriam oportuit diſſecare. Contuſiones illæſo cranio faciunt periculoſas commotiones cerebri, quod molle eſſe ſolet in funeſto languore. Paracenteſis in abdomine felix. Lac in celluloſam telam puerperæ effuſum. Multa & gravia circa oſſa & articulos ulcera curata. In vulnere pectoris tamen turundam adhibet, quæ vulnus accurate claudat: ſed injectione idem abſtinet. Ad educendum ſanguinem ſcalpello vulnus potius aperuit. Vulnus medii ſterni abſque exfoliatione ſanatum. Mortes & ſanationes a morſu viperæ, iſtæ ſcariſando & data theriaca. In contuſis alias ſanguis concretus, alias diu fluidus. Extractorum corporum peregrinorum multa exempla, & acus ex virginis veſica educta. Calculus inter nymphas & circa filum orichalceum natus. Hernia maxima inter muſculos abdominis. Gangrænæ exempla. Crus in articulo de parte ſana decedens. Gangræna ex febre nata, ex ſanguine poſt venæ ſectionem effuſo; ex contuſione, ſubita. Fiſtulæ ani multæ inciſiones, inter eas lethales: Nimis longis abſtinet. Abſceſſus fere ſuppurantibus adgreditur, eorum exempla varia, in abdomine, hepate, inteſtinis, renibus, & circa articulum femoris. Humerus ex articulatione evulſus. Tumores cyſtici integre enucleati, reliquiæ ſublimato mercurio cum magnis ſymptomatibus deſtructæ. Vetuſtæ cyſtides facilius a cute ſolvuntur: ſcrophulæ inciſo tumore & aqua phagædenica ſanantur. Nimis amplæ inciſiones, etiam muſculorum, facile occidunt. In carie laudat ignem. Coccygem carioſum exemit.

In nupera editione Cl. Sabatier multa utiliter adnotavit, errores aliquos Guilielmi emendavit, & oſtendit, potuiſſe nonnunquam cautius & utilius eſſe tranſactum.

§. DXXXVI. Henricus Bass.

Profeſſor Halenſis, qui etiam manu medicatus eſt.

Ej. diſp. inauguralis *de fiſtula ani* Hall. 1718. 4. * & in meis *ſelectis*. Medicamenta aliqua dicit, quorum efficaciam fidem mereri perſuadetur, inſtrumentum, ſyringotomum, acum crinalis ſimilem, argenteam, flexilem.

Ejusd. *gründlicher Bericht von Bandagen* Lipſ. 1720. 8. 1732. 8. *. Belgice verſa a Henrico Vylhoorn Amſterdam 1734. 8. *, qui & præfatus eſt. Verducii opus præ oculis habuit, ſed auxit & emendavit, icones adjecit, pleniſſimum hactenus compendium, A Schlichtingio pro optimo in hoc genere opere habetur.

Ej.

Ej. *obſervationes anatomico chirurgico medicæ* Hall. 1731. 8. *. Pluſcula ſunt chirurgici argumenti. Procidentia ani curata, dato in inteſtinum anulo chartaceo, felici in adjectis exemplis eventu. Syringotomus occultus, in ſpecillo nempe latens longum & anguſtum ſcalpellum quod preſſo elatere prominet. Scroti hydrocele, ſectione integre curata. Cartilagines tibiæ ſemilunares tumefactæ, & de genu articulo prominentes. In pulmone fiſtula. Ad nares ſcarifandas inſtrumentum. Scrotum a gangræna conſumtum & reparatum. Cum vagina prolapſa veſica urinaria. Abruptum ligamentum a patella in tibiam productum. Teſticulus in inguine hærens, pro bubonocele acceptus. Novum bracherium ad hernias, ex corio & ligno fabrefactum. Pueros frequenter claudicare, ob oſſis ſacri ab ilium oſſe diſceſſione. Fiſtula a glandulis inguinalibus in ileon inteſtinum penetrans. Tetragonum Hipp. eſſe inſtrumentum, quo ſanguis intus de naribus detrahatur.

Ad quæſtionem *pourquoi certaines tumeurs doivent être extirpées & d'autres ſimplement ouvertes*, diſſertatione reſpondit, quæ Pariſiis 1753. 4. * cum *collection des pieces qui ont concouru pour le prix de chirurgie* excuſa eſt. Omnem tumorum varietatem percurrit, & breviter indicat, quas ferro, quas igne, quas vinculo præſtet adgredi.

Idem edidit *erläuterter* Nuck, *oder Anmerkungen über* A. Nucks *chirurgiſche Handgriffe* Hall. 1728. 8.

§. DXXXVII. Varii.

Patrik Blair M. D. & inciſoris, *miſcellaneous obſervations on the practice of phyſik, anatomy and ſurgery* London 1718. 8. *.

Ipſe manu medicabatur. In Ep. III. fiſtulam ani difficilem & cartilagineam curavit, ut tamen æger non diu ſupervixerit. Tumores varii inciſi & curati, inter eos, qui lacte plenus videbatur. Polypi & ſarcomata uteri ligata & reſecta. A tophis inteſtina conpreſſa, aliqui etiam de ano forcipe extracti. Exoſtoſes difficulter ſed tamen ſuperatæ. Ep. IX. exempla calli magnas oſſium fracturas reparantis. Ep. X. exempla paracenteſium, quibus vita aliquandiu ſuſtentata fuerit, & curatæ hydroceles. Quando in paracenteſi cultello ſit utendum, quando triquetra acu. Ep. XI. de tumoribus glanduloſis.

Johannis Gaddelar relatio de uteri polypo reſecto.

Santi Zarini *alcune raggioni della cura fatta nella citta di Prato di una ferita nella corda magna* Lucca 1718. 4. Manget. Methodi Magatianæ defenſio, qua uſus eſt, turundis omiſſis.

Ej. *de curatione per ſanguinis miſſionem* Luca 1722. 4. *. Venarum variarum ſectio, ſcarifatio, cucurbitularum & hirudinum uſus hic deſcribitur. Multum noſter tribuit venarum inciſarum diſcrimini, ſic ut etiam rariores aliquas, intra nares, in poplite ſecet. Sic hirudines ori uteri, & vaginæ, & linguæ admovet. Arteriam pro vena percuſſam continuo ligavit, bono eventu. Sanguine

ex oculis miſſo ophthalmia ſanata. Feliciter ſe internas narium venas incidiſſe: in gravida muliere venam tali abſque malo effectu ſecuiſſe. Exempla hominum ex leviſſimis vulneribus pereuntium. Ozæna ſuperata ſanguine de naribus miſſo. Paracenteſis in empyemate felix.

GEORG CLACIUS, & ipſe medicus de STAHLII ſecta, *chirurgiſch practiſche Anmerkungen* edidit Hannover 1718. 8. 1722. 8. *. Caſus ſunt ſupra ſexaginta, deinde conſilia pro ægrotis, fere medicamentaria, abſque eventu. Croco metallorum eſſe, qui hæmorrhagias ſupprimere conaretur, inde ſphacelum oriri. Paracenteſin hydropici abdominis rejicit. Herniam ventoſam jubet aperire, periculoſo conſilio, cum flatus ipſo inteſtino contineatur.

ANDREÆ HUTTER, chirurgi Noribergenſis, *funfzig chirurgiſche obſervationes aus eigener Erfahrung* Roſtock 1718. 8.* & quinquaginta aliæ 1720. 8. In caſtris ſtipendia meruit, & curationes ſuas edidit, ut felicitatem earum oſtenderet. In re medicamentaria cæterum ſuam fere fiduciam poſuit. Cerebri vulnus ſtlopetarium ſanavit, cum cerebrum jacturam paſſum eſſet. Cranium late nudatum vidit cute operiri, neque ſquamam deponere. Sic apoſceparniſmon fungumque cerebri, & ſalivalis ductus, quem tamen liquore ſtyptico conpreſſit. Morti raro exemplo eripuit, quibus globus ſtlopetarius major brachium avulſerat manumve. Vulnus articulationis cubiti enſe factum, tamen curatum & motus ob violatum muſculum temporalem læſus reſtitutus. Renis vulnus, & inteſtini, quod nimis preſſum plurimis punctis conſuit, tamen felix. Sic vulnus ſtlopetarium vertebræ & renis. Paracenteſis in pectoris hydrope felix, & in empyemate. Sectio Cæſarea in mortua femina. Polypus inciſo naſo acu curva ligatus, ſyringotomo reſectus, reliquiæ cauſtico deletæ. Medicamentorum catalogus.

Eunuchiſm diſplayd deſcribing all the different ſorts of eunuchs London 1718. 8.

HENRICH WALTHER *glücklicher Feldſcherer, oder gründlicher Unterricht von den Kopfwunden* Lipſ. 1718. 8. KANOLD.

J. W. A. (ALRUZ) *vademeeum anatomico chirurgicum* Hannov. 1718. 8.*. 1722. 8. *. In chirurgia brevis, in formulis ſe continet.

Neu eröfnetes mediciniſches und chirurgiſches Schatzkäſtlein Lipſ. 1718. 8.

JOH. WOODWARD viri diligentis, paradoxi quidem, *medicina & morborum ſtatus* Lond. 1718. 8. Eques ſtranguarioſus excrevit; plurimum craſſi ſanguinis & phlegmatis, & convaluit uſu oleoſorum.

EJ. *ſelect caſes and conſultations in phyſik* London 1757. 8. * multo a morte viri tempore prodierunt, curante PETRO TEMPLEMAN. Paſſim hiſtoriæ aliquæ chirurgici potius argumenti intercedunt. Apertus umbilicus, per eum urina retenta egeſta. Diuturna iſchuria oleoſis & emollientibus ſuperata. Atrophia ex ani fiſtula. Surditas ſoluta ulcere ſubnato.

§. DXXXVIII.

§. DXXXVIII. Disputationes.

Rudolf Philipp Beurlin *de luxatione & fractura femoris* Altdorf 1718. 4.* Emoti ab interna cauſa femoris exemplum.

Ej. *de dentione difficili* &c. 1720. 4. Hæn.

J. Frider. du Pre' *de ulcere aurium* Erford 1718. 4.

Ej. *de balſamo evangelico Samaritano* ib. 1723. 4.

Ej. *nephritidis pathologia & therapia* ib. 1725. 4. Hæn.

Ej. *de calculo microcoſmi* ib. 1726. 4. Hæn.

Ej. *de vulneribus* ib. eod. anno.

Ej. *de vulneribus lethalibus in genere per ſe & per accidens contingentibus* ib. 1726. 4. *.

J. Henric. Lavater *de calculo renum & veſicæ & de rheumatiſmo a muco ortum ducente* Baſil. 1718. 4.

G. Whitaker *de cantharidibus* Leid. 1718. 4. Hæn. Pl.

§. DXXXIX. Diaria.

In *Breslauer Samlungen* T. III. Atreta puella curata inciſione. Mors ex inteſtino recto in veſicam aperto.

Verſuch IV. Injectum in venas hominis venereo ulcere adfecti balſamum Meccanum.

Ej. alterum in cephalea graviſſima tentamen non inutile.

Verſ. V. Brandii mala curatio mammæ ſcirrhoſæ. Ligamentum uteri teres de ano elapſum. Numeroſiſſimi mortales ab uno fulmine læſi. Ingens calculus, qui ſponte de femina deceſſit.

Verſ. IV. de vermibus de abſceſſu abdominis pullulantibus.

Ex gravi lapſu abſceſſus cerebri, & mors ex vermium abundantia. Saucius poſt trepani uſum orthoſtadios fuerat.

Cancer uteri funeſtus in cadavere viſus.

Ex vulnere pedis convulſiones denique funeſtæ.

Cui intra breve tempus quinquies calculus exciſus.

Partus Cæſareus vitalis ex matre mortua.

In *hiſt. de l'Acad.* 1718. & in J. de *Trevoux* 1718. Mai. de Geisleri cataracta membranacea refertur; & de oculo a fractura capitis ſe præter voluntatem ad angulum externum detorquente.

In *Giorn. de letter.* Laurentius Bachetti de prolapſu ventriculi ex longo morbo refert.

§. DXL. JOHANNES ASTRUC.

Salvenſis, Monſpelii primum, denique Pariſiis vixit, vir eruditus & laborioſus, qui inter labores conſenuit. EJUS numeroſa ſunt opera, quæ paſſim etiam chirurgiam adtingunt.

EJ. diſp. *de ani fiſtula* Monſpelii 1718. 12. Anglice verſa a W. BARROWBY, aucta ex FABR. de AQUAPENDENTE, P. de MARCHETTIS, aliiſque, a J. FREKE edita London 1738. 8. *. Theſis ipſa perbrevis eſt. Chirurgi MATTE liquorem ſtypticum ſuadet in anum injicere, ſi hæmorrhagia moleſta fuerit; ad ſanandum vero vulnus aquas Balarucanas.

EJ. *diſſ. de hydrophobia* Monſpel. 1719. 12. * Homines a lupo rabido morſi poſt multum tempus demum in funeſtum morbum incidere dicit, eorumque cadavera celeriter putreſcere.

Lettre ſur un écrit, ou ſecond memoire pour les chirurgiens Paris 1737. 4. *. Medicos de lue venerea docuiſſe, quæ ſibi chirurgi tribuunt. *Seconde lettre* ib. 1738. 4. *. Sanandæ ejus luis curam ad medicos ſpectare. *Troiſieme & quatrieme lettre à* M. de LAIRE *ſur un écrit intitulé reponſe d'un chirurgien de S. Côme à la lettre de* M. ASTRUC 1738. 4. Nihil inveniſſe JOHANNEM de VIGO. Dudum ante T. de HERY varios medicos Gallos Romam petiiſſe. *Cinquieme lettre ſur l'extrait, qui a été fait de la quatrieme par* (*l'Abbé* de FONTAINE) 1738. 4. Carpenſem BERENGARIUM utique medicum fuiſſe. Chirurgos ſua habere a medicis. PETITUM propria pecunia homines alere, qui contra medicos libellos ſcriptitant.

EJ. *la neceſſité de maintenir dans le royaume les écoles de chirurgie qui y ſont établies dans la faculté de medecine* Paris 1749. 4. * Ordinem medicum duos profeſſores chirurgiæ abſque ſtipendio conſtituiſſe: a Regia liberalitate vix ſublevari, & annonam mereri medicos, qui chirurgiam doceant.

EJ. *ergo ex anatome ſubtiliori medicina certior* Paris 1753. 4. * LITTRIANA curatio hominis iſchuria laborantis, quem conpuncta veſica ſervavit.

Etat des conteſtations entre la faculté de medecine & les communautés des MM. Chirurgiens & le Sr. de la PEYRONIE Paris 1747. 4. *. Tribuitur JOHANNI ASTRUC. Pro medicorum prærogativa. Nuſquam in univerſo regno chirurgum unquam receptum eſſe, niſi medicis præſentibus & conſentientibus. Contra immodica petita FRANCISCI de la P. qui ſolus velit honores tribuere chirurgicos. Medici petunt ne chirurgis medicinam liceat feciſſe, neve majoris momenti curationem adgrediantur, niſi conſulto medico.

EJ. *traité des tumeurs & des ulcéres* Paris 1759. 12. 2. vol. *. Omne tumorum genus recenſet, ab ipſa initio facta inflammatione. Negat in Gallia corticem Peruvianum in gangræna exſpectationi ſatisfeciſſe. A gangræna humida ſic-

cam diſtinguit, quam vocat ſcorbuticam. Furunculorum ſedem eſſe in glandulis ſebaceis. Paronychiam eſſe inter radicem unguis & ſtratum cartilagineum, quod perioſteum tegat. Tineæ ſedem eſſe in bulbis capillorum ſubcutaneis. Malum mortuum, quæ duræ inæquales cruſtæ, ſenſu deſtitutæ. Non dari peculiarem aliquem cancri humorem, neque cancrum mammæ ſubjecto igne alia dediſſe elementa, quam carnem ſani animalis. De clavo periculoſo, quando in tendine radix eſt. Strumam vult incidi, abſumi. Mirificus tumor in oculo, qui & alterum oculum de orbita expulerat. Emphyſema, in quo per ulcus meatus auditorii aer ſub cutem exibat. Ad cariem ſicca lintea carpta laudat, ferrum primo fervens, ultimo candens admovet. Arcana nonnulla emplaſtra & DARANI cerei.

Una prodiit *recueil de pluſieurs pieces concernant le traité des tumeurs & des ulceres.* ASTRUCIUS adverſus C. A. VANDERMONDE defenditur & KEYSERUM.

EJUSD. *des maladies des femmes* Paris 1761. 12. 4. vol. etiam germanice, Practici magis argumenti. Huc fecerint, quæ de ulceribus uteri dixit, de incerta vi corticis Peruviani in gangræna, de cicutæ innocentia & inertia in cancro.

T. V. & VI. ſucceſſerunt a. 1765. 12. *. Hæmorrhagia uteri injecto aceto ſuppreſſa. De ſcirrhis a tumore duro glandularum diverſis, ut male illis remedia ſint adſignata, quæ in his valuerant.

EJ. *l'art d'accoucher reduit à ſes principes* Paris 1766. 12. *. Anglice *Elements of midwifory with additions and explanatory notes by* S. RYLEY Lond. 1766. 8. Hiſtoria artis obſtetriciæ. In ipſo opere multum iniquo uteri ſitui noſter tribuit: fetum ſe præcipitem dare admittit. De malo fetus ſitu, de pelvi male facta, hic breviter, cum id mali genus noſter putet extra Lutetiam rarum eſſe. Si fetus in ſuperiori freto pelvis hæſerit, LEVRETI forcipe jubet uti, ſi in inferiori, coccygem retrorſum pellere. Neceſſe videri, ſubinde duriores membranas rumpere. Contra Cæſaream ſectionem. Axiomata pro obſtetricibus.

EJ. & ANT. ELIÆ de la POTERIE *E. inciſioni corneæ in curatione corneæ præferenda embroche* Paris 1766. 4. * tribuitur Reſpondenti.

Huc etiam referas *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la faculté de medecine de Montpellier* Paris 1767. 4. *, quo libro de GUIDONE de CHAULIAC aliiſque chirurgiæ auctoribus nonnulla reperias.

Denique grande opus *de morbis venereis* Paris 1740. 4. * pariter ob judicia de chirurgis eorumque ſcriptis huc facit. Sed ea opera alibi laudabimus.

§. DXLI. JOHANNES DOUGLAS.

JOHANNIS DOUGLAS, fratris JACOBI, chirurgi, *Lithotomia Douglaſſiana* London 1719. 4. *.

Prima quaſi ſchedula monitoria, qua DOUGLASSIUS ſuum tentamen poſt primum ſucceſſum publicavit: hiſtorice quidem, abſque methodo vel cautelis.

Deinde edidit multo auctiorem lithotomiam DOUGLASSIANAM Lond. 1723. 4. *. Belgice Utrecht 1726. 8. Gallice *nouvelle maniere de faire l'operation de la taille* Paris 1724. 12. *. cum CHESELDENII opuſculo. Germanice Brem. 1729. 8. cum notis & ſupplemento.

De calculo primum in univerſum. Negat membrana tegi, negat veſicæ adhærere, negat medicamentis cedere. Apparatus magnus & parvus, cum ſua ſupellectili & cujuſque commodis & incommodis. De RAVIO perpauca. ROUSSETI laudes, inſtrumenta, etiam adminiſtratio apta, ad veſicam aqua replendam: inſtrumentum ad dilatandum primum veſicæ vulnus. Succeſſus, quos in hac nova (ROUSSETIANA) adminiſtratione noſter expertus fuit a die 23. Dec. 1719. Commoda hujus adminiſtrationis.

Appendicis loco recudi fecit ROUSSETI locum, & theſin eo facientem NIC. PIETRE & PETRI le MERCIER, primum a. 1635. excuſam.

IDEM *in Phil. Tranſ.* n. 371. primum ait ſe apparatu alto veſicam incidiſſe: primum in veſicam aquam injeciſſe, primum veſicam in ſummo vertice incidiſſe, cultri dorſo pubis oſſi obverſo. Aliquando gaſtroraphiæ neceſſitatem adfuiſſe, quæ peritonæum reprimeret.

N. 399. in peritonæo fiſtulam arte facere ſuadet.

EJ. *account of mortifications and of the ſurprizing effects of the bark in putting a ſtop to their progreſſ.* Lond. 1732. 8. *. Exemplum utilitatis corticis febrifugi in gangræna interna. Primum exemplum eſt 22. Aprilis 1732. Citat RUSHWORTHI aliquanto vetuſtiorem curationem.

EJ. *a short account of the ſucceſs of midwifry in London and Weſtminſter* Lond. 1736. 8. *. In CHAMBERLAYNIUM & CHAPMANNUM. Priori vitio vertit, quod forcipis uſum, ſi quidem eſt aliquis, Gallis venalem obtulerit. CHAPMANNO arcanum objicit: reticulum, ut puto, AMANDI: Nihil adeo novum habere. Poſſe & obſtetrices apte artem exercere, MARGARETÆ du TERTRE exemplo. Suadet noſodochium 200 puerperis deſtinatum conſtruere, in eo per viros peritos obſtetrices erudire, quæ eo ipſo in noſodochio lege teneantur, peritiam neceſſariam adquirere.

Alium puto eſſe JOHANNEM DOUGLAS, chirurgum & ipſum, ſed multo nuperiorem, qui ſcripſit *de hydrocele.*

§. DXLII. VARII.

FULVIUS GHERLI, Mutinenſis medicus. EJUS eſt *centuria di rare oſſervazioni di medicina curioſa* Venet. 1719. 8. * 1731. 8. *. *Centur.* II. P. I. Venez. 1723. 8. *. Pars II. 1725. 8. * utraque 1753. 8. *. Arcanorum patronis & medicamentorum valde compoſitorum, non ille ſuarum laudum parcus præco;

præco, MAGATO infenſus, turundarum amans, parum fidens naturæ. Longas & difficiles curationes potius, quam raras ſecutus eſt, medicas multas. Fiſtulas ſpongiis dilatat, callum mercurio præcipitato cum butyro trito abſumit. Arſenico uſus eſt ad ſanguinem ſupprimendum. Ulcera diuturna cauteriis ſiccavit. Cum in vulnere ſtlopetario turundam vellet omittere, nati ſunt ſinus ulceroſi, quos turundis dilatavit, oſſicula exemit, malum ad ſanationem perduxit. Vulneris pectoris effectus funeſtus, cum præmature clauſum eſſet, abſque turundarum uſu. Sphacelus penis & præputii & ſcroti ſuperati. Maxima ulcera & fiſtulas inteſtini recti curavit: criſtam de vulva inſignem excidit: graviſſima ulcera ſanavit, etiam cum femoris carie conjuncta. Erraſſe ſe fatetur, cum fætidum ulcus cariei tribuiſſet. Graviſſima femoris ulcera turundis adhibitis ſanata, conſumto callo. Vertebra colli quarta pene carioſa, & ejus magna pars exemta. Sero hydrophobi facti, ſub aquam merſi tamen perierunt. Inteſtinum ab imperito chirurgo pro abſceſſu inciſum, tamen ſanatum, & linguæ ſcirrhus & exciſæ ſtrumæ. Ad ſcrofulas utebatur bubulo felle cum ſale & oleo conpoſito. Scirrhos lienis putat ſe ſanaſſe: lintei lacinia in vulnere relicta. Polypum carnoſum excidit, reliquias conſumſit. In angina bronchotomen fauſto eventu exercuit.

EJ. *I feriti poſti i ſalvo o ſia il vero modo di curar le ferite* Padova 1724. 8. HEIST.

BERNARDINI PEREIRA, Mirandæ Luſitanicæ nati, *practica de Sangradores reformada* Coimbra 1719. 8.

An huc faciat alter libellus neſcio, *diſcorſo apologetico en defenſa dos prodigios viſtos per la experiencia qualificadas de naturaleza* ib. 1719. 4.

J. V. L. *vernünftige Urtheile über tödliche Wunden* Nürnberg 1719. 8. *. Multum utitur *actis facultatis Lipſienſis*. Repeto, quæ WELSCHII non nominati ſit verſio.

Cum in MICH. GLUSING *anatomia corporis humani* Hamburg 1719. fol. * prodiit tabula, quæ numeroſas ſatis figuras inſtrumentorum chirurgicorum continet.

FRANCISCUS WIEDEMAN, chirurgus, a medicis ejus nominis probe diſtinguendus. EJUS eſt *Bericht vom Stein auch Brüchen zu ſchneiden, und Staar zu ſtechen* Augſpurg 1719. 8. Ut abſque caſtratione hernia manu curetur, quæ adminiſtratio eo tempore novitatem habebat.

EJ. *kurze und allgemeine lehre in der Wundarzney* Augſpurg 1734. 8. 1737. 4. *. Chirurgi opus, per 40 annorum experientiam doctioris, qui ſuam ſententiam paſſim interponit; compendium cæterum pro tironibus ſcriptum. Negat ſe unquam luxatas vidiſſe vertebras. Trepani loco ſimplicem terebram ex REISSII conſilio præfert. Paracenteſin pectoris feliciter exercuit. In fiſtula ani ſolo ſpecillo & ſcalpello utitur. Formulæ relationum de vulneribus.

EJUS *collegium chirurgicum über die Bandagen* Oettingen 1734. 8. Aug. Vindel. 1745. 8. * auctius.

De libello SABOURINI lego, qui a. 1719. prodierit, & in quo punctionem perinæi a ſe factam deſcripſit.

Der curioſe medicus, chymicus und chirurgus Dresden 1719. 8. HEISTER.

In KOLBII hiſtoria capitis B. S. de chirurgia dicitur Hotentottorum. Venam ſecant, ſcarifant, caſtrant. De dipſade; ab ea morſus inciſione ſanatus.

§. DXLIII. DISPUTATIONES.

J. ADAM MORASCH *de externis capitis morbis atque catarrhis* Ingolſtatt. 1719. 4. HEISTER.

EJ. *Blepharographia, ſ. palpebra plusquam 50 morborum nominibus infirmata* Ingolſtatt 1725. 4.

In *E. N. C. Cent.* X. *obſ.* 55 in oculis, de quibus cataracta depoſita fuerat, lentes cryſtallinas loco motas reperit.

Obſ. 56 calculi veſicæ hiſtoriæ.

Obſ. 57 hernia in oſſeam duritiem tranſeuns.

PETRI HERTOGH *de empyemate* Leid. 1719. 4. BOEHMER.

ANDR. ARENTZEN *de cancro* Leid. 1719. 4. PL.

VAL. BARTH. FESCH *de paronychia* Leid. 1719. 4. BOEHMER.

J. HENR. SCHUTTE *de ſuperfluis & noxiis quibusdam in chirurgia obſervandis* Altdorf 1719. 4.

EJ. *de cautelis quibusdam in chirurgia obſervandis* Utrecht 1719. 4. *.

EJ. *wohl unterrichtete Hebamme* Fr. u. Weſel 1766. 8. alii 1765. Belgice Haag 1771. 8.

MARTINI OTT *hiſtoria pedis tumidi atque corrupti* Baſil. 1719. 4. * abſque vitio calculoſo.

DANIEL HOFMANN *rariſſima cerebri quaſſatio cum notabili ſubſtantiæ deperditione* Tubing. 1719. 4. *. Puerum bene novi, cum ante 50 annos ſtudiorum cauſa Tubingæ degerem; later ei de tecto lapſus caput comminuerat, ut cerebrum diſperſum exſiliret, qui tamen adeo feliciter eſt reſtitutus, ut de tanto malo in corporis animique viribus nullum veſtigium ſupereſſet. Reperitur etiam hæc hiſtoria in *E. N. C. Cent.* X. *obſ.* 2 & *Vol.* V. *obſ.* 54.

In *E. N. C. Cent.* VIII. *obſ.* 47 larga mictio purulenta, expulſo calculo curata.

Vol. IV. *obſ.* 90 ex ictu ungulæ equi excuſſa pars frontis, cerebri etiam multum effuſum. Malum tamen ſanatum.

Vol. V. *obſ.* 52 tumor ſcroti ſubitus a frigore.

EJ.

Ejus *vitia machinæ humanæ ad partes internas potiſſimum relata* Tubingæ 1746. 4. *.

§. DXLIV. Diaria.

J. Adam Göritz, medicus Ratisbonenſis.

In *Eph. N. C. Cent.* VII. *obſ.* 16 de femina in abdomine poſt editum ex abſceſſu uteri & abdominis fetum inteſtinum pendulum circumgerente.

Vol. III. *obſ.* 23 magna penis hæmorrhagia ex ulcere gonorrhoeæ inciſione & admotis ſtypticis conpreſſa.

Samuelis Steurlin.

E. N. C. Cent. VII. *obſ.* 17 infelix hydropis ſaccati inciſio.

Obſ. 18 fetus ex abſceſſu uteri in abdomen patente eductus.

Obſ. 21 ſarcocele in ſene male manu curata cum funeſta hæmorrhagia.

Philip Eberhard Dillenius.

Obſ. 51 cura omphaloceles, ſi diis placet, ſympathetica.

Obſ. 54 funeſta ex canis rabidi morſu hydrophobia.

Vol. I. *obſ.* 55 tumor inſignis brachii ſcarifatione ſuperatus.

J. Andr. Usenbenz.

Cent. VII. *obſ.* 58 ſubita mors ex vulnere arteriæ umbilicalis.

Cent. IX. *obſ.* 28 ſteatoma circa vulvam feliciter exſtirpatum.

J. Christoph Sproegel.

Cent. VII. *obſ.* 69 peſtis curata inciſis ante intumeſcentiam bubonibus.

Obſ. 70 felix curatio herniæ, reſecto, quod elapſum erat, omento.

Obſ. 71 eodem in oculo, memorabili certe exemplo, cataracta membranacea, lens opaca & vitrei humoris exſiccatio.

Adam Frider. Petzold.

Cent. VII. *obſ.* 80 perniones ulceratos cineribus inſperſis expedite ſanari.

J. Rudolph Zwinger, qui primus in hoc clarorum de medicina ſcriptorum vitalis ſupereſt, venerabilis ſenex & noſter pene ante ſemiſeculum Præceptor, *Cent.* VII. *obſ.* 81 lenta mors ex dislocatione vertebrarum.

Anno 1751. edi cepit novum diarium, cui titulus eſt, *Acta Helvetica phyſico mathematico botanico medica* Baſil. 1751. 4. *. In T. I. Vir Ill. poſt diuturnum malum & iſchuriam reperit in pelvi veſicam in tumorem enormem durumque converſam, exigua parte cavam. In T. II. hernia incarcerata gangrænoſa, rupto inteſtino ſanata, ut fiſtula ſupereſſet. In T. IV. Ulcus veſicæ in rectum int. patens, inde dyſuria, & funeſtus maraſmus.

Leopold Emanuel Binninger.

Obſ. 85 vitri fruſtum ſponte expulſum, quod 28 annis in metacarpo latuerat.

HERMAN WERNER ENGELBERT a WESTHOVEN.

Cent. VIII. *obſ.* 7 inteſtinum a lumbrico perforatum, tamen curatum.

Cent. IX. *obſ.* 20 calculi in muſculo oblique deſcendenti abdominis nati.

J. JACOBUS DILLENIUS, magnus botanicus, anatomen hirudinis dedit, *Cent.* VIII. *obſ.* 57.

In *Memoires de l'Acad. des Scienc.* 1719, MICHAEL LUDOVICUS RENEAULME de la GARANNE egit de reparatione naſi amiſſi TAGLIACOTIANA, quam ſimpliciorem & faciliorem reddere conatur.

EJ. *diſcours pour l'ouverture de l'école de chirurgie* Paris 1725. 12. *. De utilitate ſcholarum, quas medici pro docenda chirurgia aperiunt.

EJ. *eſſai d'un traité des hernies nommées deſcentes*, quæ fuerat theſis; nunc aucta. Variæ herniæ; ſcirrhus enormis abdominis viſcera conprimens, auctor volvuli. A nucleis ceraſorum & prunorum congeſtis volvulus. A duriſſimis fæcibus collectis funeſta abdominis inflammatio. Herniæ, in quibus appendix inteſtini elabitur. In adhærente hernia commendat vinculum ſuſpenſorium. Bracheria, in quibus pilæ loco charta emporetica (*carton*). Inteſtinum facilius reduci, quando æger in latus ab hernia liberum decumbit, tum corpore prono & quadrupede. Periiſſe ex hernia quem faciebant hypochondriacum. Subitas hernias rupto fieri peritonæo. Solam chartam maſticatam ad conpreſſionem convenire. Punctum aureum a perito homine adminiſtratum tamen inutile fuiſſe.

Belgice 1729. 8. LAMBERGEN.

In *Bresl. Saml. Verſ.* VII. de manubrio cultri carnibus ventriculi anſeris ſuperſtitis infixo.

Ridicula hiſtoria de AROUETO (celebri illo VOLTAIRE) ſympathetice occiſo a ſanguine proprio igni impoſito.

Spaſmus cynicus ex herniæ ſectione.

Calculus ſublingualis.

De KORTHOLTI balſamo vulnerario ad cancrum.

Inteſtinum craſſum in vivo porco ruptum.

De hydrophobia abſque morſu animalis rabidi invadente.

De excutia ventriculi.

De emplaſtri antipodagrici ſcriptione.

Verſuch VIII. de morte ex ictu cornu bubuli.

Verſ. IX. JACOBI STAALKOPF diſſ. qua oſtendit, medicum abſque decoris jactura poſſe obſtetriciam exercere.

Verſ. X. de inteſtino in vivo homine diſſiliente, ab nixu, & per anum ita natum patente.

Vinculo

Vinculo & ferro ſublata ſteatomata.

Labium leporinum cum palato fiſſo & unica nare patula.

Ex contuſione integro abdomine veſica diſſiliens.

In *Mem. de Trevoux* 1719. M. febr. reperitur WINSLOWI teſtimonium pro cataracta membranacea ſibi viſa, de cujus tamen veritate liceat dubitaſſe.

§. DXLV. RENATUS JACOBUS CRESCENTIUS GARENGEOT.

Armoricus, chirurgus Pariſinus, in paupertate natus, qui poſterioribus vitæ ſuæ annis nomen ſuum reformavit, ut eſſet de GARENGEOT; vir acris ingenii, qui primum alienis inventis inclaruit, tum chirurgorum ARNAULD patris, & THIBAULT, tum artificis VIGNERON AS de PIQUE, bene mihi noti, qui ob inſtrumenta a ſe ipſo perfecta, & a GARENGEOTO uſurpata, ad ſenatum provocavit, & obtinuit, ut chirurgus cauſa caderet. Sed & WINSLOWI omnia anatomica ſua fecit, raro laudato vero auctore. Senſim tamen ut cum natura conſueverat, & experiundo didicerat, ita libros ſcripſit majoris pretii, & denique inter præcipuos ſui ævi Pariſinos chirurgos numeratus eſt.

EJ. *traité des operations de chirurgie* Paris 1720. 8. 2. vol.

Auctius recuſum opus Paris 1731. 12. 3. vol. *. 1749. 12. 3. vol. Germanice Berlin. Anglice Lond. 1723. 8. vertente S. ANDRE' BOEHM.

In prima editione chirurgos Pariſinos laudaverat, quorum inventis erat uſus, in altera ea nomina ſuppreſſit, non mediocria ob eam cauſam odia perpeſſus, laudes puriores cæterum meriturus, ſi ab aliis exſpectaſſet. Multa tamen certe bona, neque prius vulgata reperias, ſi cum DIONISIO conparaveris. In vulneribus cruentis ſimplicem curationem docet, & de reconciliato naſo refert, qui nuper fuerat reſectus, quæ felicitas incredulos invenit. Contuſa, aut ab inſtrumentis non accurate ſcindentibus inflicta, vulnera ſuppurare cogit, ſpirituoſa exoſus. In profundis majorum muſculorum vulneribus, inque gaſtroraphia clavatam ſuturam commendat. Inſtrumentum vulnerans longe inter muſculos abdominis viam ſibi aperire monet, neque in caveam proximam penetrare. Hernias a magnis venæ ſectionibus ſæpe ſponte evaneſcere relapſis in ordinem inteſtinis. Super ſpecillum ſulcatum & alatum anulum dilatat. Turundas fere rejicit. Aquas hydropicas ſimul & ſemel emittit, tantum ut idoneam conpreſſionem opponat. Decuſſus quadratus menti muſculus reconciliatus. Tendinum ſutura ut in gaſtroraphia. De cataracta ſilet. Fuſe de capitis vulneribus. Vix bona ſigna dantur fracturæ cranii. Symptomata ſero ſupervenientia funeſta. Exempla duræ matris abſque ſymptomate gangrænoſæ. Exemplum lateris oppoſiti fiſſi. In magnis ſymptomatibus MERYUS divinavit, fractam eſſe calvariæ laminam internam, & feliciter trepano uſus eſt. Polypi exſtirpatio per hæmorrhagiam nonnunquam lethalis. Globuli ſtlopetarii longe progreſſi & necantes. Cancrum mammæ amputaſſe ſe, & abſque ulla recidiva ſanaſſe: etiam cancer axillæ feliciter exſtirpatus. Vulnus aſperæ

aſperæ arteriæ ſanavit CL. ARNAULD, etiam & aſperæ arteriæ & gulæ. De anevryſmate ubertim. Vulnus abdominis & forte hepatis ſanatum. Paracenteſis abdominis in vulnere nunquam felix eſt, ſed vulnus dilatari debet ſcalpello globulo terminato. In gaſtroraphia calamos inſuit. Vulnus ſtlopetarium veſicæ ſanatum: circa glandem plumbeam calculus. MERYUS puncturam veſicæ in iſchuria adhibuit. Vulnera veſicæ poſterioris funeſta. Sic de paronychia multiplici, cujus aliam ſedem ponit in vagina flexorum. Ut ARNAULD inciſione inter tendines flexoris & arteriam radialem facta, diſſecto ligamento, pus feliciter emiſerit. Ut hernia incidatur laminæ celluloſæ peritonæo circumpoſitæ ſurſum incidantur. PETITUM ſaccum non aperire, ſe contra ſentire, niſi in recente malo, ubi ſaccus totus poteſt reponi laxato anulo. Vidit involucris miſtum teſtem. MERY turunda utitur. Hernia umbilicalis, in qua colon inteſtinum partim liberum partim conpreſſum. Herniæ ventrales ſubito natæ ſæpe lethales: ſanavit tamen PETITUS. Mors ab ileo in colon adacto. Contra balneorum uſum. Aquam ſubito omnem in paracenteſi emittit. Setacei in anaſarca uſum laudat. De hernia femorali in feminis frequentiori. Hydrocele varia. In anaſarca teſtis aquis miſtus. Nullas dari carunculas urethræ; PETITUM nullam reperiſſe cum exſpectaretur. De melioribus catheteribus. Phimoſin la PEYRONIE curat ſcalpello herniarii ſimili paulum mutato. In vulneribus inteſtinorum anum ſubinde facit artificialem. Cavendum ab hepate lædendo, quod in jejuno homine longe deſcendat. Amputationes, etiam in articulo brachii. Suturam ſiccam putat fere obſoleviſſe. Raro deliganda vulnera, quæ pus non habent. Ut pericranii læſio, periculoſa ea, a ſolorum tegumentorum læſione diſtinguatur. Ulcera ad anum quantocyus aperienda. In perforatione thoracis turundas rejicit. Bronchotomen laudat, a ſe ipſo tamen non factam. Paſſim icones, pleraſque novas, adjicit, & non pauciſſimas adnotationes ſ. caſus.

In ſecundo volumine fuſiſſime agit de ſectione calculi, potiſſimum etiam CHESELDENIANA, qualem MORANDUS & PERCHETUS exercebant, prior ille ſui ipſius vindex, alter a GARENGEOTO unice laudatus. Ex præſcripto ALBINI rectum inteſtinum certo incidi. Deſcribit calculi ſectionem ex ſuis in cadaveribus experimentis. Hiſtoria lithotomiæ Pariſinæ. Se conatum accurate apparatum lateralem adminiſtrare: utique veſicam & partem urethræ aperuiſſe. Fatetur ſe proſtatam non vitare.

Ob nuperiorem editionem hujus operis objectiones paſſus eſt. Huc *Lettre au* S. GARENGEOT *au ſujet de la nouvelle edition de ſon traité d'opérations de chirurgie* Paris 1731. 12. BUR. Cuidam chirurgo MONTAULIEU vulgo tribui PORTALIUS. Defenduntur chirurgi noſodochii l'Hôtel-Dieu, quos ob nimium uſum turandarum GARENGEOTIUS accuſaverat.

Ediderat etiam, Paris 1730. 12. *De l'opération de la taille par l'appareil lateral, ou la methode de f.* JACQUES *corrigée de tous ſes defauts.*

Nouveau traité des inſtrumens de chirurgie les plus utiles Paris 1723. 12. 2. vol. *. Germanice Berlin 1729. 8.

Inſtrumenta

Inſtrumenta dat depicta, qualia eo ævo ad nuperas chirurgorum Pariſinorum emendationes ſolebant fabricari, potiſſimum etiam ad PETITI conſilia. Inter ea eſt *biſtoury herniaire*, & MORANDI *biſtoury gaſtroraphique* (ita vertit GARENGEOTUS), cujus perfectio eſt F. COSMÆ *biſtoury caché*. Eorum tamen inſtrumentorum pluſcula interim obſoleverunt, ut reticulum AMANDI, ut trifidum ani ſpeculum, ut ipſum PETITI torcular.

Cum *ſplanchnologia* dedit in utraque editione 1728. 12. * & 1742. 12. * *hiſtoire de la chirurgie*, in iſta auctiorem. Ex CLERICO eam fere ſumſit, cujus loca ita detorſit, ut prærogativis chirurgorum favere videantur, quando minime favebant.

De lithotomia ſe contra DRANIUM tuetur.

In *Memoires de l'Acad. de Chir.* T. I. 1743. de herniis rarioribus cruralibus, de hernia ventriculi per ſpatium carnibus nudum pone enſiformem appendiculam elapſi. De hernia inteſtini in vaginam excidentis, & de hernia per foramen ovale, cujus aliquot adfert exempla.

In T. II. de ſanguine in abdomen effuſo. Migrare ad ſedem a vulnere remotam, in ſuperficie tamen inteſtinorum conſiſtere. Poſſe in ſede commodiſſima incidi, ut emittatur.

Ib. de amputatione, in qua carnis ſegmentum reſervatur, ejusque ſimpliciori & faciliori adminiſtratione.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1726. os in corde repertum.

Cum *libello myotomie humaine & canine* Paris 1750. 12. * digreſſionem edidit, qua ſua & FOUBERTI in calculo incidendo tentamina defendit. Aqua plenam veſicam digito inter acceleratorem & erectorem percipi.

§. DXLVI. FRANCISCUS RONCALLUS PAROLINUS.

Comes, medicus. EJ. *exercitatio agens novam methodum exſtirpandi carunculas & curandi fiſtulas urethræ* Brixiæ 1720. 8. *. Tres diſſertationes, prima curatio juvenis ex fiſtula urethræ inſuperabili laborantis; in eo tres vidit carunculas, earum unam in glande. In altera diſſ. deſcribit catheterem flexilem, ex lamina argentea tortili factum, circa quam conſuitur funiculus ſericeus, aut vas aliquod animalis, quem catheterem poſſis in urethra relinquere, ut urina a fiſtula avertatur. In adjecta JOSEPHI GRANDI epiſtola gratulatoria, de tribus a ſe curatis carunculis refert.

EJUSD. epiſtola ad A. VALISNERIUM Brix. 1724. 8. * Refertur de curatione ſui inſtrumenti ope perfecta, fiſtulæ cum carunculis conjunctæ.

EJ. *quatuor diſſertationes* Brix. 1740. 4. *. Earum ſecunda eſt de hominibus invulnerabilibus. Fraudulentæ aliquæ hiſtoriæ.

Tertia eſt, *de acubus ferreis ſub cute monialis repertis*, quæ Brixiæ 1746. 8.* & in *opuſc. ſcientif.* T. XXXII. Italice prodiit ANGELO ZANARDELLIO vertente Breſcia 1746. 8. Mirifica hiſtoria, quam ægre putes veram eſſe.

EJ. *hiſtoriæ morborum obſervationibus auctæ & Cl. virorum epiſtolis illuſtratæ* Brix. 1741. fol. *. Morborum hiſtoriæ quinquaginta cum diſſertationibus. Inter eos morbos ſunt chirurgici varii, de ſcirrho, ſcrofulis, auris ulcere. Fatetur, ſiphonem ſuum ad educendam urinam capite aperto non bene reſpondiſſe. De mammæ tumore, uteri ulcere, cancro, amputatione, malo nephritico, calculo, arcano Stepheniano, ulcere veſicæ, femoris fractura, fiſtula urethræ, pedis diſtortione &c. Auctores varii, inter eos MORGAGNUS.

EJ. *Europæ medicina a ſapientibus illuſtrata* Brix. 1747. fol. *. Paſſim aliqua chirurgica. PETRUS GILLER, olim amicus noſter, de acubus ſubcutaneis virginis MARTINENGHÆ. MOPILLIER contra ſetacea & cauteria. De anevryſmate, balſamis vulnerariis. De ſtrumis earumque curatione, Cæſarea ſectione, quam laudat, calculo & ejus remediis, cancro, qui ſit incurabilis, cantharidibus, capitis vulneribus, carie, carunculis, cataracta ejusque curatione medica; de partu difficili, de fiſtulis inteſtinorum, pectoris; hydrophobia in Hetruria frequente, hydrocele in provincia Narbonenſi, paracenteſi hydropica, calculi ſectione laterali, partibus corporis a frigore ambuſtis, ſcrofularum curatione, ſectione; ſpina ventoſa, bronchotome Sicula. Frigida ſanata inteſtini incarceratio. De chirurgiæ in variis Europæ regionibus ſtatu, inventis. De Gallorum laudibus; de honoribus chirurgorum.

§. DXLVII. JOHANNES JUNCKER.

Profeſſor Hallenſis, de STAHLII ſecta, uti de univerſa medicina ita de chirurgia ſcripſit. EJUS eſt *conſpectus chirurgiæ medicæ* Hall. 1720. 4. 1731. 4. *. 1757. 4. *. Germanice Hall. 1722. 4. 1744. 4. methodo tabulari. Superſtitione non purus, qui ſympatheticas curationes ſuo teſtimonio confirmet. Hiſtoria morbi, curatio varia, multum medicamentorum.

EJ. *kurzer Entwurf von der Hebammenpflicht* Hall. 1753. 8.

Numeroſiſſimæ etiam diſputationes ſub Cl. viri nomine prodierunt.

EJ. & SCHATTER *de fiſtula thoracis* ib. 1736. 4. * diu geſtata fiſtula cauſticis tandem aperta & ſanata.

EJ. & ADELUNG *de dentium affectibus* ib. 1740. 4. *.

EJ. *de prolapſu inteſtini recti pro hæmorrhoidibus perperam habito* ib. 1740. 4.*

De gangliis generatim ib. 1740. 4. *.

De calculi curatione nova nuper in Britannia publicata ib. 1741. 4. *.

De puerperio infelici ulceris uteri frequentiori cauſa ib. 1741. *.

De ſepticis eorumque uſu & abuſu ib. 1742. 4. *.

De

De defenſione alterius oculi, quando alter quocunque malo viſu privatus eſt ib. 1743. 4. *.

De ophthalmia ib. 1744. 4.

De chirurgia chirurgiæ neceſſaria ib. 1744. 4. *.

De abſceſſuum & ulcerum indole diverſa Hall. 1745. 4.

De dentitione difficili ib. 1745. 4.

Obſtetricum imperitia & errores ib. 1745. 4.

De viſcerum læſionibus rite dijudicandis & congrue tractandis ib. 1745. 4.

Ej. *de pernionibus* ib. 1745. 4.

De odontalgia ib. 1746. 4.

De exoſtoſibus ib. 1756.

§. DXLVIII. Varii.

Fürſichtige Lehren und heilſame Arzneymittel zum beſten der Wehmütter auf dem Lande Aſchersleben 1720. 4.

Catalogus 200 chirurgiſcher und anatomiſcher Inſtrumenten Lipſ. 1720. 4. cum iconib.

David Friedels XVI. *mediciniſche Bedenken oder die Krankheiten und Schäden ſo vor gar ſeltſam, ſchwer oder gar incurable gehalten werden* Leipzig 1720. 8. Riv.

Christoph Bernh. Valentini *epiſtola conſultatoria an liceat vim inferre fetui ut ſervetur mater* Gieſſ. 1720. 4.

J. Quinnones *de las langoſtas, del carbunclo* Madrit 1720. 4. *De cancro* Briguelæ 1720. 4. ſi huc faciunt.

J. Mich. Lichtman *Beſchreibung des Staars* Nürnberg 1720. 4.

Ej. *geſchickter Augenarzt, Beſchreibung des Staars und Hirnfells* Nürnberg 1721. 4.

Cum Gottlieb Ephraïm Berner, profeſſoris Duisburgenſis, *exerc. de applicatione mechaniſmi ad medicinam* Amſterdam 1720. 8. * prodiit diſſ. *de araneæ punctura & ejus medela.* Fuſe diſputat de malis ab aranea palpebram conpungente natis, & late ſerpentibus.

Ejusdem operi *de aëris efficacia & uſu mechanico* Amſterdam 1738. 8. *. ad finem adjectæ ſunt diſſertationes, de fungo mammæ cancroſo valde feliciter reſecto, etſi repullulabat. De conquaſſatione & ruptura veſicæ urinariæ, curata. De uſu axungiæ viperinæ in curatione cataractæ.

De calculo renum integer liber.

In *E. N. C. Cent.* II. *obſ.* 47 IDEM de rupta veſica ſanata.

Obſ. 48 de fungo mammarum cancroſo.

Obſ. 49 de araneæ punctura.

Ambuſtio pedis ſebo illito ſanata.

Obſ. 207 vaſa umbilicalia in partu rupta.

Obſ. 208 trepano admoto magna fragmenta cranii exemta, æger reſtitutus.

Obſ. 209 a calculis ureteres utrinque accurate clauſi, renes intus calculoſa natura obducti.

Vol. II. *obſ.* 70 cæcitas a contuſione capitis.

Vol. III. *obſ.* 26 incipiens cataracta medicamentis ſuperata.

MARTINUS SCHURIG, medicus Dresdenſis, plura edidit opera, quæ fere collectanea ſunt. Multa vero chirurgici argumenti admiſta habet, etſi alii ſunt tituli.

In *ſpermatologia* Dresd. 1720. 4. * agit de caſtratione. Herniæ ſectio: acum jubet ducere inter vaſa ſpermatica, & proceſſum in ipſo opere non præcidere.

In *ſialographia* Dresd. 1723. 4. * ad morſus animalium & hydrophobiam aliqua habet.

In *chylologia* ib. 1725. 4. *. De atreto ano, herniis, hominibus vitrivoris, de recto inteſtino in vaginam patulo. A tortura hernioſi inteſtinorum ſphacelus, de rebus abſurdis deglutitis & in aſperam arteriam illapſis; de herniis incarceratis ſanatis, fæcibus alvinis per umbilicum exeuntibus, ano artificiali parato.

In *parthenologia* ib. 1729. 4. * de uteri prolapſu, caſtratione feminarum.

In *muliebribus* ib. 1729. 4. * de nymphotomia &c. Calculi in utero 32. Aſper de utero lapis funeſto eventu.

In *gynæcologia* 1730. 4. * ad partum difficilem, vaginæ ſarcomata, atretas, etiam os uteri clauſum. Uterum a fetu transverſim poſito ruptum vidit, tum alias. Fetus in ventrem effuſus. Carnea excreſcentia verrucis ſimilis ex vulva pendens.

In *ſyllepſiologia* ib. 1731. 4. * de fetu ventrali. Uterus prolapſus, ut oſtium tangi poſſet.

In *embryologia* 1732. 4. * ad uteri prolapſum ex nixu. De fetu ventrali, utero rupto, partu Cæſareo. Caput fetui avulſum, funeſto etiam matri eventu.

In *hæmatologia* ib. 1744. 4. * ad vulnera & hæmorrhagias. In membrana muſculo pſoæ impoſita lapilli 12.

In

In *lithologia* ib. 1744. 4. * de omni calculorum varietate, medicamentis lithontripticis, calculi ſecandi modo. Menſes arenulis miſti, etiam piſorum mole.

Janus Plancus, ſ. Johannes Simon Bianchi, medicus Ariminenſis, ſcripſit *Lettera intorno alla cataratta* Rimin. 1720. 4. Mazuch. deinde *lettera ad un amico intorno alla magneſia arſenicale* Peſaro 1722. 4. ibi nomen ſibi finxit Mar. Chillenio.

Ej. *de veſicatori diſſertazione* Venez. 1746. 8. Contra uſum veſicatoriorum, quæ nocere perſuadetur.

Ej. cum titulo J. B. Gismondi *lettera intorno una poſtſcritta che contiene note critiche ſopra al diſſ. de veſicatori.* Veteres cantharidibus, ſed in ſolis malis cutaneis uſos eſſe, & in epilepſia. Nuperos ad febres uſos eſſe.

Ej. *ſtoria medica d'un apoſtema nel cerebello* Rimin. 1752. 12. *. Paralyſis ab eo ulcere lateris ejusdem.

Ej. *Lettera ad un amico di Ceſena ſopra un pretenſo ſupplimento alla ſtoria medica d'un apoſtema del lobo deſtro del cerebello* ſub Caroli Serra Rimini 1755. 8.

Petri Paoli Lapi dicit Portalius eſſe *lettera eſaminando una lettera del* Cocchi *gli moſtra alcuni errori; tra gli altri eſſer falſo che l'umor criſtallino ſia ſempre la vera ſede della ſuffuſione* ib. 1722. 4. *. Non novum eſſe inventum a Cocchio deſcriptum. Exſtare exempla veræ cataractæ membranaceæ. Plenior eſt editio 1740. 4. Lego Planci eſſe opus.

Ej. Lapi *parere* Lucca 1730.

Et *riſpoſta ſopra alcune accuſe dategli in un certo manifeſto del S. Benevoli* ib. 1731. 4. Suſpicor nempe Petrum Paoli Luccenſem eſſe hunc noſtrum.

Ej. *de ſquamoſo calculo, de quo nempe laminæ deceſſerant. Eſtratt. de litter. helvet.* 1759. N. 3.

Henrich Bernard Hubner *Relation von der ermländiſchen meſſerſchluckerin* Königsberg 1720. 4. *. Cultri de feminæ ventriculo feliciter exciſi hiſtoria.

L. S. Jerre *praxis nova medico chirurgica, ſ. collegium medico practicum* Dresd. 1720. 8.

Phil. Grulings *deutſches Arzneybuch und* Ph. Gerh. Grulings tr. *von Weiberkrankheiten herausgegeben durch* Behrens Leipz. 1720. 4.

§. DXLIX. Abraham Vater.

Profeſſor Wittebergenſis, inciſor & clinicus, in ſuis numeroſis diſputationibus etiam chirurgiam adtigit.

Ej. & Tieffenbach *lethalitas vulnerum in inteſtinis, occaſione caſus rariſſimi, quo*

quo colon vulneratum inverſum per 14 *annos ex abdomine propendens exhibetur* Witteberg 1720. 4. *.

Ej. *de vulnere cerebri ſtlopetario ſeptima demum hebdomade abſolute lethali* ib. 1722. 4. *.

Ej. *graviditas apparens* ib. 1722. 4. * & in *meis collectionibus.* Uteri prolapſi exempla, ut ne veſtigium quidem in pelvi ſupereſſet &c.

Obſervationes rariſſimæ calculorum generationem illuſtrantes ib. 1726. 4. *. Calculi omnino veſicæ adhærentes, involucro tecti membranaceo, vacuis ureteribus. Calculi inter uſum aquarum Pyrmontanarum ſubito quaſi nati. In *ſelectis meis.* Redit in *Phil. Tranſ.* n. 394.

De oſſificatione præternaturali ib. 1726. 4. *.

De chirurgiæ antiquitate & dignitate ib. 1728. 4. *.

Caſus oppido rari ſarcomatis a pudendo muliebri ſectione ſublati hiſtoria ib. 1728. 4. *. Ipſa ſibi mulier ſarcoma reſecuerat, idem cum recruduiſſet, & pene in gangrænam tranſiret, colloque eſſet tenui, filo interceptum feliciter exſtirpatum eſt.

Mola prægnans abortus cauſa ib. 1729. 4. *.

Caſus aſthmatis a depreſſione ſterni, thoracis artificioſa conſtrictione curati ib. 1730. 4. *.

De ictero ex contuſione dextri hypochondrii maxima orto per diarrhoeam criticam brevi ſoluto ib. 1733. 4. *.

Ej. *oſteologia naturalis & præternaturalis* ib. 1733. 4. *.

Efficacia admirandæ chinæ chinæ ad gangrænam ſiſtendam in Anglia obſervata ib. 1734. 4. *.

Ej. *antidotum novum adverſus viperarum morſum præſentiſſimum, in Anglia haud pridem detectum* ib. 1736. 4. * oleum nempe olivarum.

De polypo poſt febrem epidemicam ex utero egreſſo ib. 1739. 4. *.

Ej. *de conſenſu partium corporis humani, occaſione ſpaſmi ſingularis in manu ejusque digitis ex hernia obſervati* ib. 1741. 4.

De calculis in locis inſolitis natis & per vias inſolitas excluſis ib. 1741. 4. * & in *meis ſelectis.* Calculi per ulcus inguinis, forte bilarii.

Ej. *de lithontriptico Anglorum nupero* ib. 1741. 4. *.

De veſicatoriorum ad domandas febres malignas efficacia confirmata Witteberg 1742. 4.

De polypo naſi ex faucibus feliciter extracto ib. 1743. 4. *.

De morbi magni ex parvis initiis exemplo viri antegreſſo in genua lapſu lenta febre exſtincti. ib. 1744. 4.

De

De lienis prolapſione ad illuſtrandum vexatum Hippocratis Epid. VI. Sect. 2. Witteb. 1746. 4.

De deglutitionis difficilis & impeditæ cauſis abditis ib. 1750. 4. *. Abſceſſus poſt 14. dies extrorſum feliciter vergens & diſcuſſus.

Olei olivarum efficacia & virtus adverſus morſus animalium venenatorum caſu ſingulari obſervata ib. 1751. 4. *.

In *Phil. Tranſ.* n. 377. de calculis inter potum aquarum Pyrmontanarum egeſtis, ſequente mictu cruento & veſicæ ulcere.

Cum muſæo anatomico, quod Helmſtadii 1750. 4. * prodiit, ornatum præfatione Heisteri, prodierunt etiam tabulæ anatomicæ, quæ in diſſertationibus nunc memoratis editæ fuerant, & acceſſit compendium ipſarum adnotationum.

§. DL. Disputationes.

J. Andreas Fischer, prof. Erfordienſis.

Ej. *tumor oculi ſiniſtri ſcirrhoſus malignus feliciter exſtirpatus* Erford 1720. 4. Hænel.

De renum & veſicæ calculo ib. 1721. 4. *.

De officio obſtetricis ib. 1723. 4.

De curandis præcipuis oculorum adfectibus ib. 1723. 4.

Diaſcepſis veneni canis rabidi pathologico therapeutica ib. 1725. 4. Menz.

De ſtrumis & ſcrofulis Bünsgenſium ib. 1725. 4. Boehmer.

Ej. & Fritsch *caſus de ſphacelo ſcroti obſervato & curato* ib. 1728. 4. *.

Ej. *de morbis inteſtini recti ex anatomia judicandis* ib. 1728. 4. *. De ani fiſtulis.

In *conſiliis* Francf. 1705. & 1706. 8. excuſis varia huc faciunt: hepatis vulnus caſu factum, ſanatum. Vulnus pulmonis funeſtum pro non lethali renuntiatum.

Alexander Camerarius, Rudolphi Jacobi f. vir brevis ævi, profeſſor Tubingenſis, noſter olim Præceptor.

Ej. *hiſtoria pedis tumidi* Tubing. 1720. 4. * & in *ſelectis meis*. Tumor a febre maligna peculiaris, diuturnus, adipoſus. Aliorum tumorum ex repreſſa excretione ortorum exempla.

Ej. *apoſpaſma piæ matris* ib. 1722. 4. *. In deliro & convulſo & ſubito mortuo pia mater a cerebro revulſa. Spinæ bifidæ exemplum.

Ej. *tumor præcordialis internus* ib. 1734. 4.

Ej. & Breyer *de ophthalmia venerea & peculiari in ea operatione* 1734. 4. *. Tunicam conjunctivam in orbitæ margine aperire, pus jubet emittere. Exempla felicium & infelicium curationum.

In *E. N. C. Cent.* X. *obſ.* 89 calculus ex perinæo.

Vol. I. *obſ.* 53 os femoris carie conſumtum non decolore.

Obſ. 50 obſcuræ indolis tumor in præcordiis.

Obſ. 158 ſanatum vulnus abdomen perforans utrinque.

Vol. III. *obſ.* 118 tendo flexorius & nervus pollicis avulſi, abſque malo ſymptomate curati.

Obſ. 119 pes tumidus.

J. Conrad Henninger *obſervationes & cautelæ circa oculorum curationem* Argentor. 1720. 4.

Frid. Christian Zieger *de dyſtocia* ib. 1720. 4. Pl.

Georg Mestner *de fiſtula ſ. ſinu calloſo* Baſil. 1720. 4. Boehmer.

Joh. Anisius *de ophthalmia in genere, ejusque ſpecie venerea dicta* Leid. 1720. 4. Boehmer habet 1725.

Matth. de Rhode *de lithiaſi* Leid. 1720. 4. Pl.

Ulr. Wilh. Rhode *de nervi punctura* ib. 1720. 4. *.

Ant. Lud. Luisecius *de calculo renum & veſicæ* ib. 1720. 4.

Theodorici Sproegel *ſelectæ obſervationes* Helmſtätt 1720. 4. *. Exempla ſphacelorum ſenilium, pedis ſphacelati ſpiritus vini ope aliquot per menſes defenſi, hydroceles, herniæ. Abſceſſus mature jubet aperire, bubones peſtilentes ante tertium diem. Gangrænam debere ſcarifando inhiberi. In fiſtula lacrumali naturalem ad aures viam reperit; in graviori hydrocele teſtem exſcindit. In nonnullis herniarum caſibus caſtrationem defendit. Bubone in peſtilentia ante tertium diem aperto neminem periiſſe. A paronychia ſphaceli. In hydrocele teſtem fere ſemper corruptum eſſe.

J. Bernh. Feltrup *de inflammatione in genere* Hardervic 1720. 4. Pl.

Huc ſpectat hactenus Georgii Friderici Orth *de fœtu 46 annorum diſputatio*, quam diximus in anatomicis Tubing. 1720. 4. * editam.

§. DLI. Diaria.

In *Breſl. Saml.* XI. *Verſ.* de tumore & abſceſſu ſcapulæ: de balſamo Gilead adverſus calculum: de iſchuria a calculo.

Verſ. XII. relatio de vulnere funeſto cerebri.

De

De labio leporino mire dentato, pullulante ex inferiori gingiva.

Calculoſi hiſtoria & inciſio.

Verſ. XIII. de fetu ORTHIANO.

De Ermelandica femina, quæ cultrum deglutiit.

De fiſtula ex vulnere ductus Stenoniani, curata tactu manus mortuæ.

Paracenteſis in empyemate fruſtranea.

Verſ. XIV. de vulnere capitis lethali relatio.

De cancro arcano KORTHOLTI medicamento curato.

HELD de HAGELSHEIM de inteſtino colo diſſecto, & per 14 annos de abdomine pendulo.

Denique in veſica catellæ calculi.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1720. ANTONII de JUSSIEU & AL. LITTRE experimenta, quibus conſtat, aquam fontium fere omnium calculum humanæ veſicæ ſolvere.

In *Phil. Tranſ.* n. 365. DEVERIL de ligamento patellæ rupto, quod malum putat pro rupta patella haberi.

N. 366. A. VATER de eodem inteſtino, de quo a. 1720. diſputavit.

W. RUTTY de ſpina bifida.

§. DLII. J. ZACHARIAS PLATNER.

Profeſſor Lipſienſis, vir eleganter doctus, qui chirurgiam peculiariter coluit, & ſua manu curavit, ut etiam juvenem ſanaverit, fruſtra a C. de S. YVES tentatum. EJUS numeroſæ ſunt diſputationes, aut certe programmata argumenti chirurgici.

EJ. eſt programma de *chirurgia artis medicæ parente* Lipſ. 1721. 4. *. (non 1731. 4.).

Diſſ. de *fiſtula lacrumali* ib. 1724. 4. * & in collectione operum; & Germanice a WINKLERO *verſ. Berlin.* 1735. 8. *. Docta, quales noſter dare ſolebat, diſputatio, qua antiquitates morbi ex Græcis fontibus repetuntur. Curatio ANELLIANA. Auxilia, quæ ſuperſunt, quoties mitis iſta curatio non reſpondet. Inſtrumenta varia. WOOLHOUSIUM totum ſaccum lacrumalem exſtirpare, os unguis perforare, turundam inmittere, quæ officio functa per fauces ſit elapſura.

Diſſ. *de ſcarificatione oculorum* ib. 1728. 4. *. Germanice a WINKLERO Berlin 1735. 8. *. Antiquitates ex veteribus & ex HIPPOCRATE potiſſimum repetit, deinde de arcano quærit WOOLHOUSII, eo enim tempore arcanum erat, ex ſecalis ariſtis factum, peſſimum certe inſtrumentum, debile & hamulis ſuis

 inflamma-

inflammationem auctūrum, quod ferreo penicillo multo melius poſſit compenſari. PAULI inſtrumentum, ex tribus quaſi lanceolis conpoſitum.

De anatome ſubtiliori, ob uſum inprimis chirurgicum, non negligenda ib. 1734. 4. *. Errores chirurgorum ex anatomes ignorantia nati. Qui ſinum pituitarium maxillarem habuit pro fiſtula, quæ os eroſiſſet. Spina bifida.

Diſſ. *de thoracibus* ib. 1735. 4. *. Ut thoraces adverſus gibbos accurate fabrefiant. Tubercula & inde nati gibbi.

De medicina ocularia progr. 1735. 4. *. De ulceribus corneæ tunicæ, de uſu ſcarifationis oculorum ad id malum.

De arte obſtetricia veterum ib. 1735. 4. *.

De curatione τȣ αποσκεπαρνισμȣ in calva ib. 1736. 4. * per exemplum ſquamæ oſſeæ decuſſæ, quæ adplicata calvariæ comprehendit.

Diſſ. *de calculo veſicæ adhæreſcente* ib. 1737. 4. *. De calculo in univerſum, ejus formatione, & medicamentis eum diſſolventibus. Exemplum calculi circa glumas hordei nati. Calculos membrana veſtitos dari in ureterum per veſicæ membranas tranſitu retentos. Calculum veſicæ adhærentem a SENFIO exciſum vidit: qui variis tentatis RAVII adminiſtrationi reſtiterit.

De noxiis cohibitæ ſuppurationis diſp. 1741. 4. *. Puris generatio: in maſſam ſanguinis repulſi noxa.

De vulneribus ſuperciliis illatis, cur cæcitatem inferant, ad locum HIPPOCRATIS propr. ib. 1741. 4. *. A nervorum nexu.

De noxis ex ſuppuratione cohibita in nonnullis oculorum morbis ib. 1742. 4. *. De ophthalmia varia, &c.

De iis, qui ex tuberculis gibberoſi fiunt progr. ib. 1743. 4. *. Exemplum in gibboſo homine vertebrarum carie tentatarum.

De hydrocele diſp. 1745. 4. *. Herniarum antiquitates. Hydrocele varia, ſcroti hydrops. Exemplum inflammati ex contuſione teſtis. Radicalem curationem periculoſam eſſe, ſucceſſiſſe tamen.

De faſcia infirmitatem adjuvante, progr. 1745. 4. *. De uſu faſciarum in hydrope, anevryſmate &c.

De curatione articulorum infirmorum per ſtillicidium ib. 1746. 4. * felix exemplum.

Inter orationes huc facit IV. *de crudeli miſericordia medentium.*

Hæc omnia conjunctim ſunt edita Lipſ. 1749. 4. * cum titulo *opuſculorum* T. I. Diſſertationes contineatur: T. II. Proluſiones T. III. Orationes. Acceſſit viri illuſtris vita.

EJ. *inſtitutiones chirurgiæ rationalis, tam medicæ, quam manualis: adjectæ icones nonnullorum ferramentorum aliarumque rerum, quæ ad chirurgi officinam pertinent* Lipſ. 1745. 8. *. 1758. 8. *. Venet. 1747. 8. Germanice *gründliche Einleitung*

Einleitung in die Chirurgie T. I. & II. Lipſ. 1748. 8. & 1770. 8. Vertit J. Benj. Boehmer. Belgice *Handleyding tot de chirurgie 2 delen* Amſterd. 1764. 8. vertente Houttuyn.

Plenum & eruditum opus, quod doleas non eſſe totum ab auctore profectum, intercedunt enim partes ab aliis elaboratæ, ut de ſectione calculi, quod caput eſt Gunzii. Solet autem noſter hiſtoriam præcipuarum curationum, ut ſenſim perfectæ fuerint, docte exponere, ut cataractæ, Woolhousii vero noſter diſcipulus fuerat. Luxatio femoris rupto ligamento tereti; abſque ea violentia in adulto non poſſe luxari. Ganglion enorme & funeſtum in tendine Achillis: ſteatoma maximum dorſi cum exſtirparetur, lethalis hæmorrhagia. Cum cerebrum a lapſu fragmentis calvariæ convulneraretur, mens ſibi conſtabat, ut tamen res in mortem terminaretur. Femur cujus cervix fracta evanuerat. Fracturam femoris vix ſanari abſque aliqua claudicatione. Inſtrumenta paſſim rariora dat deſcripta, ea inter gloſſocomium Purmanni perfectius.

In Germanica editione eruditæ diſquiſitiones omiſſæ ſunt, medicamenta addita.

In *Act. Erudit.* 1729. inſtrumenta aliqua chirurgica deſcribit, ad fetus calvariam perterebrandam Friedii, cultellum globulo munitum, herniotomum le Dranii, fundam J. H. Hessii.

Parentationem dedit J. Benj. Boehmer viri diſcipulus: & *comm. de vita* Frid. Platner Lipſ. 1749. 4.

§. DLIII. Varii.

J. B. Agnozzi, chirurgi Fanenſis, *ſyntaxeos tragœdiæ chirurgicæ cataſtrophe, in qua* I. B. Rubinus *auctor ſyntaxeos malus hiſtrio, pejor hiſtoricus, peſſimus chirurgus inſtruitur* Venet. 1721. 4. Exiguus libellus, quo agitur de viro nobili, cui ob femoris abſceſſum Agnozzius turundam in vulnus dederat, & qui idem eadem rejecta convaluit. Tuetur ſe Agnozzi, & in Magati methodum invehitur.

Antonii Boccacini a J. B. Agnozzi *Salute* Modena 1721. 4. Cin. De curatione ejusdem vulneris adverſus mendacem Agnozzi epiſtolam.

Jacobi Antonii Lupi *chirurgia inforzata dal provido armamento delle taſte* Venez. 1721. 8. Contra Magatianos. Conf. p. 36.

Antonio Celestino Cocchi *epiſtola ad* Morgagnum *de lente cryſtallina oculi humani, vera ſuffuſionis ſede* Rom 1721. 8.

In *Epiſtolis phyſico medicis* Rom. 1725. 4. * huc facit de anevryſmate pectoris epiſtola, cum reſponſoria Lancisi, & de venæ cavæ dilatatione.

Georg Riedlin *von den vornehmſten Verrichtungen eines Wundarztes* Ulm 1721. 8.

Hactenus huc facit HIERON. MARIA DONDUZZI *raggionamento delle precautioni e regole di uſarſi de ceruſici in mezzo alle peſte per governo di ſe ſteſſi e dell' infirmi* Bologna 1721. 4.

CAROLUS RICHA, clari medici, *morborum vulgarium hiſtoriæ, quæ Turini* 1721. 4. 1722. 4. * & 1723. 4. * prodierunt, paſſim aliqua continent chirurgici argumenti, ut calculoſi viri inciſionem, hiatum diaphragmatis ingentem. De venæ jugularis ſectione: de ſtrumis ſcrophulisque, de anevrysmatibus eo anno (1722.) frequentibus, de cancro mammæ feliciter exciſo.

In *opuſc. ſcientif.* a. 1739. dedit anevryſmatis hiſtoriam.

CAR. FRID. GLADBACH *de fiſtula ani* Hanover 1721. 8.

NICOLAI ROBINSON *compleat treatiſe of the gravel and ſtone* London 1721. 8. 1734. 8. *. Calculi vinculum eſſe ſalem, & etiam potiſſimum marinum. De morbo nephritico, ejusque ſymptomatibus, & ab adfinibus morbis diſcrimine, ut a duodeni inteſtini inflammatione. Curatio calculi propria. Urethram inſtrumento tripede dilatat, & oleoſa blanda medicamenta propinat, ad emittendum calculum. Nephrotomen commendat, argumentis partim ab experimento & partim a theoria ſumtis. De diſſolventibus calculum medicamentis ex cantharidibus & ſale tartari & nitri ſpiritu aliisque: exemplum felicis, quem ſibi tribuit eventus. Plurimum formularum.

GIBSON *farriers guide* Lond. 1721. 8.

EJ. *method of dieting horſes* ib. 1721. 8. Diverſum puto ſcriptorem ab eo, qui de equorum morbis ſcripſit.

MICHAEL RENUART *abregé de medecine & de chirurgie pratique* Paris 1721. 8. Agyrta.

§. DLIV. DISPUTATIONES.

R. NESBIT *de partu difficili* Leid. 1721. 4.

S. HORSMAN *de calculo renum & veſicæ* ib. 1721. 4.

HENR. VICT. SCHMID *de pædarthrocace* ib. 1721. 4. PL.

GERARD TABOR *de cancro mammarum ejusque exſtirpandi nova methodo* Utrecht 1721. 4. * & in *ſelectis meis*. HARTMANNI chirurgi Amſtelodamenſis duas falces deſcribit, quibus uno ictu mammas amputabat: periculi plenum inſtrumentum, quod vel nimium auferre poſſit, vel nimis parum.

HENR. HAMPE *de ſcarificatione oculorum* HIPPOCRATICA Duisburg 1721. 4.

THEOD. PHIL. SCHACHT *de vulneribus capitis interioribus* Herborn 1721. 4.

J. HENR. FREYTAG præſ. J. BOECLER *de cataracta* Argent. 1721. 4. * & in meis ſelectis. Aliqua exempla habet cataractæ membranaceæ. Contendit patrem ſuum

ſuum chirurgum ocularium ejusmodi cataractas hamulo extraxiſſe. Subito natas cataractas & lacteas.

Ej. *de oſcheo entero & bubonocele Helvetiæ morbis frequentibus* Argent. 1721. 4. *. Patris ſui aliquas curationes recenſet.

HENRICH LUDWIG BUSSER *de ægro mictu cruento laborante* Marpurgi 1721. 4. *.

J. KHELLE *de mictu cruento* Altdorf 1721. 4. *.

ANTONII FIZES, profeſſoris Monſpelienſis, ſpecimen medico chirurgicum *de ſuppuratione* Monſp. 1721.

Ej. *Sp. med. chir. in quo præcipui ſuppurationis eventus in partibus mollibus expenduntur* ib. 1724. Gallice Paris 1742. 12.

Ej. *de cataracta* ib. 1731. * in qua mediam fere ſententiam tenet, in nuperam pronior, poſſe tamen etiam membranaceam dari. Contra ANTONII appendices.

Ej. *de tumoribus humoralibus præcipuis.* In collectione operum cum prioribus Monſpel. 1743. 4. Avenione 1757. 12.

Ej. *duodecim quæſtiones* Monſpel. 1731. 4, etiam chirurgicæ.

Ej. *obſervationes de chirurgie* Paris 1742. 8. BOECL.

HENRICI HAGUENOT & PETRI ROCQUES *ſpecimen de ſuppuratione in partibus mollibus* Monſpel. 1721. 8. *. Idem cum ſpecimine, quod primo loco dixi inter ANTONII FIZES opera.

Ej. *de morbis capitis externis* Genev. 1751. 12. *. Morbi etiam oculorum, viarum lacrumalium, cataracta, morbi aurium, narium, polypi, ozæna, ranula, breviter & didactice.

Ej. & RENE' *theoria inflammationis* Monſpel. 175 . 8. *.

In *Mem. de l'Acad. des Sc. de Montpelier*, hydrophobiæ a canis rabidi morſu exemplum habet, ſero natæ & funeſtæ cum rabie, mordendi voluntate, intolerantia lucis. Soli cauterio aliquid tribuit.

§. DLV. DIARIA.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1721. refertur de lithopædio, quod ORTHIUS præſide CAMERARIO deſcripſit.

De eodem retulit CL. STEIGERTHAL in *Phil. Tranſ.* n. 367.

In n. 369. de gangræna ex oſſeſcentibus arteriis cruris orta.

In *Act. Bresl.* XV. de HEISTERI nonnullis curationibus chirurgicis.

De homine levi ictu tabacariæ fiſtulæ occiſo, nulla cauſa necis apparente.

De paracenteſi mortem non operante.

Thebesius de hernia exulcerata feliciter curata.

Verſ. XVI. Georg Christoph Frobenius de felici ſectione Cæſarea ſe præſente adminiſtrata.

Verſuch. XVII. Involucra capitis avulſa a molendini rota, eventu non funeſto.

Ex alapa mors nulla conſpicua læſione.

Calculoſi viri inciſio, in renibus lapilli, flocci in veſica & ulcus.

Verſuch XVIII. de pannis & tumoribus oculorum, a repercuſſis achoribus & a variolis natis.

De calculo veſicæ ex catella.

Mors ex ictu bovis cornipeti.

Vulnus funeſtum cordis.

Bernos chirurgi de calculo ſub lingua exciſo.

Ludov. Lamorier, chirurgus. Ejus eſt diſſ. in *Mem. de l'Acad. des Sciences de Montpelier* Lion 1766. 4. * excuſa & a. 1721. prælecta de tumoribus partim varicoſis & partim anevryſmaticis. Mollis tumor brachii ſanguine plenus de vulnere proſilientis, ex ſanguine in celluloſam muſculorum telam effuſo. Oſſa ſpongioſa mole diminuta.

Ej. *de fiſtula inteſtini ilei* ib. prælecta a. 1728: ex abſceſſu nata poſt longos dolores colicos.

Ej. *de utilitate aquæ communis in chirurgia* Mem. 1732. 4. *. Ulcera & vulnera balneo, carunculas injecta aqua curavit.

Ej. *de doloribus artuum imaginariis poſt amputationes reliquis* anno 1737. 4. *. Tribuit eos coaleſcentibus cum arteria nervis, quos impetus ſanguinis irritet.

§. DLVI. Salvator Morand.

Celebris chirurgus, Acad. Scient. ſod. Ejus primum opuſcula dicemus minora, quæ ipſe collegit, & cum titulo *opuſcules de chirurgie I. Partie* edere cepit Paris 1768. 4. *.

Cenſuræ primum librorum chirurgicorum Academiæ oblatorum.

Sex elogia, quæ etiam in *Mem. de l'Acad. de chirurgie* reperiuntur, Bassuel, Malaval, Verdier, Garengeot, Daviel, Faget. Facile exſpectes, quoties chirurgus cum medico litigat, noſtrum ſuos tueri, etiam potiſſimum Garengeotum. Occaſione Davielii dicit de commodis, quæ extractioni cataractæ propria ſunt. Maturitatem requirit. Sponte nonnunquam cataractam in anteriorem tranſire cameram, & requirere extractionem, quam Petitus (uter) primus ſit molitus. Facilitatem adminiſtrationis laudat.

De

De NICOLAI HABICOT vita, ſcriptis & litibus cum RIOLANO, quem noſter aſpere excipit.

Sermo, quo oſtendit, chirurgum debere ſcire literas, neque in ſolis adminiſtrationibus ſe continere.

Relatio de prima publica in ſchola chirurgorum diſputatione.

Obſervationes nonnullæ.

Miles nono menſe a vulnere accepto mortuus. Sphæra plumbea ſub dura membrana reperta. Abſceſſus externus, cranii caries; demum trepano detectus abſceſſus cerebri, cum multa ejus jactura demum ſanatus. Cerebrum pene totum inſenſile eſſe.

A vulnere accepto ſopor, paralyſis lateris oppoſiti, tamen ſervatus æger, cum aliquo ſanæ mentis detrimento.

Dura mater inciſa, ſanguis ſub ea effuſus, emiſſus, vulnus cerebri curatum.

Maxima fractura cranii ſanata.

Pro amputatione femoris in ipſo acetabulo tres commentarii. Evulſos artus ſanguinem nullum fundere, neque poſſe quatuor equis hominem diſtrahi. Poſſe arteriam cruralem proxime inguen abſcindi, eventu non funeſto. Plethoram poſſe vitari. Nobilem virum, cui primo le DRANIUS humerum in articulo abſciderat, interiiſſe, ex plethora, ut putatum ſit. Plura exempla femoris de acetabulo in vivis animalibus exciſi.

VOLHER puto WOHLERI (primarii chirurgi Dani) de eadem re diſſ. Nervos non debere ligari.

PUTHOD de eadem amputatione, uberius. Sanguinem potiſſimum compeſcit injecto vinculo. Nervum pariter vitat ligare. Aliqua de arteriis, quas ligare oporteat, non nominatis, & vix deſcriptis. Adminiſtratio fuſe. In theoria negat arterias a pure erodi.

MORANDI in BILGUERI adverſus frequentes amputationes monita aſpera diſſ. Non adeo frequenter Gallos artus hominum amputare: in una pugna inter noningentos ſaucios non plus undecim, ſæpe etiam ſervari, quibus artus amputati fuerint. Nimis pretioſis medicamentis BILGUERUM uti, & farragine Germanica. Primum patrem ſuum humerum de articulo excidiſſe, ſub finem ſeculi prioris.

EJ. *tr. de la taille du haut appareil avec une diſſ. de* M. MORAND Paris 1728. 12. *. 1747. 12. Primum conpilatio eorum, quæ de eo apparatu FRANCO, ROUSSET, G. CHESELDEN, DOUGLAS, MACGILL, THORNHILL ſcripſerant. Inde relatio de duobus a MORANDO factis curationibus ad eam methodum, quarum altera infeliciter ceſſit. Inde encomia operationis & ad objectiones reſponſiones.

ſiones. De ſectione a ruſtico Helveticæ ditionis feliciter facta, non quidem apparatus alti, ſed calculi de urethra exciſi.

Anglice vertit J. DOUGLAS, & ſexaginta exempla adjecit hominum, alto apparatu curatorum Lond. 1729. 8. BOEHMER.

EJ. *éloge de M. Marechal* Paris 1737. 4.

EJ. *refutation d'un paſſage du traité des operations de* SHARP Paris 1739. 12. Perceptis alti apparatus vitiis, noſter Londinum ſe contulerat, ut CHESELDENII artificia diſceret. Cum autem paſſim ad eam legem varii ſecarent, neque feliciter omnes, Londini fama fuit, publica lege lateralem apparatum Pariſiis eſſe proſcriptum. Eam calumniam noſter refutat, confirmat, eam adminiſtrationem Lutetiæ exerceri, neque vetitam eſſe.

EJ. *diſcours pour prouver qu'il eſt neceſſaire à un chirurgien d'être lettré* Paris 1743. 4. in opuſculis. Logicam, phyſicam, chemiam, medicinam omnem debere chirurgo perſpectam eſſe, neque ſufficere manum exercitatam.

Catalogue des pieces d'Anatomie inſtrumens & machines pour la chancellerie de medecine de Petersburg ſous la direction de M. MORAND Paris 1759. 8. *. Brevis catalogus ſuppellectilis Pariſinæ nuperæ.

In *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1721. refert de milite, cui 57es abdomen perforaverit.

Et de maximo aortæ anevryſmate.

In *Hiſt.* de 1722, vidit quidem, lentem cryſtallinam vere cataractæ ſedem fuiſſe, ſed putat poſſe etiam membranaceas dari cataractas, capſulam nempe lentis cryſtallinæ, & quæ eam ambeat vitream, quæ de ea lente decedunt opacæ.

Mem. 1729. magnus tumor chyloſus meſenterii.

Anno 1730. lens cryſtallina in lapidem verſa, & vitreus humor ſpiſſatus.

IDEM *Mem. de l'Acad.* 1731. de calculi ſectione laterali agit. Videri eandem eſſe, quam CELSUS voluerit. F. JACOBUM eam perfeciſſe poſterioribus annis, & feliciter exercuiſſe. CHESELDENIUM ea optimo cum ſucceſſu uti: ſe etiam & PERCHETUM in ſedecim ægrotis duos tantum, & aliis ex morbis, amiſiſſe. Cum magno apparatu calculus educi non poſſet, maximum duodecim unciarum lapidem a CHESELDENIO eſſe extractum. Ab ALBINO methodum RAVII non bene deſcribi.

In *Mem. de l'Acad.* 1732. exempla cordis rupti.

Mem. 1735. inteſtini diſſecti partes facile ſe comprehendere, dum alicubi firmetur.

Mem. 1736. de altera cauſa, quæ ſanguinis jacturam a vulnere arteriæ natam ſupprimit, arteriæ nempe retractione, contractione fibrarum anularium.

Hiſt. de l'Acad. 1737. de calculi ſectione laterali in variis provinciis feliciter adminiſtrata.

Mem.

Mem. de 1739. hirudinis fabrica.

Mem. de 1740. de efficacia medicamenti Stepheniani. Quadraginta in ægrotis Noſter ejus fecit experimentum: plerumque utile fuit, & certe dolores longe plerumque ſedavit. Urina hoc medicamento utentis hominis calculum erodit, ejusque pondus diminuit, cum vulgaris urina idem augeat. Adultis & ſenibus magis, quam pueris conferre videtur. Nullo modo ægris nocuit: calculis moriformibus aliam eſſe quam albis naturam, & alia deberi remedia.

In *Hiſt. ejus anni*, inter 17 calculoſorum ſectiones, 14 ſibi feliciter cecidiſſe.

In *Mem.* 1741. aliquas adhuc obſervationes & ſuas, & CL. LIEUTAUD adfert calculorum ab urina medicata eroſorum, crena effoſſorum, cortice.

In *recueil ſur la pierre*, epiſtola ad PELLETUM & compendium libelli inter Academicos a. 1740. editi.

Hiſt. de l'Acad. 1744. de ſectione calculi laterali, a D. GRILLET molita, feliciter adminiſtrata.

Hiſt. 1745. iterum de ſucceſſibus lateralis calculi ſectionis.

Hiſt. 1748. de fetu qui 31 annis in utero materno retentus totus duro involucro obductus fuit.

In T. II. *des Memoires de l'Acad. de Chir.* de abſceſſibus hepatis, quorum quinque curavit, feliciter omnes præter unum. Enormem puris copiam fundere. Cavendum eſſe, ne peritonæum aperiatur. Duas inciſiones faciendas, ſecundam transverſam. In curando carpto ſicco utitur. De ſanguine in abdomen effuſo. Migrare ad ſedem a vulnere remotam, in ſuperficie tamen inteſtinorum conſiſtere. Poſſe in ſede commoda inciſionem fieri ut emittatur.

EJ. experimenta agarici BROSSARDI, quæ novo medicamento favent.

EJ. de hydrope cyſtico, potiſſimum ovarii.

EJ. de hydrope pectoris inciſione ſanato.

EJ. & C. VERDIER de nova ratione extrahendæ cataractæ a POGETO aliisque adminiſtrata, eventu non ſemper felici.

In T. III. de vulnere digiti valde contumaci ob hydrargyrum in celluloſam telam effuſum.

Ib. de fiſtula canalis ſalivalis ſanata, ſetaceo in ductum ſalivalem dato, per quod ſaliva exſtillaret, optimo eventu.

Ib. de tumoribus veſiculæ felleæ, & de calculo bilario ex abſceſſu ſupra umbilicum exciſo.

EJ. de variis alienis corporibus in veſicam datis, quæ omnia arenoſa cruſta ſunt obducta. De peſſo in vagina nimis diu geſtato, quem argenteum quidem tamen eroſum funguli de vagina efflorefcentes ſubibant. Prolapſum vaginæ uti-

que ſanaverat. De pene variis modis ſtrangulato. De corporibus in rectum inteſtinum intruſis.

§. DLVII. Carolus de S. Yves.

Duo fuerunt hujus nominis celebres medici ocularii Pariſini, iſte mihi probe notus, & alter filius ejus adoptivus, cum quo de nomine patrui nepos noſtri ſed depoſitus & abrogatus jure contendit.

Caroli &c. *nouveau tr. des maladies des yeux* Paris 1722. 12. *. Amſterdam 1736. 12. 1767. 12. Anglice vertente D. Joh. Stokton Lond. 1741. 8. 1744. 8. Germanice Berlin 1730. 8. 1744. 8.

Inter optima compendia numeratur. De morbis exterioris oculi: de fiſtula lacrumali, quam curat perforato oſſe unguis, cannula & cauterio. Paſſim interſpergit morborum peculiarium hiſtorias, ut fiſtulæ palpebralis. De tumore, quem de orbita exſtirpavit; de pannis & pterygiis. In fiſtula lacrumali inutilem eſſe injectionem, conpreſſionem præſtare, cum ſpirituoſo fotu conjunctam. Cannulam debere ad os unguis admoveri, per eam os cauterio perforari; maxillæ etiam carioſæ os aduri. L. II. traduntur morbi ipſius oculi: de lente cryſtallina ab ictu excuſſa; ophthalmia varia, corneæ tunicæ morbis, ſtaphylomate: de cataracta, cujus ſedem ponit in lente cryſtallina, cujus etiam lapideam degenerationem non ignoravit: de cataracta ex pure coacto nata. De membranacea cataracta, quam ad pus coactum pariter refert: de opacitate capſulæ lentis cryſtallinæ: de cataracta ex vulnere lentis cryſtallinæ orta: de depoſitione, ut vocant: de extractione lentis opacæ per corneæ tunicæ inciſionem, quæ ipſi videtur perfacilis, ex ſuis & ex aliorum experimentis: de ſymptomatibus depoſitionis. Cataractæ, quæ ſponte ſe depoſuerunt, etiam in cane. Lacteam eſſe immaturam. Tremulam eſſe gypſeam lentem, de nonnullis fibris ex iride ſuſpenſam. Aliquas ſero, etiam ſeptimo & decimo demum anno maturari. Si in anteriorem cameram lens exciderit, quod aliquoties vidit, debere corneam findi, ut extrahatur. Lacteam etiam cataractam debere deponi. Retinæ morbi. Seceſſio a choroidea tunica. Atrophia.

Ej. *reponſe à une lettre critique de ſon tr. des maladies des yeux inſerée dans le ſupplement du mercure de Mai* 1722. *ſous le nom de* M. Mauchart Paris 1723. 8. *. Variis a criminationibus ſe tuetur; cataractam membranaceam in humore aqueo natam rejicit: lentem depoſitam ipſam ſe in oculo a morte inciſo repeririſſe addit, poſtquam ſua manu cataractas depoſuerat, vitreumque corpus vidit locum a lente deſertum occupaſſe. Negat vere ſanam fuiſſe lentem in oculo, in quo Woolhousius membranaceam cataractam ſe vidiſſe ſibi perſuaſerat.

§. DLVIII. Antonius Benevoli.

Chirurgus Noſodochii S. Mariæ novæ Florentinæ.

Ejus *lettere ſopra due oſſervazioni fatte intorno alla cataracta* Firenz 1722. 4.* Cinelli non bene 1721, & cum *nuove propoſizioni intorno alle caruncule* 1724. 8. Cinelli. In duobus hominibus, quibus cataracta depoſita fuerat, lentem cryſtallinam opacam reperit in humoris vitrei angulo. Addit rationes minime contemnendas, quare ejus morbi ſedes ſemper in lente ſit, deſumtas ab anguſtia cameræ poſterioris, duritate cataractæ, acus itinere pone lentem, vi reſurgendi & certa curatione ægrotorum, quibus poſt depoſitam cataractam nunquam nova alia renaſcatur.

Reperitur excerpta in *Phil. Tranſ.* n. 373.

Ej. *nuove propoſizioni intorno alla caruncula della urethra, detta carnoſità* Firenz 1724. 8. *. Minime ineruditum opuſculum. Oſtenſum it, quod pro caruncula habetur, eſſe durum tumens & ulceroſum caput gallinaginis: id demonſtrat per cadaverum inciſiones, in quibus ea in ſede, neque alibi, caruncula reperitur, a conſenſu ſymptomatum cum theoria ſua. Contra rodentes cereolos, quibus mites alios præfert, bona victus ratione adjutos. Fuſiſſime de homine, in cujus curatione ſola aqua Nucerina uſus eſt, cui medelæ bonum eventum tribuit, qui quidem adhibitis demum cereolis apparuit. Contra ſententiam Benevoli Petrus Paulus cenſuram ſcripſit, quæ non eſt ad manus p. 61. Reſpondit noſter in *manifeſto ſopra alcune accuſe contenute in un certo parere del* S. Petro Paoli Firenz. 1730. 4. *. Objecerat Paulus, nihil novi vel proprii noſtrum proponere. Reſpondit Benevolus, utique ſuam eſſe adnotationem, quod acus pone cataractam lateat, quod depoſita ea nunquam regeneretur, ſuas etiam proprias adminiſtrationes ſe deſcripſiſſe, accurate de lentibus depoſitis dixiſſe.

Ej. *giuſtificazioni dalle replicate abuſe del* S. P. Paoli Firenz 1732. 4. *. Adverſus Paoli *replica*. Fuſa vindicatio, qua multa priorum repetuntur.

Ej. *diſſertazioni ſopra l'origine della ernia inteſtinale & intorno alle piu frequenti ragione dell' iſchuria, ſopra il leucoma... aggiuntivi quaranta oſſervazioni* Firenz. 1747. 4. *. Belgice *heelkonſtige warneemingen* cum notis J. Bernardi Sandyford Haag 1770. 8.

Herniarum veram cauſam eſſe in laxitate meſenterii, inteſtina minus firmiter ſuſtinentis, cujus reſtitutio caput ſit rei. Iterum contra carunculas: negat cum ejusmodi malum in ægro exſpectaretur ſpecillum ſuum obſtaculum reperiſſe; ſymptomata eſſe ab urinæ acrimonia, totique malo cum teneſmo plurimum convenire: ſolutum commendat gummi. Sola perite ſanatæ herniæ. In hernioſo veſica gangrænoſa inciſa, tamen ſanata: ſic alia hernia, cum ſtercus prodiret, repoſita veſica. Contra cauſtica. Dura cicatrix in inteſtino per herniam incarceratam rupta & ſanata. Recidivus morbus poſt inteſtini incarcerati reſtitutionem. In parva hernia ſaccum ligari poſſe. In maculis corneæ tunicæ mitia collyria

 ſuadet,

ſuadet, rejectis acribus. In adnotationibus ubique favet curationi mitiſſimæ: fiſtulas non vult aut injectis repleri medicamentis, aut incidi, aut ſpecillo tentari, & potius exiguum oſtium relinqui, quam cum periculo totam fiſtulam funditus curari. Varias tamen non vulgares habet curationes; vaginæ patiente manu ſenſim apertæ: fetus qui in tuba increvit, & per abſceſſum exiit. Inteſtinorum a vermibus perforatorum abſceſſus vidit: in paracenteſi monet, ut aer ab abdomine excludatur; cæterum ſatis ſuadet, ſemel & ſimul aquam omnem emittere. Gangrænam inteſtini recti curavit, de quo pars non modica tunicæ internæ deceſſit: confirmat ſalutarem effectum purulenti lotii in abſceſſibus internis: veſicam urinariam bis vidit per herniam inguinalem elabi: herniam curari vidit, cum in repoſito inteſtino inflammatio ſubnata fuiſſet: ſola faſcia maximam herniam ſanavit, & rachiticos infantes ente veneris. Ter vaginam membrana clauſam ferro aperuit, & peranguſtam dilatavit. A pene amputato mors, quod gangræna nimios feciſſet progreſſus.

EJ. *due relazioni chirurgiche iſtruttivi, una dell' ultima malattia del* S. G. GUALBERTO PANCIATICI; *l'altra dell' ultima malattia del* S. DOMINICO COMPARINI Firenz. 1750. 4. *. Duorum ægrorum, quorum morbi hic deſcribuntur, prior periit ex femoris abſceſſu, qui ſecundum pſoam adſcenderat, muſculosque & vertebras eroſerat, ut æger motum femoris amiſerit. In altero vomitus erat ex tenuis inteſtini appendice per abſceſſum deſtructa, quæ incarcerata fuerat.

§. DLIX. VARII.

Collectanea chirurgica anni 1721. Hannov. 1722. 8. & *anni* 1722. Hildesh. 1723. 8. *. Editor eſt J. ERNESTUS WREDE, chirurgus Hanoveranus. Pars operis major in hiſtoriis curationum occupatur, quæ in gravibus malis felices fuerunt: aliquæ intercedunt ſectiones hominum vulneratorum. Paſſim aliqua minus vulgaria hic reperias. Sphacelati cruris ſpontanea ſeceſſio. Partus difficilis a facie fetus pubis os ſpectante, expeditus unco & aperto capite. Sic avulſum brachium quod præiverat, fetus unco extractus, digito ori inſerto: fetus mento ad os pubis hærens. Sphacelus ex clavo. Abſceſſus inter muſculos abdominis apertus, curatus. Oſſa femoris & tibiæ ſponte fracta & pene conſumta. Inteſtinum vulneratum, ſutura ad labia vulneris firmatum, bono eventu. Vulnus articuli cubiti ſanatum. Dura mater a fragmentis oſſeis conpuncta, ſanata. Anevryſma brachii ſanatum arteria lino intercepta. Fiſtula ani tota diſſecta ſanata.

T. II. Empyema inciſione ſanatum. Phimoſis congenita ſanata. Cancer mammæ funeſto eventu exciſus. Caries carpi igne & ferro ſublata. Inteſtinum a vermibus perforatum. Vulnus occipitis decedentibus oſſeis fragmentis curatum. Iterum grave calvariæ vulnus ſquamis & fragmentis purgatum. Coccygis fractura ſanata, tum proceſſus coracoidei. Trepano ſanguis ſub cranium effuſus emiſſus, æger ſervatus. Carioſi brachii felix amputatio.

Eſt etiam J. ERNESTI WREDEN programma, *wodurch er die benöthigſten Inſtrumenten*

Inſtrumenten und den Verband bey den chirurgiſchen Operationen zeiget Hanover 1722. 8.

Ej. *gründliche Nachricht von den in Magen eines Delinquenten gefundenen ſieben Hölzern* ib. 1723. 8. *. Deſperabundus homo abſque gravi malo magna fragmenta oſſea devoraverat.

Ej. *Unterricht für die Hebammen* ib. 1727. 8.

Georg Daniel Coschwiz, profeſſor Halenſis.

Ej. eſt *introductio in chirurgiam rationalem* Hall. 1722. 4. *. Brunſchwig 1755. 4.

Ej. *de parturientium declinatione ſupina pro facilitando partu inutili* Hall. 1725. 4. *.

Ej. *de ſphacelo ſenum* ib. 1725. 4. *.

Ej. *de trepanatione* ib. 1727. 4. *.

Ej. *de hypopyo* ib. 1728. 4. *.

Ej. *de gravidarum, puerperarum nec non infantum recens natorum regimine & adfectibus* Lipſ. 1732. 4.

Amos Lambrecht *de ophthalmia* Arnſt. 1722. 8. 1741. 8. *. Belgice. Fere in medicamentis.

Ej. *manuductio obſtetricantium of te handleiding der vroedkunde* Amſterdam 1731. 8. *. Pars chirurgica exigua eſt. Ipſe tamen manum operi admovit. Rupit ipſe membranas, ut fetum educeret, cum ovum in vaginam emineret. Lentum laborem commendat.

Martin Martinez *medicina ſceptica cirurgia moderna* Madrit 1722. 4. Heist. 1724. 4. 1727. 4. Seg.

Eugenii Ferreyra Roque, Luſitani, *tratado de phlebotomia practica rational e directorio de principiantes* Evoræ 1722. 8.

J. Massoneau *cirurgia naturel data al luz por el ſupremo autor del mundo en la creatio de l'hombre* Madrit 1722. Seg.

Christ. Friderich Joerdens *chirurgia medica & inſtrumentalis* Hall. 1722. 4.

Ej. *Kern der Chirurgie* Haſ. 1739. 8.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obſ.* 106 fiſtula ani ex hæmorrhoidibus.

Obſ. 101 maxima cranii fractura & cerebri jactura 70 demum die funeſta.

Vol. IX. *obſ.* 41 fractura tibiæ per longum morbum funeſta.

Obſ. 42 cancer penis & inguinalis glandulæ ex febre.

In *Comm. Lit. Nor.* 1738. n. 33. de iſchuriæ variis cauſis & caſibus.

Relation d'une maladie extraordinaire, qui s'eſt declarée par une enorme tumeur Paris 1722. 8.

Gottfrid Held, de Hagelsheim, *de tempore partus, occaſione partus tubarii 46. annos geſtati* Bareith 1722. 4. Refert etiam de Orthii lapideo fetu.

J. Cam *Eſſay on rhumatiſm gout and ſtone* Lond. 1722. 8.

Proprietés & uſages de la terre vulneraire dite de Judée Paris 1722. 4. ebuccinatio agyrtæ.

In *hiſtoire des ſacres & des couronnemens des Rois de France* Paris 1722. 12. reperitur diſſ. de privilegio Regum Galliæ, quo ſcrophulas tactu ſanant.

§. DLX. Burchard David Mauchart.

Profeſſor Tubingenſis, diſcipulus Woolhousii; medicus ocularius, & in iis morbis plurimum expertus. Numeroſas & doctas ſcripſit diſputationes, quas fere recuſas dedi.

Ej. diſp. *de hernia incarcerata nova encheireſi extricata* Tubing. 1722. 4. * præſide Elia Camerario & in *ſelectis meis*. Delineatio herniæ Pariſiis parata, cum fuſa deſcriptione. Contra rupturam peritonæi, ſacci hernialis fibræ ab obliqui externi muſculi tendinis expanſione natæ. Cum hernia caſtratione tentaretur, erat hydrocele. In ſiniſtro latere frequentius colon prolabi. Anulum nimis amplum ſcarifandum. Non tuto poſſe ſaccum integrum reponi. Scarifationem ſacci laudat.

Ej. *de inſpectione & ſectione legali* Tub. 1736. 4. *. Exemplum in vulnere renali, cum diſquiſitione de periculo, ab eo vulnere impendente. Adjectæ bonæ adnotationes de vulnere gulæ cibos effundente, ductus thoracici &c.

Ej. *de ſtruma œſophagi ejusque coalitu difficilis & abolitæ deglutitionis cauſis* ib. 1742. 4. *. Scirrhum glandularum adjacentium diſtinguit a vero coalitu, cujus proprium exemplum deſcribit. Remedia proponit, fiſtulas, turundas, acria rodentia medicamina, ſalivationem. De curatione fiſtulæ Anelliana. Mors a glandula oſtio ventriculi accumbente, purulenta & ſcirrhoſa: ſuadet in caſu urgente tubum in œſophago relinquere.

Ej. *de luxatione nuchæ* ib. 1747. 4. & in *ſelectis*. In Petitum, caput in ſuſpenſis non luxari. Exempla luxatæ cervicis ſero funeſtæ. Suſpenſorum ſymptomata, diſcrimina ſubluxationum.

Ej. *caput obſtipum* 1747. 4. * recuſum in *ſelectis*. In muſculo maſtoideo exſcindendo monet chirurgos, ut caute verſentur. Utilitas in eo malo thermarum.

Ej. *de epiploenterocele crurali incarcerata, ſphacelata, cum deperditione notabili ſubſtantiæ inteſtini ſponte ſeparati feliciter curata, alvo naturali reſtituta*, ib. 1748 4. * Memorabilis curatio. Coaleſcentia inteſtina anguſtiora reddit, etiam in cane.

Ej. *lethalitas per accidens* ib. 1750. 4. *. Maſcule in lenitatem vitioſam invehitur,

vehitur, qua multi medici Germani fere omnia vulnera excuſant. Exempla profert, ubi chirurgus aut in culpa fuit, aut præter meritum eſt accuſatus.

De oculorum malis plurimas edidit diſputationes. Plurimam in iis veterum lectionum reperias, ſubtilem nominum & verborum diſtinctionem, cum rerum geſtarum peritia conjunctam; curationem candide revelatam, quæ vel a manu petitur, vel a medicamentis, & diaria paſſim operationum.

Ejusd. *de ophthalmoxyſi novantiqua*, *ſ.* Hippocratico Woolhousiana Tubing. 1726. 4. Arcanum præceptoris inſtrumentum hic revelat, ariſtarum ſecalinarum penicillum. In trachomate & ſcirrho utitur equiſeto aſpero. In ſcirrho duro incidit, tunc erodit.

Ej. *de ſetaceo nuchæ & ipſius oculi* Tubing. 1742. 4. *. Illa quidem auxilia multum in malis oculi emendandis valere: ultimum ex China in Europam perductum deſcribit. De ſetaceo auriculæ ad ulcus corneæ, & epiphoram. Setacei uſus in oculi hydrope, empyeſi.

Ej. *de hypopyo* 1742. 4. *. Homonymia declaratur hypopyi, onychis, & diverſiſſimi pterygii. Pus paracenteſi, concuſſione, fotu emittendum, aut ad fundum oculi conpellendum. Perforatio corneæ, qua pus emittitur, aut lanceola facta, aut acu cataractaria, qua noſter feliciter uſus eſt. Sanguinem effuſum facile diſſipari. Cataractam dari membranaceam, eam in cane ſe vidiſſe. Lentem cryſtallinam non raro in cameram anteriorem prodire, dum cornea tunica perforatur, quam ſpecillo oporteat repelli. Omnino hypopyon inciſione ſanavit.

Ej. *de empyeſi oculi* ib. 1742. 4. * alio malo, ubi pus pone iridem habitat. Signa, inſtrumenta, perforatio & in ea cautelæ. Cochleari cavo pus educit.

Ej. *fiſtulæ corneæ* ib. 1742. 4. *. Subtilis adminiſtratio, qua callus mollitur, ſinus corriguntur. Callum ad naturam fiſtulæ non neceſſario requiri.

Ej. *unguis oculi* Tubing. 1742. 4. *. Ulcus lamellis corneæ tunicæ interjectum.

Ej. *ulcera corneæ* ib. 1742. 4. *, quæ nempe utrinque aperta patuit.

Ej. *de maculis corneæ earumque operatione a potriſi* ib. 1743. 4. *. Propria de ea macula adnotatio, quæ ſenibus & familiaris eſt & moleſta.

Ej. *tobiæ leucomata* ib. 1743. 4. *. Totam hiſtoriolam expendit, & plurima fabulæ veſtigia in ea invenit.

Ej. *de hydrophthalmia* Tubing. 1744. 4 *. Pleraque anatomici ſunt argumenti.

Ej. *de paracenteſi oculi in hydrophthalmia & amblyopia ſenum* ib. 1744. 4. * adminiſtratione parum nota. Inſtrumentum a Woolhousio potius celatum hic proponit, & artificium, quo Turberville, medicus mechanicus Anglus, humorem aqueum turbidum emittere tentabat, & mutare meliori.

Ej. *de mydriaſi* Tubing. 1745. 4. * rariori morbo, in quo negat objecta apparere

apparere minora: neque cum cataracta immobilitatem pupillæ neceſſario conjungi putat.

Ej. *de pupillæ phthiſi & ſynizeſi* Tubing. 1745. 4. *. Exempla pupillæ arctatæ, cauſæ variæ, curatio Woolhousiana & Cheseldeniana. Vidit arctam pupillam vix capite aciculæ majorem. Utitur ad aperiendam pupillam acu plana cuſpide tereti. In ſynechia ferro iridem a cornea tunica ſeparat: id malum in cane vidit.

Ej. *conjunctivæ & corneæ oculi tunicarum veſiculæ ac puſtulæ* ib. 1748. 4. *.

Ej. *de ſynechia* ib. 1748. 4. *. Malum curatu difficile, alia graviora tamen mala averſurum: chirurgica adminiſtratio, qua ægre ſuperatur.

Ej. *de ſtaphylomate* ib. 1748. 4. *. In Gunzii de eodem malo diſp. paſſim animadvertit: diverſas mali ſpecies diſtinguit, uveæ prolapſum per exempla conſtituit, curationes mitiores ſollicite deſcribit, quæ in apto ſitu aut modica compreſſione ſe continent: tranſſectionem rejicit, & curationem Woolhousianam ſequitur.

Ej. *oculus artificialis enblepharos & hypoblepharos* ib. 1749. 4. *.

Ej. *de tumoribus cyſticis palpebrarum & ſingulari ſteatomatico tumore ſcirrhoſo palpebræ ſuperioris exciſo* ib. 1750. 4. *. Excidit integros.

Ej. *oratio de fama meritisque* Taylori ib. 1750. 4. *. Æquum judicium de experto homine ſed in promittendo liberaliori.

In Mercurio Gallico, Paris 1723. edidit *lettre critique ſur le traité des maladies des yeux* Caroli de S. Yves, & forte etiam in *J. des Sav.* 1724, *replique à la reponſe de M. de* S. Y., niſi ii libelli Woolhousii fuerint.

§. DLXI. Disputationes.

Henr. Sigm. Stosch *de reſonitu experientia confirmato* Argent. 1722. 4. *. Exempla aliqua: cum cranium fiſſum eſſet ab ictu, & ſanguis tamen in oppoſito latere effuſus. Tabulæ internæ cranii depreſſio. Iterum fiſſura in latere oppoſito.

J. Nic. Holtorf *caſus anevryſmatis in capite pueri undecim annorum* Argent. 1722. 4. *. Anevryſma arteriæ in capite a baculo percuſſæ.

J. Andreæ Conradi *de vulnere fronti inflicto* Leid. 1722. 4. * & in *meis ſelectis*. Vulnus cerebri a globulo ſtlopetario percuſſi.

J. Grashuys *de phlebotomia* Leid. 1720. 4. idem vir, ut puto, quem poſtea dicemus.

Phil. Henric. Muller dicti Wolheimer *de aqua traumatica Gallorum eau d'arquebuſade* Heidelberg 1722. 4. *. Formula, & ingredientium, ut vocant analyſis.

J. Henr.

J. HENR. ABEGG *de fiſtula ani* Baſil. 1722. 4. *.

MICHAEL BRANDT *de cauſis fracturæ oſſium abſque violentia externa* Gröning. 1722. 4. *. Conf. p. 558.

EJ. *glückliche Steincur* Hamburg 1724. 8. HEIST.

J. CAROLI SPIES *tres diſputationes de medicamentis antinephriticis* Helmſtätt 1722. 4. *.

EJ. *de deglutitione ejusque læſione & læſionis therapia* ib. 1727. 4.

EMANUEL LOEBER *de inflammatione* Hall. 1722. 4. *.

PHILIPPI BERNARDI de BORDEGARAYE & GASNIER *E. præcavendæ nephritidi ſola aqua* Paris 1722. 4.

§. DLXII. DIARIA.

In *Centuria* IX. Actorum Academiæ Naturæ curioſorum.

ONUPHRIUS BONFIGLI, qui in Polonia medicinam fecit, *obſ.* 4. de calculo permagno pene lapideo.

CHRISTIAN GOTTHARD WILISCH.

Obſ. 21 nephriticus homo calculum per anum egeſſit.

J. ADAM REIMANN.

Obſ. 46 veſicatoria, fonticuli, alia remedia generoſiora, fruſtra in ophthalmia adhibita.

Vol. IV. *obſ.* 9 ſcirrhus exulceratus omenti.

Obſ. 10 maxima ex levi linguæ vulnere hæmorrhagia.

TOBIAS FERDINANDUS CARLI.

Cent. IX. *obſ.* 76 de hominibus poſt calculum exſectum inciſis relatio.

Vol. V. *obſ.* 65 in ulcere inguinis fæces alvinæ & ſanguis menſtruus.

J. ADAM LIMPRECHT.

Cent. IX. *obſ.* 49 vulnus cum amiſſa hepatis particula ſanatum.

BALTHASAR KRYSINGK.

Obſ. 79 calculi in ductu ſalivali.

Obſ. 80 globulus ſtlopetarius per 25 annos in naribus latens.

SAMUEL KOLESER die KERESEER.

Obſ. 88 apoſtema hepatis ſanatum.

Obſ. 90 inteſtinum ab herniotomo læſum per abdomen porro propendens.

JANUARII JANELLII, archiatri Romani, epiſtola ad LANCISIUM de prolapſu dilatati coli & ſphacelo: pleniſſimum idem fæcibus & mire dilatatum.

In *Phil. Tranſ.* n. 380 PETRUS DERANTE, chirurgus, refert de ſcapula, oſſe humeri & parte claviculæ, ob profundam corruptionem reſectis, eventu tamen felici.

N. 371. JACOB FIELD duo exempla dat vulnerum ventriculi ſanatorum.

Sic ATKINSON de abſceſſu ventriculi curato.

In *Journ. des Sav.* 1722. M. Jun. LUCAS, chirurgus, de quinquemeſtri fetu, quem de ano matris inciſo inteſtino recto extraxit, bono eventu.

PINSON de cataracta membranacea vera depoſita, cum lens cryſtallina ſedem ſuam tenuiſſet, ſanaque manſiſſet.

DASSE' de modo hæmorrhagias a partu compeſcendi, palpato per abdomen utero, & in varios motus excitato.

In *Journ. de Trev.* 1722. ex ictu baculi oſſa cerebrum perforantia, ſanata.

In *Act. Vratislav. Verſ.* XIX. de magno tumore univerſum abdomen occupante.

De ilei inteſtini abſceſſu.

De ſpina dorſi a terra illapſa contuſa & conpreſſa, reſtituta ſolo uſu arnicæ.

De viciæ uſu ad calculum.

Exemplum ſphaceli ſenilis & vulnera aliqua.

Verſuch XX. J. JAC. SCHEUCHZER de tumore ſcrophuloſo colli deglutitionem impediente.

In *Verſ.* XXIII. exoſtoſis memorabilis femoris.

Verſ. XXV. ſpina bifida.

EJ. *vom fliegenden Zungenkrebs einer Viehſeuche* Tiguri 1732. 4. * de ulcere linguæ dorſum depaſcente, quod eraſum facile curatur.

In *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 38 cancer funeſtus ex tumore de clavicula pendulo exſtirpato.

Vol. VIII. *obſ.* 36 cataractæ duæ in lente cryſtallina a FREYTAGIO oſtenſæ.

Obſ. 46 mors ex morſu humano.

Obſ. 47 cephalalgia curata fonticulo a quo calvaria in cariem verſa.

Comm. Lit. Nor. 1733. h. 20. ſpica ſecalis in rupto apoſtemate.

In eodem *Verſ.* XX. *Actor. Vratislav.* de fiſtula lacrumali aliqua.

Ib. MICHAEL ERNESTUS BORETIUS refert de operatione alta, quam a JOHANNE DOUGLAS vidit adminiſtrari.

ID. Regiomont. 1723. 4. * dedit diſp. *de alto apparatu* a nobis recuſam. Contra DENYSIUM ægrius RAVII adminiſtrationem imitatum: ſæpe ab eo veſiculas ſeminales lædi. DOUGLASSIANAM adminiſtrationem præfert.

EJ.

Ej. alia eſt diſputatio *de epilepſia ex depreſſo cranio* 1724. 4. *.

Porro in *Verſuch* XX.

De verrucæ funeſta eroſione.

Grandes calculi ſponte egeſti a femina.

De Harburgenſi cultrivoro.

Scirrhum meſenterii alio referas.

Verſuch XXI. de calculis numeroſis a viro decedentibus, abſque dolore, ſed funeſto eventu.

Vulnus inteſtini coli cito lethale.

Verſ. XXII. ſerpentis in Brunſwicenſi ditione morſus, cum gravibus ſymptomatibus.

Aliqua calculorum exempla, renalium, veſicalium, felleorum.

De ſymptomatibus, ut putat auctor, longo poſt tempore ex læſo in brachio tendine ſupervenientibus.

§. DLXIII. Varii.

Girolamo Marini *prattica delle piu difficili operazioni di chirurgia che rigardavano il litotomo ed oculiſta* Rom. 1723. 8. *. De peculiaribus aliquot morbis agit, cataracta, quam facit membranaceam, eamque naturam in centum propriis curationibus ſe percepiſſe ait. Acus ut ſubeat. Caruncula aliaque urinæ vitia, illam refutat. Impedimentum catheterem tardans eſſe in capite gallinaginis, neque aliam dari carunculam. Iſchuria renalis, dum nullum eſt in veſica impedimentum. Puella atreta, ut membrana minimo foramine pateret. Calculus renum & veſicæ. Calculus in urethra impactus, aut exciſus, aut forcipe etiam eductus. Calculus veſicæ circa calamum anſerinum natus. Veſica in bove enormiter dilatata, cum urethram lignum impediret. Apparatus magnus, & parvus abſque nuperorum inventis. Calculi ex virgunculis exciſio, quæ fit apparatu parvo. De calculo cereo ſcrutando. In collo veſicæ bovis ex iſchuria mortui ligni fragmentum. Calculi ſub glande frequentes: exciſorum exempla. Hydrocele. Sarcocele. Labium leporinum.

Johannes Roda y Baias, chirurgus Cæſar Auguſtanus. Ejus eſt *cirurgia racional breve ſegura ſuaye curacion de heridas de cabeca, reformacion de los exuſos que ſe practican en la via comun* Saragoſſa 1723. Cap. de V.

Joseph Franc. Freyre de Sa *epitome cirurgo medicinal primeira parte.* Lisboa 1723. fol. Cap. de V.

An account of D. Eaton's *balſamik ſtyptik* Lond. 1723. 8. Bur. 1726. 8. Boehm.

Vidal, medici Verdunenſis, *traité ſur la production des pierres dans le corps*

 humain

humain Chambery 1723. 12. Calculus duodecim unciarum extractus, eventu funeſto.

NOEL FALCONET *tr. des fievres & de la circulation du ſang* Paris 1723. 12.* In hydrope pectoris paracenteſin ſæpe feliciter ſuccedere. Ex cantharidibus mors per iſchuriam, calculus in uretere.

Hoc anno obiit ROLANDUS PAULUS ARNAULD, celebris chirurgus Pariſinus, cujus nullum exſtat opus, ſed cujus inventa paſſim apud GARENGEOTUM & in CLERICI chirurgie complete reperias.

Animadverſions on a late entitled lithotomia Douglaſſiana Lond. 1723. ut videtur.

Et *the ſecond edition of the ſcotch doctor to which is added a wonderful relation of Francis Ghoſt.*

Lithotomus caſtratus, or Cheſeldens treatiſe tho rough by examined Lond. 1723. 8. *. Conf. p. 23.

§. DLXIV. DISPUTATIONES.

CHRISTIANI GOTTFRIED STENZEL, profeſſor Wittebergenſis, *de ſteatomatibus in principio aortæ repertis, & horum occaſione de cyſticis in genere excreſcentiis* Witteb. 1723. 4. *. Conjungebatur cordis anevryſma.

De venenis acutis ib. 1732. 4.

EJ. *de cantharidibus proſperæ adverſæque valetudinis* ib. 1740. 4.

EJ. *de cantharidum & his ſimilium medicamentorum calculis conpactis atterendis minus parium virtute* Witteb. 1741. 4. *. Contra GROENEVELDIUM aliosque, minus credulus virium lithontripticarum æſtimator. Varia exempla calculorum.

EJ. *de cantharidum externo uſu imprudentum prudentumque aſylo medicorum* ib. 1743. 4. *.

EJ. *medicamenta externa chirurgis familiaria circumſpecte uſurpanda eſſe* ib. 1744. 4. *.

In *Comm. Lit. Nor.* 1731. de varicibus egit.

Redit in *Toxicologia pathologico medica, ſ. de venenis libris tribus* editis ib. 1733. 4. *. L. II. de venenis acutis, quo etiam animalia venenum habentia continentur.

J. HERMAN FURSTENAU, prof. Rintelienſis, *deſiderata chirurgica* Rinteln. 1723. 4. *. Auxilia recenſet, quibus bona ars deſtituitur, ita remediis herniarum parum tribuit, cancrive; lithotomiam metuit, &c.

EJ. vel reſpondentis, PHILIPPI PAXMANN, *ſpicilegium obſervationum de Indorum morbis & medicina* Rinteln. 1735. 4. *. De chirurgia Indorum, de felici puerperio.

EJ.

Ej. *carcinoma labii inferioris abſque ſectione perſanatum* Rinteln. 1739. 4. *. Solis medicamentis.

Ej. *abſceſſuum muſculorum abdominis & vicinarum partium læta & triſtia exempla* ib. 1742. 4. * adnotationes propriæ, & in *E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 123 & *Vol.* V. *obſ.* 165, 166 funeſtorum eventuum.

Ej. & Vogler *de arte obſtetricia* ib. 1746. 4. *.

Ej. *de oculorum vitiis præcipuis* ib. 1748. 4. Boehmer.

Ej. *medicinæ forenſis contractæ ſp.* I. II. III. ib. 1752. 4. Heb.

Ej. *de brachio ſphacelato ſponte naturæ vi ab integro reliquo corpore ſeparato* ib. 1754. 4.

In *E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 124 fiſtula perinæi.

Vol. V. *obſ.* 59 lapſus ab alto cum magna commotione ſanatus.

Obſ. 60 abdomen percuſſum, mors ſubita.

Vol. VI. *obſ.* 4 hæmorrhoides cæcæ exulceratæ, ſanatæ.

Obſ. 5 ulcus ad anum pariter curatum, & *obſ.* 9 abſceſſus circa genu.

Vol. VII. *obſ.* 6 grave vulnus ſtlopetarium femoris ſanatum.

Obſ. 114 abſceſſus in genu cum abſceſſu hepatis conjunctus.

Vol. VIII. *obſ.* 32 mors ex vulnere arteriæ brachialis.

Obſ. 44 hydrops oculi perforata cornea tamen redeuns.

Vol. IX. *obſ.* 27 funeſta hernia ſcrotalis.

Obſ. 67 vulnus umbilici ſanatum, & hæmorrhagiæ ex funiculo umbilicali non ligato.

Obſ. 72 hydrops aſcites paracenteſi ſanatus.

Obſ. 100 abſceſſus muſculorum alii ſanati, alii funeſti.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 32 vagina in virgine prolapſa.

Obſ. 33 tibia carioſa, excavata, terebrata, exemtum oſſis fragmentum interius vacillans, eventu felici.

Brandan Meibom *de apoplexia* Helmſtätt 1723. 4. * deque uſtione Miſtichelliana.

Michael Adam Gusov *novum paracenteſeos inſtrumentum* Regiomont 1723. 4. * & in meis *ſelectis*. Acus triquetra, cujus ſtylus elaſtrorum ope ſe ad fiſſæ fiſtulæ finem accurate adaptat, & viciſſim inverſo manubrio decedit & educitur. Feliciter eo in hydrope uſus eſt.

Christ. Lud. Rosa *de calculo veſicæ* Argent. 1723. 4.

J. Jac. Braun *de oſſium corruptela* Baſil. 1723. 4.

Jac. v. Munster *de hydrope aſcite & de paracenteſi* Leid. 1723. 4. Boehm.

Diederich Schackenek *de inflammatione in genere* Leid. 1723. 4.

Christ. Frid. Hænel, olim amici noſtri, diſſ. *de morbis ſcroti* Argent. 1723. 4. *. De hydrocele, ſarcocele &c. Illius aliqua exempla, tum internæ, tum externæ, in qua pariter penis aqua repletur. Vitia in calculoſo & gonorrhoeis obnoxio inciſo reperta ſunt.

In *Comm. Nor.* 1741. 14. agit de felici uſu Peruviani corticis in gangræna: ſcirrhis teſticuli ſuperatis illito unguento Neapolitano: hernia incarcerata, ulceroſa, cum perforato a cornu bovis inteſtino: morte ex lapſu, cranio integro, cerebro ſolo concuſſo.

Ejusdem ſunt aliquæ epiſtolæ ad me datæ, argumenti chirurgici; ipſe enim chirurgiam maſculam & obſtetriciam exercebat: Ep. 79.

Vulnus totius corneæ tunicæ ſanavit. Ep. 108.

Curatio inteſtini ab hernia, aut alia a cauſa aperti. Ep. 124.

J. Casp. Kuchler *de glandulis colli puerorum tumefactis* Lipſ. 1723. 4.

Ej. *de ulceribus dentium fiſtuloſis* ib. 1733. 4. *. Morbi exempla, & curationes.

Polycarp Leyser *de fruſtranea cadaveris inſpectione* Helmſt. 1723. 4. 1731. 4. Boehmer.

Christ. Tenzel *de inſpectione judiciali cadaverum* Erford. 1723. 4. Chirurgos non ſufficere.

§. DLXV. Diaria.

In *Bresl. Samlungen Verſuch* XXIII. de calculis renalibus aliisque aliqua.

De oſſis humeri magna particula amiſſa, ſuperſtite motu.

De inteſtino in ulcus inguinis aperto & ſanato.

Vulnus inciſi cranii ſanatum.

Labrum leporinum cum fiſſa maxilla ſuperiori.

Cantharides ad morſum canis rabidi.

Aliqua de fonticulorum utilitate moderanda.

Ulcus uteri aptis liquoribus injectis curatum.

Formula emplaſtri ſaponati Pauli Barbette.

Verſuch XXIV. tumor ſpongioſus ſub lingua, inciſione ſanatus.

Diaphragma a dolore colico ruptum, ut pars ventriculi & omenti in pectoris caveam migraret.

Hydrops ambuſtione ſanatus.

Verſuch

Verſuch XXV. atreta, inciſione curata.

Calculoſi hominis inciſio.

De lignivoro Hannoverano.

Verſ. XXVI. de fractura cranii aliqua.

Vulnus ſtlopetarium renis curatum.

Aliqua de apparatu alto in Anglia ad uſum revocato.

In *hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1723. du VIVIER chirurgus de vulnere œſophagi ſanato, in quo malo audacter & felici eventu emeticum medicamentum propinavit.

FARCY in hernia incarcerata oſſicula reperit ovilla, cum inteſtinum inciſiſſet; inteſtinum cujus pars non exigua perierat, clauſum eſt & coaluit. Eam felicitatem perpetuam fore celebris chirurgus ſperavit, modica acu per meſenterium trajecta, confirmato inteſtino.

In *Phil. Tranſ.* n. 376. aliqua de vi incantante ſerpentis caudiſoni.

C. J. SPRENGEL demorſos a viperis Italicis emetico medicamento ſanavit.

N. 377. PERROT WILLIAMS de calculis in rene inque veſica urinaria repertis.

P. HARDISWAY calculus renalis ramoſus.

N. 378. ROBERTUS HOUSTOUN de fetus reliquiis per abſceſſum abdominis excifi.

EJ. (R. H.) *the hiſtory of ruptures and rupture cures occaſioned by a letter on a never failing way of curing ruptures, with a genuine recept of the ſecret and a famous ſtyptic* London 1726. 8. *. D. SHAW a germano habuerat curationis herniæ artificium, antiquum ſed renovatum, ut vitrioli oleo dura cicatrix procuratur, quæ herniam coerceret. CL. SHAW imitatus eſt T. BOWLES, hunc THOMAS RENTON, qui a Georgio I. pro revelando arcano 5000. libros ſt. & annuas libras 500. obtinuit. Noſter demonſtrat rem dudum notam eſſe, ab ipſo retro LEONIDE, & plurimos locos auctorum eo ſpectantes collegit. Idem arcanum medicus nomine LITTLE JOHN claſſi Regiæ obtulit, ſed res neglecta eſt. Inteſtinum ab herniotomo apertum. Mors a medicamento cauſtico. Saccum hernialem ſæpe inteſtinum ſtrangulare. De vi medica & chirurgica ſymphyti.

EJ. *Phil. Tranſ.* n. 381. medicus hydropem renis raro exemplo inciſione ſuperavit.

N. 380 calculi prægrandes de ano egeſti, non quidem biliaris indolis DAVIDIS MARTINEAU.

In *Mem. de Trevoux* 1723. *ſept.* cum calculo extracta membrana veſicæ, nullo tamen cum funeſto eventu.

§. DLXVI.

§. DLXVI. Christophorus Jacobus Trew,

Medicus Noribergenſis, vir illuſtris, quem nuper amiſimus. Nullam artis medicæ partem inornatam reliquit. Primus prodiit libellus, *Nachricht von einer raren Hauptwunde* Nürnberg 1724. 4. *. Diarium enormis vulneris ſtlopetarii, quo cerebrum læſum fuerat, nullo magno ſuperveniente ſymptomate, quoad decimo ſeptimo die res in deterius vergere ceperunt. Accurata ſucceſſit anatome.

Nuper Noriberg 1769. 4. * excuſa eſt *anevryſmatis ſpurii poſt venæ baſilicæ ſectionem orti hiſtoria & curatio*, quæ prius inter Acta Acad. Nat. Cur. Vol. X. prodierat. Curationem ſuſcepit chirurgus Emmerich. Arteria inciſione detecta, charta craſſiſſima conpreſſa, ſpirituoſis fota: ita ſenſim pulſus rediit, ægerque convaluit. Aliud exemplum ubi, pilis chartæ bibulæ arteria conpreſſa fuit. Adjectæ accuratæ icones arteriarum brachialium.

In *Commercio Litterario Norico* 1733. h. 39. refert de calculo grandiori ex feminæ urethra educto, abſque ullo in continenda urina ſuperſtite vitio.

A. 1734. calculi prægrandis exemplum.

A. 1735. N. 12. hernia umbilicalis, tumor una cum inteſtinis temere reſectus.

A. 1736. h. 42. de hernia umbilicali congenita, ſ. defectu tegumentorum abdominis.

A. 1738. h. 52. tumor cranii, herniæ cerebri ſimilis, apta preſſione ſanatus.

A. 1741. h. 20 & 21. docte, & ornate de ſpina bifida.

A. 1742. h. 22. in gallo vidit omnia oſſa inſolitæ craſſitiei & paulum ſpongioſa.

H. 51. de tumore mammæ ſuſpecto, internis medicamentis feliciter ſublato.

A. 1743. h. 32. de iſchuria funeſta abſque vitio viarum urinariarum, etſi lapillus excluſus fuerat.

A. 1745. h. 36 cataracta in lente cryſtallina.

In *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 27 hernia a colica ſpaſmodica diſcuſſa.

Obſ. 48 phimoſis proprio elaſtro curata.

Obſ. 49 uterus gravidus a fetu ruptus.

Obſ. 50 nullum damnum a neglecta funiculi umbilicalis deligatione.

Obſ. 51 paralyſis partium inferiorum a fracta ſpina dorſi.

Vol. IV. *obſ.* 138 ren exeſus & ureter alter ampliſſimus.

Obſ. 139 calculus ingens multis annis abſque ullo dolore in rene geſtatus.

Obſ. 141 in tenera puella calculi renales.

Obſ. 142 in abdomine ſaccus ingens ſanguine plenus.

Vol. VIII. *obſ.* 126 fuſa & ornata relatio de anevryſmate ſpurio a venæ ſectione infelici, curato abſque vinculo arteriæ injecto.

Vol. X. app. iterum curatio anevryſmatis ſpurii in brachio, cum iconibus arteriarum brachialium. Sanguine eluto, impoſita charta bibula tenui quadruplicata & linteo carpto in vulnus dato, prelo admoto, pulſu valde depreſſo, ut non totus ſuppprimeretur: malum ſuperatum eſt. Monet eam chartam tenuem eſſe debere, qua vulnus arteriæ conprimatur. Recuſæ ſunt hæ duæ curationes Nürnberg 1769. 4. *.

N. E. N. C. Vol. I. *obſ.* 103 exempla defectus congeniti palati.

Vol. II. *obſ.* 100 ſpina bifida demum decimo quarto ætatis anno funeſta.

§. DLXVII. Varii.

Chabert, chirurgus Maſſilienſis jam ſenex, ex longa experientia doctus, firmi judicii vir & ſimplex, curationes hic dat CXCI. In univerſum mitem curandi rationem ſequitur, crudelium oſor moliminum. Trepano rariſſime utitur neque profuturum ſperat, quando pus ſuper cerebrum effuſum eſt: fiſtulam lacrumalem abſque perforatione curat: acrioribus & rodentibus medicamentis abſtinet, & in vulnerum curatione turundis, unguentis etiam & emplaſtris, totus Magatianus. Magna pars operis verſatur in vulneribus. Sanatum ulcus hepatis; & corruptus teſtis, atque gangræna. Hydrocele conſtanti effectu cauſticis curata. Vetuſta hydrocele cyſtica ſanata. Tumorem cauſticis medicamentis aperuit, a ſcroto ſeparavit, funiculum ligavit: cyſtidem pendulam feliciter exemit. Fiſtulam lacrumalem abſque perforatione ſanavit, plumaceolo carnes fungoſas inhibente, nullo adhibito mercurio præcipitato, quem nocere exiſtimat. Funeſtum vulnus arteriæ humeralis. Ulcus cerebri non adgnitum & ſero lethale. Alius ſanatus, cui utraque calvariæ tabula abſceſſerat. Vulnus ſtlopetarium graviſſimum brachii cum arteriæ læſione, ſenſim ſanatum abſque amputatione. Penis gangræna tactus, reſectus. Vulnus abdominis ſanatum, de quo fæces prodierant. Tendo ad dimidia ſectus facile ſanatus, & abſque ſymptomate. Caries in fiſtula lacrumali ſolo linteo carpto ſuperata. In gangræna ſenili tibia raro exemplo feliciter amputata. Iterum vulnus tendinis nullo cum ſymptomate. Hernia incarcerata cum metu gangrænæ ſanata in calculoſo. Clitoris maxima vinculo ablata. In alia fiſtula lacrumali rodentium medicamentorum uſus felix. Gravis in hydrocele caſus curatio.

In *Mem. de Chir.* T. II. collare vinculum pro venæ jugularis inciſione quam conprimit, dum aſpera arteria libera eſt.

Samuel Pye, lithotomi Briſtolienſis, *ſome obſervations on the ſeveral methods of lithotomy* London 1724. 4. *. Contra apparatum altum ſcripſit: quater eum apparatum tentaverat, plerumque infelix. Non ideo idoneas dat rationes, quare

hoc apparatu velit abſtineri. Exempla inciſorum ægrorum calculoſorum, felicis apparatus magni.

JOHN MAWBRAY *female Phyſician* London 1724. 4. *.

EJ. *midwifery brougth to perfection by manual operation* ib. 1725. 8. *. Primum ſe in Anglia artem docuiſſe obſtetriciam; inutilis cæterum libellus. Cæterum fere DEVENTERII verſionem dedit.

J. BAPTISTE BOTTENTUIT, chirurgi, *diſſertation ſur une machine pour reduire les luxations* Paris 1724. 12. *. Contra J LUDOVICI PETIT gloſſocomium, quod mammas contundat, funeſtos produxerit effectus. Inſtrumentis mallet abſtineri, quibus omnibus perita manus longe præſtet.

EJ. *lettre écrite au ſujet de la reponſe faite par M.* PETIT *dans l'amphitheatre de S. Côme à la diſſertation qui a paru contre ſa machine* ib. 1724. 12. BUR. Urget ſuas objectiones.

Lettre à l'auteur de l'article du Journal des ſavans ib. 1724. Nimis favere PETITO.

Nouvelle maniere de faire l'operation de la taille pratiquée par DOUGLAS: *on y a joint le ſentiment de* ROUSSET *ſur cette matiere, le traité de* CHESELDEN *ſur la taille par le haut appareil, & la theſe de* NIC. PIETRE *ſur ce ſujet, le tout traduit par* NOGUEZ ib. 1724. 12. *.

ROGER DIBON *obſervations ſur les maladies vénériennes* ib. 1724. 8. Negat dari carunculas, cereos ſuos laudat, & non ſatis ſecum concors.

Suite de la deſcr. &c. dans laquelle on traite des retentions d'urine & des maladies de l'urethre ib. 1748. 12. BOEHMER.

Cyſtotomia hypogaſtrica, or the method of performing the high operation faithfully collected from the writings of ROSSET, DOUGLAS, CHESELDEN London 1724. 4.

In TABORI *exercitationibus* Lond. 1724. 8. *. agitur de ictubus moleſtis apum.

DUNN *method of chirurgical operations* ib. 1724. 8.

ANTON. MARIA FANELLI *apologia moralis* Venet. 1724. 12. Decas adnotationum MAGATIANÆ cauſæ faventium. Conf. p. 555.

Hoc anno *Collegium medicum anatomicum & chirurgicum* Berolini conditum fuit.

Hoc ipſo anno LUDOVICUS XV. quinque cathedras demonſtratorum in collegio D. COSMI conſtituit, quæ princeps fuit cauſa immenſarum inter medicos & chirurgos litium.

Arret du 11. *Mars qui deboute les Medecins des pretentions qu'ils avoient ſur les M M. Chirurgiens Jurés* 1724. 4.

Obſervations ſur les fonctions attribuées aux cinq demonſtrateurs de Chirurgie 1724. f.

§. DLXVIII.

§. DLXVIII. J. Storch.

Qui paſſim ſe Pelargum dixit, medicus Iſenacenſis, de Stahlii ſecta, polygraphus. Medica cum ſcriberet, morborumque hiſtorias, multa admiſcuit ad chirurgica mala pertinentia. Ejus ſunt *mediciniſche Jahrgänge*, *ſ. anni medici octo*, qui Lipſiæ anno 1724. 1725. 1726. 1729. 1732. 1735. 4. prodierunt.

Quinque partitum practicum als eine Continuation der Jahrgänge Lipſ. 1738. 4. 1740. 4.

Ej. *von den Soldaten-Krankheiten* Eiſenach 1735. 8. Additus eſt tr. de modo de vulneribus recte reſpondendi.

Ej. *Krankheiten der Weiber* tomi octo.

Tomus I. eſt *Unterricht für die Hebammen nach der neueſten Accoucheurs, und ſelbſt eigener Erfahrung entworfen* Gotha 1746. 8. *. Legem obſtetricibus ſcriptam a. 1658. & nuper recenſam commentariis auxit, qui ipſe ſubinde manum operi admovit, ſuaque interpoſuit conſilia. Contra barbaram illam feminarum in caput conſtitutionem (ſtürzen). Feminas ex animi deliquio non debere excitari. Contra calida medicamenta & cibos in puerperio valentes: calorem etiam lecti & cubiculi jubet temperare. Mors ex hæmorrhagia, cum placenta in utero relicta fuerit. Ex hydrocephalo partus difficillimus, tandem rupta cute multus ſanguis effluxit, & tumor ſubſedit. In difficilioribus etiam paſſim caſibus errores naturæ manu correxit. Cum os uteri ſuo loco non reperiret, verſus anum demum detexit, ſurſum repulit, tum uterum ipſum; ita peperit, quæ parere non potuerat. Partuum promotorum exempla, elevato ore uteri, quod erat verſus rectum inteſtinum converſum. Partus ano præeunte juvatur dilatata vagina per repreſſum coccygem. Abrupto in putrido fetu funiculo, tertio die relicta in utero placenta cum gemello: hunc noſter eduxit demumque placentam. Uterus antrorſum in abdominis ſedem prolapſus erat, alias inverſum fetum pedibus extraxit. Facile poſſe placentam ab utero digitis ſeparari in recente caſu. Ignara obſtetrix ita urethram puerperæ pro vagina habitam dilatavit, ut miſera urinam porro continere non potuerit. Vaginæ varices ſanguinem fundentes cum periculo.

Chirurgus etiam David Gottlieb Scherf aliquas partuum hiſtorias communicavit, doctus abſque inſtrumentis operari. Caput tamen aliquando aperuit, eliſit, evacuavit.

In T. II. Gotha 1748. 8. * aliqua habet de atretis.

In T. III. 1748. 8. * de feminis uteri os poſteriori loco habentibus.

T. IV. 1749. 8. de abortu cum numeroſis exemplis. Spinæ bifidæ pluſcula exempla.

T. V. de partu naturali & difficili. In lento partu medicamenta dat, quæ fetum urgeant. Subluxatam ſpinam dorſi putat ſe correxiſſe. Aquæ amnii non

 multum

multum in expediendo partu tribuit. Brachium præeuns fere reſecat; eſt etiam ubi ventrem aperiat. Exemplum fetus in caput verſi, dum uteri os clauſum erat. Iterum contra nimium calorem. Os uteri vidit abſque magno malo ſponte ruptum. Herniam umbilicalem congenitam ſpermate ranarum ſanavit. Partus Cæſarei exemplum in viva matre, infelix quidem, ut tamen non putes cauſam mortis in ipſa adminiſtratione fuiſſe. FROBENIANI felicioris partus Cæſarei hiſtoria. Collectio mortium ex prolapſu uteri. Brachium in partu fetui fregit. Non fidit naturæ in placentæ expellendæ officio: ab ea morbi & gangræna; ex ea hæmorrhagia. Rupti uteri.

T. VI. Gotha 1751. 8. * morbi puerperii. Prolapſus uterus feliciter repoſitus. Abſceſſus abdominis ſanatus.

T. VII. eſt de morbis mammarum & de lactatione.

T. VIII. Gotha 1753. 8. *. Varii uteri morbi: calculi de alvo decedentis neque bilarii exemplum.

EJ. *theoretiſch und practiſche Abhandlung von den Kinderkrankheiten* Eiſenach 1750. 8. *. Oſſa in rachitico mollia. Ab ignaro homine inteſtinum ferro apertum, ſanatum manente fiſtula. Morbi in utero materno contracti: morbi congeniti. Cranii oſſa dimota & ſe ſuperequitantia. De labio leporino ſimplici & duplici, ejusque curatione. Spinæ bifidæ exemplum. Superſtitioſus tribuit manui mortuæ vim, quæ nævos auferat. Atretæ omnium generum. Spina bifida.

T. II. 1750 8. de dentitione, morbis oculorum, aurium. Non probat gingivarum inciſionem. Ex repreſſis achoribus cerebri abſceſſus.

T. III. 1751. 8. * de rachitide, carie, gibbo, ranula, veſicæ calculo. Ocreas aliaque machinamenta vetat in rachitide adhibere.

T. IV. 1751. 8. Morbi varii: de funiculi deligatione, hernia umbilicali. Depreſſum cranium in decenni puero ſponte vidit reſurgere. Ulcera, morbi cutanei. De veſicatoriis; caſus aliqui rariores.

In *Comm. Litt. Nor.* 1731. recte in difficili partu pellentia medicamenta rejicit: felicem hydrocephali partum deſcribit.

A. 1732. h. 38 nævum filamentis adſtrictum feliciter amputavit.

A. 1734. h. 15. varices in gravida funeſto eventu rupti.

H. 35. mors a vulnere pericardii & cordis.

Eph. Nat. Cur. Vol. IV. *obſ.* 146 funeſtus abſceſſus omenti & hepatis.

Vol. VII. *obſ.* 99 ex hernia incarcerata volvulus, ſublatus repoſita hernia.

Obſ. 100 idem a calculo inteſtinali malum lethale.

Obſ. 101 & ab hernia incarcerata.

Non ſeparabimus fratris JACOBI STORCH libellum, quo traditur J. STORCHII *Beſchreibung ſeiner merkwürdigen Waſſerſucht, u. Lebenslauf* Eiſenach 1753. 4.*

Hydropi-

Hydropicus ſcarifationem repetito paſſus, repetito etiam tumentem umbilicum incidi fecit, ita multum aquæ adque 200 ℔. emiſit, & denique oborta gangræna interiit.

Lafitau *mœurs des ſauvages Americains* Paris 1724. 4. 2. vol. *. Paſſim aliqua de chirurgia Americanorum. Scarifare acutis lapidibus, & cucurbitulis ſiccis cum igne uti, & uſtulare, & cauterium admovere, clyſteres demum ſubdere. Oſſa etiam fracta conponere, ut celeriter conferveant.

§. DLXIX. Disputationes.

Theoph. Frid. Faber præſide Elia Camerario *theſes miſcellaneas medico chirurgicas* dedit Tubing. 1724. *. Varia bona. Canis in quo a tendine læſo limpidus liquor infauſto effectu manavit. Ophthalmoxyſin laudat. Bracheria in hernia nocere, niſi eam lamina elaſtica omni in ſitu conpreſſerit.

J. C. Selig *de medicinæ unguentariæ recentioris præſtantia* Altdorf 1724. 4. Hænel.

Gottlob Frid. Gudius *de hebraica obſtetricum origine, quæ* Exodi I. 15. ſeq. *commemoratur* Lipſ. 1724. 4. Platner.

J. Henr. Kromayer *erroris confeſſio ſapienti conveniens ad præclarum* Celsi *locum in IV. de Med. l.* Jen. 1724. 4. Boehmer.

J. Abraham Mayer *de curatione ulcerum rebellium* Greifswalde 1724. 4.

Conr. Phil. Hofman *de inſignioribus puerperii temporibus* Regiomont. 1724. 4. Heist. Si huc facit.

Phil. Lud. Brukman *de hydrope pectoris a renum calculo oriundo* Gieſſ. 1724. 4. Hæn.

J. Petr. Kind *de remediis calculum in renibus diffringentibus* Leid. 1724. 4. Boehm.

Ehrenfr. Gottl. Orth *de eo quod difficile eſt in cancro curando* Leiden 1724. 4. *.

Dieterich Conrad Schlepper *de commotione cerebri* ib. 1724. 4. *.

J. Jac. Schæffer *de variis lithotomiæ generibus* Strasburg 1724. 4.

Jac. Lazerme *de ſuppurationis eventibus* Monſpel. 1724. 8. An idem cum libello A. Fizes, an potius J. Franc. Valadon ejusdem tituli libellus Monſp. 1724. 8. Gunz.

§. DLXX. Diaria.

Thomas Robie n. 382. *Phil. Tranſ.* de araneæ ictu cum magnis inde natis ſymptomatibus.

N. 384. inciſi oculi cataracta adfecti. Cui depreſſa cataracta neque membranam habuit, neque lentem cryſtallinam.

GREGOIRE in *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1724. exempla dedit uterorum in partu ruptorum.

In *Bresl. Saml. Verſ.* XXVII. calculus ad aëtitis modum contento ſabulo crepitans.

Defectus tegumentorum abdominis in fetu nuper nato.

Maxima ſymptomata a reſecto hallucis ungue.

Fetus ex mortua matre exciſus.

De variis abdominis in eadem femina tumoribus.

Labium leporinum, labii ſuperioris bifidi duabus portiunculis in tuberculo terminatis.

Verſ. XXVIII. hernia umbilicalis congenita.

Uterus in partu ruptus.

In veſica durus & prægrandis calculus.

De canibus rabidis aliqui caſus.

De vulnere oculi male, ut putabatur, curato, lis chirurgo intentata.

Cancer linguæ curatus.

Situ corruptus pes vivi hominis.

Verſ. XXIX. maximum ſteatoma in abdomine hydropicæ.

Calculoſi inciſio: veſica craſſiſſima ſcirrhoſa, vix cava, magno feta calculo.

Gangrænoſum brachium feliciter amputatum.

Sphacelus plerorumque viſcerum.

Atheroma umbilici. Uterus in partu ruptus.

Verſ. XXX. calculus veſicæ prægrandis.

Ex eryſipelate nata tibiæ caries.

Ex vulnere ſtlopetario hepatis mors ſubita.

In T. XXXVI. *Giorn. de letter.* FLAMINIUS PINELLI refert de oſſibus fetus retenti, ex matris abdomine per abſceſſum eductis.

§. DLXXI. J. ADAM KULMUS.

Profeſſor Dantiſcanus, vir diligens & utilis, chirurgiæ adeo ſtudioſus, ut eo præſide tres chirurgi difficillimas adminiſtrationes exercuerint, paracenteſin, apparatum altum. Inſtrumenta etiam ad eum apparatum invenit in *Act. Erud. Lipſ.* 1732. 4. *.

In *Breſl. Saml. Verſ.* XXIX. in male vidente homine lentes cryſtallinæ exiguæ opacæ, aſperæ coriaceæ.

Ej. *de tendine Achillis diſrupto & arteriis in oſſeam naturam converſis* Ged. 1730. 4. *. Bona diſp. Caſus tendinis ex ſaltu rupti; gangræna ab arteriarum in oſſeam naturam degeneratione, quam ſpirituoſi potus abuſui tribuit.

Ej. *hiſtoria calculi apparatu alto inciſi* Gedan. 1730. 4. PORTAL.

Ej. *de exoſtoſi ſteatomatode claviculæ* ib. 1732. 4. * & in *meis ſelectis*, reſectæ exemplum, & aliæ exoſtoſes.

Ej. *de uteri delapſi, ſuppreſſionis urinæ & ſubſequentis mortis cauſa* ib. 1732. 4. * & in *meis ſelectis.* Veſicæ enormis moles, ut duos pedes longa eſſet, ureteres & pelvis renalis valde diſtenderentur: Uterus gemellis prægnans in vaginam prolapſus, veſicæ oſtium conprimens. Placenta pene tota internæ uteri ſuperficiei adnata.

In *E. N. C. Vol.* VII. *obſ.* 137 oſſa femoris a convulſione fracta: arteriæ oſſeſcentes.

§. DLXXII. JOHANNES RANBY.

Chirurgus primarius Regis Angliæ.

In *Phil. Tranſ.* n. 381. retulit de cataractæ ſede vera, in lente cryſtallina a ſe deprehenſa.

N. 401. dentes & fons veneni ſerpentis caudiſoni.

Inciſio viri calculoſi, in cujus veſica 70. fuerunt calculi, & urina a lapillo ſuppreſſa infixo glandi.

N. 421. herniæ umbilicalis funeſtæ & a morte inciſæ deſcriptio.

EJUSD. *method of treating gunshot wounds* London 1744. 8. *. 1760. 8. Gallice vertente DESNOUES. Mitem curandi rationem ſequitur. Non vult multum ſpecillo vulnera fodicari, quod & dolorificum ſit, & periculoſum, cum præterea relictæ in vulnere glandes vix quidquam noceant. Melius ſanguinem ſibi permitti, ut aliquamdiu fluat. Turundis parciſſime utendum: ſpirituoſa rejicit. Si amputandum, id moliendum, continuo & abſque mora: ſeras amputationes periculo plenas eſſe. Laudes corticis Peruviani in vulneribus ſtlopetariis, ſed etiam elixirii vitrioli in caſubus gravioribus. Glandem non nimia vi evellendam. Ad grave vulnus oſſis emollientia feliciter adhibita. Sanguinei ſudores de trunco amputato corticis febrifugi uſu repreſſi. Nunquam uncis utendum. Exemplum arteriæ, quæ ligata perinde ſanguinem dedit, ut vinculum oportuerit iterare.

Ej. *narration of the laſt illneſs of the Earl of Orford* Lond. 1745. 8. *. Poſt multas hæmorrhagias per urinam factas, tamen in ſola veſica calculi inter rugas latentes.

Ej.

EJ. & CÆSARIS HAWKINS *true account of all the tranſactions before the eigth, Lords and Commiſſioners for the affair of Chelſea Hoſpital, relating to the admiſſion and dimiſſion of* SAMUEL LEE London 1754. 8.

In BECKLEYS *tracts* habetur noſtra relatio de tumore conprimente ureteris in veſicam oſtium, cum ſexaginta intus calculis.

Noſtrum morſum canis rabidi mercurii dulcis indies datis granis duodecim vel quindecim ſanaſſe, BREMOND.

§. DLXXIII. NICOLAUS ANDRY.

Medicus Pariſinus, per multos annos inter diarii Eruditorum ſcriptores fuit, criticus, & medicorum honorum contra chirurgos adſertor. EJUS eſt *examen de divers points d'anatomie, de chirurgie, de phyſique, de medecine &c. au ſujet de deux lettres plaintives à lui écrites par un chirurgien de Paris &c.* Paris 1725. 12.* Nempe J. LUDOVICUS PETIT conqueſtus erat de cenſura ſui de oſſibus operis, quam in illo diario ANDRYUS ediderat. Non valde credit ſaltatorem Cochoix vere tendinis Achillis rupturam paſſum eſſe: negat bene eam rupturam a PETITO deſcribi: dudum viſam eſſe a PAREO. Errorem redarguit in polyſpaſto commiſſum. Non poſſe ab humore articulari os de acetabulo ejici. De oſſibus præter naturam naſcentibus, de dentitione. Addita epiſtola WINSLOWI, in qua queritur poſt ſuam cenſuram multa in opere PETITUM mutaſſe.

EJUSD. CLEON & EUDOXE *touchant la préeminence de la medecine ſur la chirurgie* Paris 1728. 12. 2. vol. *. Acutum & ingenioſum ſcriptum. Fuſe de chirurgorum Pariſinorum litibus cum medicis agitatis. Anno 1660. vix ullos ſuperfuiſſe chirurgos antiqui ordinis, a tonſoribus diverſos, eosque tamen ordini medico fuiſſe ſubjectos. Medicum ordinem, cum chirurgi obſequium ſibi negarent, tonſores adoptaſſe, eos docere ſuſcepiſſe, fœdere a. 1494, 1505. & 1660. icto, etiam a ſupremo ſenatu confirmato. Qui eo tempore humillimas ad medicum ordinem epiſtolas dederant, eos ipſos nunc eſſe chirurgos D. COSMÆ, qui & ipſi teneantur medicos ad candidatorum *examina* invitare, & cadavera a Decano petere, quod valde nuper neglexerint, uti nuper principe PETITO Decano jusjurandum præſtare renuerint. Vitia chirurgorum, malæ calculi curationes, nonnullorum aviditas. Viginti lithotomiam paſſi homines perierunt inter triginta. PETITI *tourniquet* eſſe SCULTETI. Invitis chirurgis puncturam perinæi a LITTRIO per fratrem eſſe factam. Neceſſitas medicæ inſtitutionis chirurgorum. Incertitudo effectorum chirurgorum. Enormia curationum præmia.

EJ. *orthopedie ou l'art de prevenir & de corriger dans les enfans les difformités du corps* Paris 1741. 12. 2. vol. *. Bruxelles 1743. 12. 2. vol. *. Germanice Berlin 17 . 8. Huc refero, cum hæc emendandæ ſtaturæ auxilia tamen ſæpe a chirurgia repetantur, aque aptis faſciis. Vinculum, quo mentum ſurſum pellitur, ut caput erectum teneatur. Obliquum collum curari, eo etiam violente in alterum

alterum latus contorto. Naſci pueros cum femoris luxatione. De ſtrumis, a pulte, a conatu in nixu, in loquela. Pannos uſtos quatuor colorum ſuperſtitioſus ſtrumoſis præſcribit. Gibbum, ut GOUEY, ſæpe a nimia muſculorum abdominis tenſione derivat. Minute etiam de unguium malis.

EJ. & LINGUET *E. in humeri luxatione ambe potius quam ſcala, janua polyſpaſtonque iterato renovata* Paris 1732. 4. * & in meis *ſelectis*. Amben contra PETITUM defendit, polyſpaſti violentiam accuſat in vaſis ſtrangulandis, muſculis diſtrahendis. Amben in luxatione antrorſum & retrorſum facta convenire, nocituram ſi humerus ſub alam vel deorſum luxata fuerit. De debilitate polyſpaſti.

§. DLXXIV. VARII.

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS, ſummus anatomicus. Cum *Indice ſupellectilis anatomicæ, quam Academiæ Batavæ, quæ Leidæ eſt, legat* J. JACOB RAU Leid. 1725. 4. * dedit vir ILL. deſcriptionem lithotomiæ RAVIANÆ, quam chirurgi potiſſimum Galli paſſim conqueruntur, ſe cultro ſequi non poſſe. Veſicam utique RAVIO apertam fuiſſe docet. Inſtrumenta viri etiam ſculpta dedit.

In *adnotationibus* chirurgiam aliquoties tetigit: labium leporinum cum defectu palati, & oſſei & mollis, & uvulæ, & interſtitii narium.

In *adnot.* T. VI. defendit ſuam lithotomiæ RAVIANÆ deſcriptionem. RAVIUM utique proſtatam diviſiſſe, & partem veſicæ.

In T. VII. ad calculum veſicæ aliqua. Ulcus a veſica in anum ducens, ut per eum urina prodiret.

T. VIII. iterum pro ſua deſcriptione RAVIANÆ ſectionis.

THOMÆ KNIGTH *eſſay on the tranſmutation of blood* Lond. 1725. 8.

EJ. *reflexions upon catholicons* Lond. 174 . 8. *. Contra STEPHANIÆ medicamentum.

GEORGIUS FRIDERICUS GUTERMANN, medicus Auguſtanus, meus Tubingæ condiſcipulus, in diſp. *de mammis & lacte* Tubing. 1727. 4. * vulneris arteriæ mammariæ meminit, quod funeſtum fuerit.

EJ. *Unterricht von äuſſerlichen und chirurgiſchen Arzneyen* Augſpurg 1761. 8.* ſimpliciter ſcriptum compendium plantarum ſecundum vires medicatas & claſſes.

EJ. *vernünftige Bedenken über mancherley durch Misbrauch ſtumpfer und ſcharfer Inſtrumenten verunglückte Geburten* T. I. & II. Francf. Leipz. 1761. 8. * & *rechte Entbindungskunſt worinn der Mißbrauch* &c. Francf. Leipz. 1767. 8. quæ altera eſt editio ejusdem operis. Lis eſt agitata inter noſtrum & DEISCHIUM, qui ſubinde inſtrumentorum auxilium neceſſario requiri contendebat, quod a GUTERMANNO repudiatur, forcipe excepto & vecte ROONHUISII. Longe plerumque peritas manus & aptam converſionem ſufficere. Iis ſolis præſidiis ſe partum expediviſſe, in quo DEISCHIUS fruſtra laboraverat. Nimium etiam de

partu deſperari, in quo brachium præceſſerit. Multis in exemplis funeſtum fuiſſe DEISCHII auxilium. Reſponſum Helmſtadienſium & decreta magiſtratus contra DEISCHIUM. Sectionis Cæſareæ adminiſtratio.

Verum auctorem CRANZIUM eſſe lego in *relationibus Gottingenſibus* (a).

EJ. *anatomie für die Hebammen* Augſpurg 1752. 8. Aliqua huc faciunt; ut præcepta de oſculo uteri tangendo: hernia in vulvæ labia deſcendens.

In *Comm. Lit. Nor.* 1731. refert de partu fetus mortui, cujus brachium præibat, feliciter pedibus extracti.

A. 1734. h. 1718. poſt cephaleam in dura cerebri membrana fungi reperti.

In *E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 105 luxatio femoris ab interna cauſa.

Obſ. 106 laudes aceti ſcillitici in nephritide calculoſa.

Obſ. 109 infans fracto brachio natus.

EJUS eſt etiam *der Statt Kaufbeuren Ordnung nach welcher ſich die Hebammen zu verhalten haben* Kaufbeuren 1737. fol. & 4.

ANDR. TENZEL *mediciniſch, philoſophiſch und ſympatiſche Schriften* Hof. 1725. 8. *. Narrationes incredibiles. Ut per magnetiſmum ſublatæ herniæ. Antiquius opus.

NIC. de JANSON *le guidon du chef d'œuvre de S. Come* Paris 1725. 12. 3. vol.

ANTONIUS MONRAVA Y ROCCA ſcripſit *breve curſo de nueva cirurgia* Lisboa 1725. & 1728. 2. vol. CAP. de V.

EJ. *antiquidad medica y Rivera impugnados contra la cirurgia ſagrada del D. Rivera* Madrit 1730. 4.

EJ. *academicas orationes phyſico anatomicas, medico chirurgicas* Antverpen 1732. 4.

EJ. tr. *præmial al de las enfermidades de todo el cuerpo enfermidades de las mugeres* Lisboa 1747. f.

J. F. LOEW *theatrum medico chirurgicum continens varias ad medicinam forenſem pertinentes materias* Noriberg 1725. 4.

Memoires pour l'univerſité de Paris au ſujet des lettres patentes du Roi portant établiſſement de cinq demonſtrateurs chirurgiens à S. Come Paris 1725. 4.

Reponſe pour les chirurgiens de S. Come aux memoires des medecins de la faculté de Paris ib. 1725. 4.

Probleme philodemique ſi c'eſt par zèle ou par jalouſie que les medecins s'oppoſent à l'établiſſement de cinq chirurgiens demonſtrateurs Paris 1725. Medici impugnabant novas illas chirurgorum cathedras, iſti ſe tutabantur.

Hoc

(a) 1761 p. 299.

Hoc anno obiit chirurgus ANTONIUS THIBAULT, cujus magna in chirurgicis fama fuit, & conſilia atque experimenta paſſim a GARENGEOTO citantur.

Huc retuleris, cum hoc anno mortuus ſit, PETRUM I. ut anatomes & medicinæ, ita chirurgiæ non imperitum principem, qui ſua manu paracenteſin in homine fecerit, menſuras aquæ quadraginta emiſerit, etſi æger ſexto inde die periit (b).

§. DLXXV. DISPUTATIONES.

J. EUSEBIUS VOET *de ozæna* Leid. 1725. 4. PL.

TIDO HENR. de LITH *de empyemate* ib. 1725. 4.

J. FRID. a WALDKIRCH *de emphyſemate* ib. 1725. 4. *. Noſtri amici.

JAC. FRID. HULSEBUSCH *panniculi adipoſi hiſtoria* ib. 1725. 4. & Belgice 8. In venereo os femoris ſponte fractum &c.

J. PHIL. DANCKER *de hæmorrhagia molari* Argentor. 1725. 4. HÆNEL.

J. HENR. BECKER *de vulneribus tibiarum a contuſione ortis* ib. 1725. 4.

HENR. ALBERT NICOLAI, profeſſor olim Argentoratenſis, meus condiſcipulus. EJUS eſt *decas obſervationum illuſtrium anatomicorum* ib. 1725. 4. *. Articulatio oſſis humeri ad alienam ſedem translata, calli varii. Hernia appendicis inteſtini. Hydrocele inter vaginalem tunicam & albugineam, hanc cartilagineam. Abſceſſus in ſinubus frontalibus, & cephalea pure per nares excreto ſublata.

Aliquæ obſervationes chirurgicæ in *Comm. Nor.* 1731. h. 33.

JACOBI GERING *praxis vitia in figura partium oculi cognoſcendis & ſanandi* Meiſſen 1725. 4. BOECL.

J. THOM. HENSING *de ulcere cacoethe feliciter curando* Gieſſæ 1725. 4. HÆNEL.

URBAN ELFWING *de vulnere lethali ventriculi* Abo. 1725. 4.

GOTTL. WIPART LYSTENII *de anevryſmatibus* diſp. præſide M. ALBERTI prof. Hall. 1725. 4. *. Exemplum in carotide externa, ubi frequens fit: aneur. in arteria crurali ſanatum: ut apte deligetur.

§. DLXXVI. AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHER.

Profeſſor Lipſienſis, vir eruditus & inciſor. Retulit in *Act. Erudit.* 1725. de ſarcocele ſ. tumore totius membri genitalis vaſtiſſimo: teſtis tophoſus erat ejusque propria caro deſtructa.

Adfine eſt progr. *de enteroſarcocele* Lipſ. 1737. 4. * ad alium tamen ægrotum factum. Exſtat etiam in *Act. Erud.* 1738. Anuli pars ſuperior præcraſſa ex

 tribus

(b) WEBER Bericht v. Rusſland.

tribus abdominis muſculis facta: in herniam elapſum ileon, colon membranæ ſacci hernialis adnatum. Peritonæum valvulam faciebat, quæ repoſitioni obſtaret.

Ej. *de organis generationis femineis vitiatis, & de tumore vaginæ uteri* Lipſ. 1728. 4. Boehmer.

Ej. *de obſtetricum erroribus a medico clinico perveſtigandis* ib. 1729. 4. *.

Ej. progr. *de anevryſmate* ib. 1738. 4. * & in meis *ſelectis*. Dari omnino vera anevryſmata contra Freindium. Exemplum anevryſmatis naſcentis aortæ rupti.

Ej. *de ſcarificatione occipitis* ib. 1741. 4. *, quam ad varios capitis morbos laudat.

Ej. *de inflammatione* ib. 1741. 4.

Ej. *de collo virilis veſicæ, cathetere & unguentis illi inferendis* ib. 1745. 4. * De catheteribus variis, illorum difficultatibus, inferendi arte. De cereis medicatis, de carunculis; ut unguentis plumbeis curentur.

§. DLXXVII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 389. Josephi Atkinson, tumor maximus dorſi & femoris, cum pectoris cavea communicans, repetito apertus & denique curatus.

In n. 391. Robertus Payne, de furca, quæ in inteſtinum rectum caſu ſubiverat, feliciter exciſa.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* Martin vulnus veſicæ ſanatum, & ſimile exemplum a Morando additum.

In *Actis Litterariis Suecicis* 1725. Olaus Bromel agit de calculis animalium, equorum, boum, & de cerebro bovis oſſefacto. Pergit idem a. 1726. & calculos renales veſicales, ſalivales & alios deſcribit. Calculoſum ſabulum ex utero exemtum, bono eventu (videtur ex veſica proveniſſe.)

In *Bresl. Saml. Verſ.* XXX. de hydrophobiæ ex morſu animalium rabidorum exemplis.

De luxatione femoris poſt diuturna mala rheumatica.

De frigidorum in ambuſtis noxa.

De magnetis ad extrahenda de vulneribus ferramenta poteſtate.

Contra inſitos dentes artificiales,

Penis corruptus vinculo interceptus & reſectus.

Vulnus ſinus frontalis ſanatum.

Vulnus frontis funeſtum.

Infantis calculoſi inciſio.

Verſuch

Verſ. XXXII. aliqua de artificio, quo ANELLIUS fiſtulas lacrumales curavit.

De epulide abſque ferro curata.

Tibia ex articulatione genu evulſa, eventu non infauſto.

De ulcere uteri lethali a partu difficili.

Verſ. XXXIII. ab exemta placenta funeſtus ſanguinis fluxus.

De eodem, ut puto, enormi ſcroto, de quo WALTHERUS.

Ruptum, ut putatur, ex nixu inteſtinum.

Ex ulcere, ut videtur, œſophagi, mors.

D. J. HENRICI HESS funda ad eximendum calculum excogitata.

Verſ. XXXIV. carnoſus umbilici tumor.

Calculus ex ano equi.

Funeſtus abdominis abſceſſus.

In *Mem. de Trevoux* 1725. calculi numeroſi in uretere reperti, cum nulla præceſſiſſet iſchuria.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1725. GUYOTI ſipho ad injectionem tubæ Euſtachianæ fabrefactus.

§. DLXXVIII. JOH. SERMES & v. WYCK.

J. SERMES medicus, qui lithotomiam manu ſua exercuit. EJUS eſt *lithotomia Douglaſſiana ofte een nieuwe wyze van ſteenſnyden voorgeſteld in een vorteeling van* J. DOUGLAS, *and* W. CHESELDEN *benevens de gedagten van* HEISTER *waar by eenige aanmerkingen voor de wyzen van ſteenſnyden geoeffend door* DOUGLAS *en* RAU *en een nieuwe manier van breukſnyden* Utrecht 1726. 8. *. Apologiam in præf. ſuam ſcripſit, cum BORTELIO lithotomo exſtincto, neque VYLHOORNIO, neque VERDUYNIO juniori feliciter calculum ſecante, tamen ob adverſam collegii medici Amſtelodamenſis relationem eo officio excluſus fuiſſet, demum ineptus ad officium judicio publico declaratus. Sedecies apparatu alto uſus fuerat, undecies feliciter, ter ut poſt ſectionem ægri interierint, bis, ut longo elapſo tempore. Vulnus in veſica non eſſe digito majus. Ipſe eum altum apparatum commendat ob facilitatem aliaque commoda. Optime fieri inciſo perinæo, introducto cathetere, ſuper quem veſica incidatur, quæ quidem adminiſtratio ipſi infeliciter ceſſit, peritonæum enim cathetere perforavit, ut inteſtina exierint.

Herniæ curandæ methodum didicit ab FRANKS operatore in Ruſſico exercitu. Caput rei eſt ſaccum hernialem ligare. Bracheria eſſe infida, inteſtinum non facile adnaſci, ſaccum utique teſti adhæreſcere.

Acceſſit ILL. SCHWENKII hiſtoria adminiſtrationis herniæ ab ipſo peractæ.

JOHANN v. WYCK, chirurgus Roterodamenſis; EJUS ſunt pluſcula opera hujus argumenti. *Verhandeling der beengezwellen* Roterdam 1726. 8. * de rachitide,

tide, pædarthrocace, exoſtoſi, ancyloſi & crepitatione articulorum. Horum malorum theoria. Rachitidem eſſe ab humoris abundantia, eam floribus ſulphuris & ſale volatili ſuccini curat. In ſpina ventoſa diſtinguit beenzuyger ab beenvreeter, hunc graviorem mali gradum: ea mala deducit ex ſucci acido ſalſi ubertate. Neque uſum argenti vivi laudat, neque amputationem. Crepitationem tribuit humori articulari viſcidiori. Ancyloſin emollientibus medicamentis tentavit.

Ej. *proeven der reedelyke heelkonſt waarin de beſpiegelende en handwerkende chirurgia verhandeld word* Roterdam 1726. 8. *. Catecheſis chirurgica pro tironibus, cum pauciſſimis alicujus momenti adnotationibus.

Ej. *vyftig aanmerkingen der heel en geneeskonſt* ib. 1730. 8. *.

Ej. *waarneeminge rakende eenem fungus aan de hiel uyt een zeldzame oorzaak ontſtaan en briefwyze aanmerkinge op P. Vinks voorede voor het work van Dionis* ib. 1741. 8. *. Vinkius Gallicos chirurgos laudaverat, contemtis hactenus Batavis. Noſter in Vinkii adnotationes invehitur, potiſſimum in cancri operationem. In Belgio inteſtinum elapſum facile fere reſtitui. Gallos male & laxe vincula adaptare, ut hæmorrhagiam tuto non contineant. In fiſtulis ani curandis laudat. Apparatum magnum parum a Raviano differre, ut in Hotel-Dieu producta inciſione exerceatur. Malum Belgis proprium, *vyt*, non in flexorum tendinibus, ſed interoſſeorum ſedere. Non debere ligamentum armillare ſetaceo trajici, neque tendines in carpo diſſecari. Negat anatomes cognitionem optimum chirurgum facere; fuiſſe magnos abſque ea ſcientia chirurgos. Omnes operationes, quas vocant, in Belgio exerceri, minus equidem frequenter herniæ curationem chirurgicam, quæ alioquin fere inutilis ſit, potiſſimum quando gangræna acceſſit. De paronychiæ curatione in Gallos; ſetacei uſum rejicit. Sub finem accedit epiſtola ex Gallia ſcripta, qua de bonis & malis chirurgiæ Gallicæ non imperite agitur. Frequenter fiſtulam ani incidi. Trepani uſum fere funeſtum eſſe. De Foubertiana calculi ſectione ſuper acum triquetram. Ipſo equidem præfatione breviori opere agit de fungo ex Achillis tendine pullulante exſecto, deinde tibia amputata, funeſto eventu. In eo malo curando totum Belgium fruſtra laboravit.

Ej. *van de ſpier band en peesgezwellen* Roterdam 1747. 8. *. Spiergezwellen vocat vulgares inflammationes. Peesgezwellen, ſ. tendinum tumores, confricando rumpit, reliquias corrodentibus medicamentis conſumit, exempla addit. Ganglium mollit, tum pollice elidit. Contuſum tendinem curat vapore ſpiritus vini & emplaſtro de ranis. De contractura muſculi maſtoidei: diſſuadet diſſecare muſculum, præfert patientiam mali. Reliqua de venenis ſunt, deque ſubmerſis & ſuffocatis &c.

Ej. *een borſtgezwell in een vryſter waargenomen* ib. 1754. 8. *. Mamma erat enormis, ambitu 25 unciarum. Eam curandam ſuſceperat noſter cum Jacobo v. Rythoven, qui de morbo ſimplicem relationem addit, quam Wyckius notis ſuis perſequitur. Cum tumor incideretur, ſanguis cum impetu proſiluit & lympha,

lympha, multumque ſuberat putridi cruoris, eventu lethali. Malum enim ſcirrhoſas glandulas reliquit, quæ in cancrum funeſtum abierunt.

§. DLXXIX. VARII.

In HOMOBONI PISONIS *methodo medendi* Patav. 1726. 4. * ut fere in omnibus operibus clinicis, aliqua admiſcentur chirurgica.

EJ. *ſpicilegium curationis morborum* ib. 1742. 4. *. A cantharidibus magna ſymptomata. Inciſio calculoſi, cujus in urina nunquam arenulæ apparuerant.

In J. VIRIDETI diſſ. *ſur les vapeurs* Yverdon 1726. 8. * de cancro aliqua, de arteriis coronariis, ut putat ruptis, & ſanguine in pericardium effuſo. De anevryſmate aortæ.

In GUILIELMI RUTTY *treatiſe on the urinary paſſages* London 1726. 4. * tertia ſectio eſt de calculo veſicæ urinariæ. Calculi in colo inteſtino collecti, vix diſtinguendi a calculo veſicæ. Calculus per foramen lotium transmittens.

EJ. *new experiments and obſervations on* J. STEPHENS *medicine for the ſtone, and remarks on* D. HALES *experiments* ib. 1742. 8. *. A lixivio ſaponario calculum ſolvi, ſed lente, & nucleum duriorem difficulter, a diluto vero illo lixivio nequaquam ſolvi. Majorem eſſe ſaponis ipſius efficaciam. Magnam etiam eſſe recentis calcis vim. Spiritum nitri lente operari. Pomi ſuccum etiam duros calculos ſolvere, apii ſuccum lentius. JACOBUS JURIN in proprio morbo lixivio ſaponario uſus eſt, calculos aliquos egeſſit, & multum in lotio calcis, & maximum levamen percepit, ut ſe ſanatum putaret.

IDEM in *Med. obſſ. and caſes* T. III. de efficacia cicutæ agit. Sordidum ulcus ſanie plenum, ſanatum tribus quatuorve extracti granis in diem ſumtis. Ulcus cancroſum genæ pene integre ſanatum. Videri vi narcotica operari. Hic auctor dicitur JOHN; an alius?

KATHERINE BOLES *an anſweer to a book, entitled the hiſtory of ruptures and rupture curers by* D. ROBERT HOUSTOUN ib. 1726. 8. *. Ipſa medicamentum mariti adminiſtraverat, ipſa etiam manu curaverat. Optimum bracheriorum eſſe, quod vocat *flannel-bandage*. Cauſticum medicamentum ſe viginti quatuor horis a reductione imponere: umbilico tamen continens emplaſtrum potius adhibet. Quando delapſa eſt eſchara, argenteo ſe cauſtico uti: ſemel vitrioli oleo, quod minus tutum ſit. Hydrocelen ſe etiam curare ſcroto, diu aperto ſervato. Alcalina cauſtica & alia in HOUSTOUNIANA formula carpit. Arcanum Regi offert. Contra LITTLEJOHNIUM, ejusdem arcani venditorem.

PIERRE VIOLETTE DU BOIS *nouveau tr. des ſcrofules, cancers & loupes avec la methode de guérir radicalement ſans operation* Paris 1726. 8. BUR.

EJUS *tr. des maladies chroniques* Paris 1726. 8. 1737. 8. de morbis oculorum.

CYRIACI AHLERS *obſervations concerning the woman of Godalming* Lond. 1726. 8.

COCHON du PUY *manuel des operations de chirurgie extraites des meilleurs auteurs* Toulon 1726. 12.

Obſerva-

Obſervations ſur le memoire de M. MORAND *fils, concernant les cataractes des yeux* Paris 1726. 8. HUTH.

JAC. MICHAEL KORNMAN *trifolium oder drey bewährte medicamente wieder den Stein* Magdeburg 1726. 4.

EJ. *höchſt nöthiger Unterricht von der Geburt des Menſchen* Erfurt 1731. 8. *. Opus populare. Sellam obſtetriciam rejicit. Chorion ſubinde adnaſci & facile digitis ſolvi. Contra abſurdam matris inverſionem. Aliqua medicamenta ſuperſtitioſa.

Letter from a male phyſician to the female phyſician Lond. 1726. 8. Cenſura libri MAWBRAY.

J. CHR. GOCKEL *in der Medicin wohl gegründete Wundarzney* Leipzig 1726. 12.

Arret du Conſeil d'état du Roi du 4. Dec. 1725. & lettres patentes obtenues du 3. Fevr. 1726. par les Recteurs de l'Univerſité Doyens des facultés &c. au ſujet des lettres patentes du mois de Septembre 1724. portant l'Etabliſſement de cinq Demonſtrateurs en Chirurgie enregiſtré en Parlement le 5. Avril 1726. Paris 1726. 4.

Requete des Recteurs, Doyens, Procureurs, Docteurs regens a Meſſ. du Parlement (contre l'Edit du 4. Dec. 1725.) Paris 1726, Maj 10.

Memoire concernant les droits de la faculté de Medecine de Paris ſur la communauté des MM. Chirurgiens de S. Côme Paris 1726. 4.

Sentence rendue en chambre de Police le 22. Fevr. 1726. pour les Doyens &c. de la fac. de Medecine contre J. BAPT. BESSIERE *M. Chir. Par. portant defenſe audit* BESSIERE *& a tous autres chirurgiens d'entreprendre ſur la profeſſion des Medecins* Paris 1726. 4.

Sentence de Police, qui enjoint a tous les chirurgiens de Paris d'avertir les Commiſſionaires des bleſſés, qu'ils auront panſés & qui condamne le S. des Eſſarts chirurgien pour y avoir contrevenu, du 23. Avril 1726. Paris 4.

Lettre d'un chirurgien a un apoticaire ſur la diſſ. intitulée le Chirurgien Medecin Paris 1726. 12.

Probleme philodemique, ſi c'eſt par zele ou par jalouſie, que les medecins s'opoſent à l'établiſſement de cinq Demonſtrateurs Chirurgiens de S. Côme Paris 1726. 4.

Diſſertation en forme de lettre ſur le livre des maladies des os avec le chirurgien medecin, ou lettre contre les chirurgiens qui exercent la medecine Paris 1726. 12. Tribuitur FRANCISCO JOS. HUNAULD (*a*); Negat tamen NICOLAUS ANDRY, facultatis nomine ſcriptum eſſe (*b*). CL. PORTAL epiſtolam HUNOLDO, chirurgum medicum RENEALMIO tribuit.

M. D. L. R. C. *lettre à M.* D. L. H. *au ſujet de la diſſertation en forme de lettre*

(a) CLEON à EUDOXE p. 1242.
(b) ib. p. 376.

lettre intitulée le chirurgien medecin 1726. 12. Bur. A chirurgo, ut videtur, contra Hunoldi librum.

Memoires pour les D. D. Regens de la faculté contre la Communauté des chirurgiens & le S. Petit ib. 1726. 4. *. Merita ordinis medici in artem chirurgicam. Cum antiqui chirurgi artem ſua deſidia amiſiſſent, ordinem medicum a. 1505. barbitonſores inter chirurgos ſuos recepiſſe, & ita erudiviſſe, ut ſoli chirurgiam fecerint. Anno 1660. tonſores cum chirurgis in unum collegium coaluiſſe, ſed reſervata eſſe medicorum jura, etiam in edicto regio anni 1725.

Antonius Pacchionus, anatomicus Romanus, hoc anno obiit. Poſſis huc referre diſſertationem de veſicantium in multis morbis noxa, exempla cordis prolapſi, & mole aucti, arteriamque magnam oſſeis ſquamis in origine ſua variam, hæc Jacobi Andreæ Beggi: denique utilem Bernardini Genga *de ſpina bifida adnotationem:* hæc in editione operum Romæ 1741. 4. *.

J. Christ. Hubner *Meinung von den im menſchlichen Körper befindlichen Steinen* Hall. 1726. 4.

§. DLXXX. Disputationes.

Joseph Philipp. Salomon *de veſicatoriis, fonticulis & ſetaceo* Wien 1726. 4. *.

Daniel Koch *de hernia crurali* Argentor. 1726. 4. *. In medico, funeſta cum ſerius repoſitæ gangræna ſuperveniret. A ruptura ſubito nata.

Christian Frider. Pistor *fœtum erupto utero in abdomen prorumpentem exhibuit* ib. 1726. 4. *. Ruptus in partu uterus. Alia ſimilis eventus exempla.

Theodorus Maser *de erroribus obſtetricum* ib. 1726. 4. *.

Christoph Martin Burchard, prof. Roſtochienſis, diſp. *de partu difficili* Roſt. 1726. 4. Platn.

Ej. *de chirurgiæ notitia medico neceſſaria* ib. 1727. 4.

Ej. *de tumoribus ſcirrhoſis* ib. 1727. 4. *.

Ej. *de hæmorrhagiis meſenterii culpa ingraveſcentibus* ib. 1727. 4.

Georg Wilhelm Detharding *ſcrutinium de neceſſitate inſpectionis vulneris in crimine homicidii commiſſo* ib. 1726. 4. Trew.

Samuel Theodor Quelmalz pr. *quare operationes chirurgicæ apud nos non ſint ita frequentes quam penes exteros* Lipſ. 1726. 4. Hænel.

Ej. *depoſitionis cataractæ effectus* progr. ib. 1748. 4. *.

Ej. *de ileo ex hernia eaque cum inteſtino ſuppurata* Lipſ. 1750. 4. *. progr.

Ej. *de incurvatione ſepti narium* ib. 1750. 4. *. Totum ſeptum vidit receſſiſſe, ut mobile eſſet.

Ej. *de obturatione meatus auditorii, inprimis a polypo* ib. 1752. 4. * progr.

Ej. *de linctu oculorum collyrio* Lipſ. 1753. 4. *. Laudat lingendi vim ſalutarem.

Ej. *de uteri ruptura* progr. ib. 1756. 4. *.

Eman. Christ. Loeber *hiſtoria contuſionum* Jen. 1726. 4.

J. Frid. Jung *de morbis oſſium* Leid. 1726. 4. *.

Matthias Verhagen *de nephritide* ib. 1726. 4. Pl.

Nic. le Tellier & Bernard de Jussieu *non ergo cuique gangrænæ ſolius chirurgiæ auxilium* Paris 1726. 4. *.

Mich. Peaget & J. B. du Bois *non e. vulnerata crurali arteria ab amputatione auſpicandum* ib. 1726.

Petri Afforty & Franc. Mery *E. in lithotomia integri calculi exitum vulneris ſuppurationi committere malum* ib. 1726. 4.

Claud. Ant. Arnault & J. Jac. Costar *E. tutius ab acu trocart dicta quam a ſcalpello & lanceola paracenteſis* ib. 1726, 4.

§. DLXXXI. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 394. Richard Beard de fulgurato ejusque læſionibus.

Ej. n. 397. de magno calculo per lotium expulſo.

N. 395. W. Giffard de concremento oſſeo in celluloſitate pleuræ circumpoſito.

Bresl. Saml. Verſ. XXXV. de lapſu ab alto omnino tamen innoxio.

Ex dente evulſo palati fiſtula.

Imperitæ aliquæ curationes. Crepitus lupi in vulnere renaſcente carne clauſus. Mors ex fractura tibiæ male curata.

Ob ſcirrhoſum & prælongum præputium penis reſectus.

Carunculæ in ſtrangurioſo per urinam decedentes.

Verſ. XXXVI. fraudulenta, ut videtur, hiſtoria, calculorum undique a puella egeſtorum.

Imperitia obſtetricis uterum pro membranis habentis.

Oſſis humeri magna pars cuneis exciſa & reparata.

Labia leporina incurabilia (in quibus palatum fiſſum).

Calculus veſicæ, modo latens & modo ſpecillo perceptus.

Funeſtum hepatis vulnus.

Viperæ

Viperæ periculoſus, facile tamen ſanatus morſus.

Caries ampliſſima cranii.

Vagina in rectum inteſtinum patens, ut fæces alvi transmitteret.

Sanatus homo a fulmine tactus.

Verſuch XXXVII. tendo Achillis reſectus, ſola apta poſitione pedis ſanatus.

Inepti bracherii noxæ.

Levis abdominis contuſio funeſta.

Mors ex vena jugulari externa ſponte rupta.

Magni ex femina calculi ſponte egeſti.

Verſ. XXXVIII. teſtæ cochlearum adverſus calculum.

Sanguinis per umbilicum puelli ſudor conpreſſus.

Steatoma ampliſſimum abdomen occupans & funeſtum.

Exempla vulneris inteſtinalis ſanati.

Bracherium in quo pro pila lapis.

In *Actis Petropolitanis*, quorum primus tomus Acta continet anni 1726, reperias mortem a liene ex ictu rupto; & fulgurati hominis inciſionem.

In *Annalibus Juliis* 1726. J. ANDREAS SCHMID egit de fetu retento & demum exciſo, quæ HERMANNI TEICHMEYER eſt curatio, avi uxoris meæ.

EJ. diſp. *de hæmorrhagiis aliisque fluxibus adſtringentibus non ſiſtendis* Helmſtätt. 1727. 4. *.

§. DLXXXII. ANDREAS ELIAS BUCHNER.

Profeſſor Erfordienſis, deinde Halenſis, *Acad. Nat. Cur.* Præſes.

EJ. numeroſiſſimæ ſunt diſputationes, quæ aut propriæ ſunt Cl. viro, aut certe eo præſide prodierunt: difficile enim eſt utrumvis genus ſeparare.

EJ. diſp. *de rabie canina ad mentem celeberrimorum nonnullorum noſtræ ætatis virorum* Erford 1726. 4.

EJ. *de calculo microcoſmico in genere & in ſpecie ſpectato* ib. 1726. 4.

De aeris externi noxis in cura vulnerum ib. 1737. 4. *.

De ancyloſi Erford. 1743. 4. *. Vulnus prope anconeum muſc. a ſpina inflictum, ſanatum.

EJ. & STURM *de procidentia uteri* ib. 1744. 4. *.

EJ. *regulæ neceſſariæ circa excretionem calculi renum a medico obſervandæ* Erford 1745. 4. *.

De medicamentis traumaticis eorumque uſu legitimo Hall. 1746. 4. *.

De pellentium remediorum uſu abuſu ac damno in parturientibus ib. 1746.

De abſceſſibus & ulceribus mammarum ib. 1748. 4. *.

De gangliis ib. 1748. 4. *. Tumores ſcirrhoſi tres de manu exciſi, multum puris eductum, malum ſanatum.

Ej. & Harnisch *de graviſſima herniarum ſpecie enteroepiplocele* ib. 1749. 4. *.

De ſcarificatione quatenus remedio ad regreſſa exanthemata iterum producenda 1750. 4. *.

De vulneribus cerebri non ſemper lethalibus ib. 1750. 4. auctor J. C. Ph. Teubeler. Bona diſputatio & per experimentum nata.

Ej. & Georg Henr. Koenigsdorfer *de inflammatione oculorum a rachitide cum tuberculis in palpebrarum tunica interiori* ib. 1751. 4. *. Spina ventoſa, humerus perforatus, factæ inciſiones, malum ſuperatum.

De cura dentium ad ſanitatem proficua ib. 1752. 4.

De trepanatione ib. 1752. 4. *.

De cataracta omni tempore deponenda ib. 1753.

Ej. *de contuſione uteri ejusque effectu in gravida* Hall. 1753. 4.

Ej. *de remediis mercurialibus ſpinæ ventoſæ medicandæ interdum idoneis* Hall. 1754. 4.

Ej. & Car. Cless *de medicamentorum mercurialium uſu in cancro* ib. 1755. 4. *. Teſtis venereus cancroſus amputatus. Sic cancer in glande penis. Cancroſus ichor per experimenta acidus, & cum ſale lixivo fervens.

Ej. *de ſcirrho meſenterii exulcerato* ib. 1756. 4.

Ej. *de difficultate pariendi ex mala conformatione pelvis* ib. 1756. 4. R. Schiffert.

Ej. *de dolorum ad partum directione rationali* ib. 1756. 4.

Ej. *de vaſorum oſſificatione ut cauſa morborum* ib. 1757. 4.

Ej. *de neceſſaria brevi poſt partum ſecundinarum extractione* ib. 1757. 4.

Ej. *de topicorum medicamentorum abdomini illinitorum modo agendi* Hall. 1757. 4.

Ej. *de mercurii ſublimati corroſivi uſu medico interno* ib. 1758. 4.

Ej. *de veſicatoriorum ad exanthemata a nobilioribus partibus avocanda efficaci uſu* ib. 1758. 4.

Ej. *de ſolutione inflammationis per ſolutionem non ſemper optima* ib. 1762. 4.

Ej. *de frequentiore ortu calculi renum & veſicæ ejusque cauſis* ib. 1764. 4. *. Calculi exemplum circa filum cannabinum nati, per urethram exciſi.

Ej. & Behr *de tendinis Achillis ſoluti ſanatione ſine ad partium tentata* ib. 1765. 4.

Ej. *de veſicatoriorum parti dolenti applicatorum uſu ſalubri & noxio* Hall. 1765. 4.

Ej. & C. F. Hofman *de morte in fulmine tactis* ib. 1766. 4. *.

Ej. & Richter *de inflammatione ejusque in celluloſa tela frequentiſſima ſede* ib. 1766. 4.

Ej. & Gerlach *de abortu ob chronicam & torminoſam diarrhœam non ſemper metuando ſingularis caſus* ib. 1766. 4. *.

Ej. & Haffner *de nonnullis ad rabiem caninam & hydrophobiam ſpectantibus* ib. 1766. 4.

Ej. & Wolf *de damnis ex præmature ſuppreſſis hæmorrhagiis vulnerum oriundis* ib. 1766. 4. alii 1767.

Ej. *de ſolutione inflammationis per diſcuſſionem facta non ſemper optima* Hall. 1767. 4.

Ej. *de ſolutione empyematis per mictionem purulentam* Hall. 1767. 4. *. Poſſe per celluloſam telam fieri.

Ej. *de abortu ob chronicam & torminoſam diarrhœam non ſemper metuendo* ib. 1767. 4.

Ej. *de nonnullis ad rabiem caninam & hydrophobiam pertinentibus* ib. 1767. 4.

Idem *miſcellanea* edidit *phyſico medico mathematica*, ſ. continuationem collectionis Kanoldianæ, in eumdem fere ſenſum ſcripta.

A. 1727. naſus depreſſus confirmatus.

Scirrhoſus teſtis tumor.

Calculi ſub lingua & intra nares nati.

Truncus deſcendentis aortæ oſſeus.

Calculus per ulcus veſicæ expulſus inter abdominis muſculos & exciſus.

Partus funeſtus a fetu transverſim poſito & prodeunte brachio.

A. 1728. Maur. Ant. Cappeler de ſceleto fetus, qui per anum deceſſit.

De fetu intra cervæ uterum tabefacto.

De abſceſſibus vaginæ uteri funeſtis.

Clitoris nimis ampla, amputata in furore uterino.

Calculi in cellulis veſicæ latentes.

Magnus calculus ex femina extractus.

Capitis vulnus ob effuſum in cerebro ſanguinem funeſtum.

Subitaneus a venere ſphacelus partium genitalium, lethalis.

Mordendi firma facultas in homine, cui fiſſum cranium.

Suppreſſus ſanguis ex arteria caſu ferro candente aperta.

Mors a deglutito oſſiculo.

Secundæ ſeptima demum a partu hebdomade excretæ.

A. 1729. de HEISTERIANA exciſione oculi cancroſi & digiti corrupti.

Sphacelus ex levi vulnere, ſanatus.

Ulcus recti inteſtini & veſicæ funeſtum.

Exempla ranularum inciſarum.

MARTINI JACOBI KUPFER, medici, periculoſum vulnus & reſecta arteria temporalis.

Prolapſus uteri urinam ſupprimens, ægra levata elevato utero.

Fetus in utero putreſcens exemtus, ut tamen mater periret.

A. 1730. aliquot exempla calculorum, qui de inteſtinis deceſſerunt.

De dubia coſtarum fractura.

Grave vulnus orbitæ ſanatum.

EJUSDEM in *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 63 prolapſus uteri a flatu inteſtina diſtendente.

Obſ. 96 infans ore clauſo cultro ſanatus.

Vol. X. *obſ.* 91 calculi fellei numeroſi, quorum aliqui per ſpontaneum abſceſſum egeſti ſunt.

In collectione Germanica *mediciniſcher Abhandlungen* T. I. Hall. 17 9. 8. * reperitur refutatio medicamentorum, quæ vulgo venena adtrahere dicuntur & enervare, ut lapides colubrini, &c.

§. DLXXXIII. SANTORINUS. PATUNA.

GIOV. DOMENICO SANTORINI *iſtoria d'un feto eſtratto dalle parti diritane* Venez. 1727. 4. *. Fetus per 20 menſes geſtatus, dum alter interim ab eadem femina conceptus & abortu redditus eſt, denique tumore maximo oborto per anum extractus. Multa alia, de cæcis tubis, inteſtinis connatis & funeſta inde orta fæcum interceptione.

NICOLO PATUNA *relazione intorno al cadavere d'un feto, che doppo eſſe naſcoſto nel ventre della matre per vinti meſi, fu da lui cavato della parte poſteriore eſſendo reſtata viva e ſana la madre medeſima* Venez. 1727. 8. *, quæ ſecunda

cunda eſt editio. Eadem omnino hiſtoria: SANTORINUS enim conſilia ſua dedit, noſter manum. Digito nempe in anum dato oſſiculum tetigit, forcipe os ſincipitis & reliqua eduxit. Exempla ſimilia collegit. Fetum putat in tuba genitum, inque rectum inteſtinum illapſum eſſe. Feminam noſter morti eripuit fetu educto, cum ex hæmorrhagia eſſet peritura.

§. DLXXXIV. J. HENRICUS SCHULZE.

Profeſſor primum Altdorfinus, deinde Halenſis, vir doctus & litterarum gnarus paſſim chirurgiam adtigit, in *hiſtoria* etiam *medicinæ*, quam alias laudabimus Lipſ. 1728. 4. * & in altero minori compendio, utique chirurgiæ origines & antiquitates adtigit.

EJ. diſp. *de oſſibus conferventibus* Altdorf 1727. 4.

EJ. *de artibus mutis ad illuſtrandum Virgilium* Æn. XII. v. 397. Hallæ 1732. 4.

EJ. *an umbilici deligatio in nuper natis abſolute neceſſaria ſit* ib. 1733. 4. *. Negat.

EJ. *de emphyſemate* ib. 1733. 4. * & in mea coll. Ex perſpiratione ſuppreſſa aliisque cauſis internis.

EJ. *an dentur medicamenta, quæ calculum in veſica comminuant?* ib. 1734. 4.* & in mea coll. De medicamentis AUGENII, LAUREMBERGII. Laudat oleum vitrioli dulce ad DIPPELII modum. Cancros ſanatos fuiſſe cum chirurgi excidere vellent.

Nonne idem *von der Steincur durch innerliche arzneyen* Francfurt 1740. 8. HEISTER.

EJ. & SCHAFNER *de mechanico naturæ medicatricis in vulneribus perſanandis artificio* ib. 1735. 4. *.

EJ. *de ſplene canibus exciſo & fructu ab iis experimentis percipiendo* ib. 1735. 4. * DEISCHII experimenta.

EJ. *nonnulla ad motum globuli a ſclopeto exploſi pertinentia* ib. 1737. 4. *. Phyſici argumenti ſed cujus in vulneribus ſtlopetariis explicandis ſit uſus.

EJ. *lithiaſis ſiniſtro quam dextro reni magis infeſta* ib. 1738. 4. *. Ob majorem venæ renalis ſiniſtræ longitudinem.

EJ. & MULLER *de oſſis femoris luxatione* ib. 1738. 4. *. Veræ luxationis exemplum, etiam in ipſo reſpondente.

EJ. *de lithontriptico nuper in Britannia publici juris facto* ib. 1739. 4. * & in mea coll. Formula STEPHANIÆ: ſaponis alonenſis analyſis, cui vim medicamenti tribuit.

EJ.

Ej. *de muſculis abdominis* R. Pleen Hall. 1736. 4. *. Simul & ſemel aqua omnis in hydrope feliciter emiſſa.

De anatomes ad Praxin chirurgicam ſumma neceſſitate ib. 1737. 4. *. In homine exſpirante vulnus inter ſextam & ſeptimam coſtam illatum diaphragma non læſiſſe. Operationi erepta non diu puella, cum chirurgi palpebram pro ungue habitam vellent incidere. Vulnus arteriæ inter duo oſſa metatarſi læſæ perpetuo ſanguinem edens, compreſſo trunco ſanatum. Pædarthrocace erat, quæ putabatur eſſe vertebræ luxatio.

Ej. *de emplaſtrorum uſu & abuſu* Hall. 1739. 4.

Ej. *de abortu præcavendo* ib. 1739. 4.

Ej. *cutis exterioris morbi* ib. 1739. 4.

Ej. *lumbrici effractores* ib. 1740. 4.

Ej. *corporis humani momentaneæ alterationes* ib. 1741. 4. *. In cane liquore martiali ſanguis ſubpreſſus inque grumum verſus.

Ej. *de fonticulis caute occludendis* ib. 1739. 4.

Ej. *de inflammationis curationibus variis* ib. 1741. 4.

Ej. *de abſceſſibus* ib. 1742. 4.

Ej. *errores haud vulgares in chymia & medicina* ib. 1742. 4.

Ej. *de auribus manantibus & ulceratis* Hall. 1743. 4. *. Ex gravi lapſu ſanatus, cui vis puris per nares eruperat, arnicæ uſu.

Ej. *de hydropis curationibus antiquis* ib. 1743. 4.

Ej. *de morſu canis rabidi & hydrophobia* ib. 1744.

Ej. *chirurgia in uſum auditorum edita a* Cel. Strumpfio (genero). ib. 1747. 8. * hiſtoria & bibliotheca primum chirurgica, deinde ea pars artis, quam Fabricius dixit pentateuchon, de tumoribus, vulneribus, eorum lethalitate, curatione, ulcera, fiſtulæ, fracturæ, luxationes, venæ ſectio, fonticuli &c. In curatione chirurgica perbrevis eſt, neque quas vocant operationes difficillimas adtingit.

In *E. N. C. Vol.* I. *obſ.* 225 adeps, qui pro hernia inguinali impoſuit.

Obſ. 226 hernia umbilicalis congenita, continuo funeſta.

Obſ. 229 anevryſma verminoſum in arteria meſocolica equi.

Obſ. 235 ſpina ventoſa male pro luxatione habita.

§. DLXXXV. Franciscus Colot. Middleton.

Familia Colot ante ducentos jam annos ſua in ſecando calculo peritia eminuerat. Laurentius, uti diximus, Parei ævo magno ſecabat apparatu, alius

Franciscus

Franciscus Colot patrem Philippum calculo liberavit. Alius Franciscus, de quo nunc agimus, hoc noſtro ſeculo vixit, cum de F. Jacobo ſuam ſententiam dicat, Colotorum ultimus. Arcana gratis non revelavit, bonas tamen adnotationes dedit, ex ampla praxi collectas. P. Alpini, Petri Franco & F. Jacobi apparatus & adminiſtrationem rejicit: F. Jacobum hæſitaſſe ait, & conſilii inopem adſtantes conſuluiſſe. Soli favet magno apparatui. Contra apparatum altum, quem tamen Turbier feliciter exercuerit. Aperta per abſceſſum repletiſſima veſica, bono eventu. Parvum apparatum agyrtis relinquit. Quos Roux ſecuerat, eos ſe plerumque iterum ut calculo liberaret incidiſſe, impoſtorem ne urethram quidem aperuiſſe. Laudat venæ ſectionem, purgantia medicamenta, opium: corticem Peruvianum rejicit ſuperſtitioſus, quod ſuppurationem putet inhibere. Interruptam inciſionem in perinæo, & ſub tempus demum ſuppurationis apparatu alto abſolutam calculi extractionem laudat. Calculos adhærentes negat. Pro calculo educta turunda, quæ in cruſta tartarea latebat. Calculus nidulans in veſicæ cellula. Callum oſtii veſicæ incidit, canulam inmiſit. Scrotum exſcidit. In arctiſſima urethra cannulam in veſicam dedit. Exempla fiſtularum ſanatarum. Scirrhi proſtatæ. Veſicæ paralyſis. Octo in eadem urethra carunculæ. In debilibus ægris ſectionem duobus temporibus factam probat. Calculum ex recti inteſtini ulcere erumpentem excidit. Contra medicamenta. Calculi inter membranas veſicæ. Calculus circa ſtylum, circa cereum natus. Renes conſumti, poſt plurimos exciſos calculos. Fuſe de paralyſi veſicæ. De calculo inpacto. In iſchuria cereolis utitur, & fiſtulam in vulnere relinquit.

In præfatione medicus, cujus eſt opus, Douglassii altum apparatum deſcribit & Cheseldenii, atque eum apparatum excuſat: in octodecim menſium infante ſe eo uſum eſſe teſtatur, neque peritonæum aperuiſſe: chirurgum citat, qui in viro feliciter uſus ſit. De infelicibus eventis apparatus magni, quo in Noſodochio charitatis utuntur. Inciſionem fuiſſe molituros, cum deprehenſum ſit, nullum in veſica calculum eſſe. Ravii inſtrumenta & adminiſtratio: & ipſam magno apparatui præfert. Brayer apparatum altum laudaſſe, Collotum vero omnia evertiſſe, quæ pro eo dicebantur.

Joh. Middleton *short eſſay on lithotomy as it is performed above the os pubis and a letter of* M. Macgill *at Edinburgh to* D. Douglas London 1727. 4. *. Totus Douglassianus: ipſe quidem calculum non ſecuit, Guilielmi vero Thornhill pluſculas curationes recenſet, quarum in duabus equidem peritonæum aperuit. Altum apparatum contra Samuelis Pye objectiones tuetur.

Macgillus & ipſe alto apparatu uſus eſt, maximum calculum ex pueri veſica excidit. Poſtquam veſicam incidit, vulnus forfice dilatat.

§. DLXXXVI. Varii.

Marcus Josephus Salgado *curſus medicus Mexicanus* P. I. Mexico 1727. 4. in catalogo ll. chirurgicorum Heisteri.

Diſſertation ſur une nouvelle methode de faire l'operation de la cataracte par Mr. PETIT *in Mem. de Lit. & du P. des* MOLETS. T. III. Paris 1727. 12. Non eſt ad manus.

Du CROC *eſſai de chirurgie* ib. 1727. 8. BOECL.

ANDRE' JOSEPH LORIN *lettre d'avis pour la gueriſon de l'hernie ou deſcente* ib. 1727. 12. PAPILLON.

J. SAMUEL CARL, archiater Danicus: EJUS ſunt *elementa chirurgiæ medicæ ex mente methodoque Stahliana profluа* Buding. 1727. 8.

EJ. de traumaticis aliqua *Comm. Lit. Nor.* 1736. h. 35, 36.

In *E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 85 tendinem longe evulſum dicit, neque quidquam inde mali natum.

Vol. VII. *obſ.* 60 ad nephritidem calculoſam laudat hederam terreſtrem.

GERHARD STOERS *Unterſuchung der Frage ob es nöthig &c. die Praxin der Medicin, Chirurgie und Apothekerkunſt in einer Perſon zu vereinigen nach Anleitung der Gölickiſchen Diſputation* (quæ una recuditur) Helmſtatt. 1727. 4. BOEHMER.

Der offenherzige Medicus Nürnberg 1727. 8. De lithontriptico Dippelii medicamento. Non laudat GÖTZIUS.

Bericht von einer neu bewährten Cur des Krebſes Jena 1727. 8. HEIST.

J. C. DIETERICH, non quidem nominati, *des chirurgiſchen Schlüſſels 24. Eröfnungen, vermittelſt derſelben alle äuſſerliche Gebrechen des menſchlichen Körpers richtig zu erkennen, und die Cur anzuſtellen &c.* Leipzig 1727. ad 1743.

RICHARDS BLAKMORE *diſſ. on a dropſy, a tympany, the jaundice, the ſtone and a diabetes* London 1727. 8. Calculum eſſe a vitiata ciborum coctione; medicamentis non ſolvi.

In JOSEPHI VOLPINI *opere fiſicomediche* Parma 1727. 4. *. contra veſicas trahentia medicamenta dicitur, quæ ſint alcalina.

RUDOLPH AUGUST BEHRENS *triga caſuum memorabilium medicorum* Wolfenbüttel 1727. 4. *. Fracturæ femoris in principe funeſtæ hiſtoria, & abſceſſus hepatis a capitis vulnere nati.

EJ. *de imaginario quodam miraculo in gravi oculorum morbo, eademque ſpontanea & fortuita ſanatione* Brunswic 1734. 4. De curatione agit nobilis Hiſpani epiphora ſebacea laborantis, quam M. MONGERON inter Abbatis PARIS miracula retulerat, producto etiam CAROLI de S. YVES teſtimonio.

WILHELM HENRICH PRÖBISCH *von der Operation des Steinſchneidens über dem oſſe pubis* Königsberg 1727. 4. *. Chirurgus, peritonæum incidit, calculum de veſica exemit, vulnus gaſtroraphia continuit. Moleſtiam in curatione reſes fecit urina, æger tamen ſanatus eſt.

In

In ejus l. *das geprüfte Alkaheſt* agitur de prolapſu uteri: cum non pateret orificium uteri late diſſectum.

Carolus Franciscus Cogrossi in *ſaggi della medicina Italiana* agit de Sanctorii inventis, ſyringa vermiculari, acu triquetra. Curationem atretæ puellæ vidit.

In *opuſculis ſcientificis* T. VII. *de mammis & earum morbis.*

T. XII. egit de veſicas cientibus medicamentis.

T. XVII. de medicina ſympathetica.

T. XXVIII. reſponſio ad Santorini *hiſtoriam fetus.*

In *Miſc. curioſ.* T. III. Leid. 1727. 8. *. A viperæ caudiſonæ morſu hydrophobia.

Sommaire de l'inſtance pour les Doyens & DD. Regens de la fac. de Medecine intervenants contre les Medecins & Chirurgiens du Chatelet de Paris Paris 1727. 4.

Mem. pour Lovis *de* Santeuil *D. Regent apellant de la ſentence du* 21. *Juillet* 1727. *contre les Medecins & les Chirurgiens du Chatelet* Paris 1727. 4. etiam folio.

Arret de la cour du Parlement concernant les MM. Chirurgiens de Paris Paris 1727. 4. Statuta Chirurgorum confirmantur.

§. DLXXXVII. Disputationes.

J. Jac. Bacmeister *de veſicatoriorum in medicina uſu* Hall. 1727. 4.

Georg Christoph Plaz *an in homicidio ſectio & inſpectio cadaveris neceſſaria* Lipſ. 1727. 4. Boehmer.

Herman Petri Meyer *de punctura veſicæ urinariæ & iſchuria veſicæ* Marburg 1727. 4. *. Propria aliqua habet, exempla varia calculorum. Calculi friabiles paulatim feliciter educti.

J. Casimir Hertius & Filgus *de variis lithotomiæ adminiſtrandæ methodis & Ravianæ præſtantia* Gieſſ. 1727. 4. *. Reſpondens ſecantem viderat Ravium.

J. Ern. Turk *hiſtoria mulieris varia oſſa per alvum dejicientis* Utrecht 1727. 4. *.

Canuti Wigelii diſp. *de cataracta* Upſal 1727. 4.

Christoph Ernst Conov *de hydrope lapſu curato* Hall. 1727. 4. * propria & rara adnotatio.

J. Bapt du Bois & Boyer: *Ergo fetus extra uterum genitus ſalva matre poteſt excludi* Paris 1727. 4. *. Exempla partuum ventralium aut per anum editorum, etiam inciſo ſphinctere.

Ej. *E. vulneris moderate ſuppurati rara curatio* ib. 1734. 4.

Ej. *Ergo curtæ nares ex brachio reficiendæ* ib. 1742. 4.

§. DLXXXVIII. Diaria.

In *Academiæ Naturæ curioſorum* Vol. I. quod prodiit a. 1727.

Benedictus Gulman Auguſtanus.

Obſ. 14 labiorum coalitus a retropulſa ſanie varioloſa.

Vol. II. *obſ.* 68 ficus palpebræ ſolis internis medicamentis ſublatus.

Vol. IV. *obſ.* 55 longum diarium funeſti ulceris phagedænici.

Vol. V. *obſ.* 39 anus clauſus curatus.

J. Georg Brebis.

Vol. I. *obſ.* 153 unguentum ophthalmicum, quod vehementer laudat.

Vol. III. *obſ.* 149 ſtaphyloma ſanatum fonticulo.

Vol. IV. *obſ.* 25 hernia ſcrotalis magna ſubito ſuborta.

Obſ. 62 hernia contuſa, ſubpurata, curata.

Obſ. 37 hernia ſcrotalis frigidæ potu ſublata.

Obſ. 56 ex febre maligna faciei ſphacelus.

Et *obſ* 57 ex frigore dorſi funeſtus ſphacelus.

Conrad Graf.

Obſ. 201 febris hectica ex rene ulceroſo; glanduloſus tumor peramplus urethram conprimens, & urinæ iter intercipiens.

Vol. IX. *obſ.* 81 hernia varicoſa curata.

Gottlob Schober, Archiater Ruſſicus.

In *app. Vol.* I. egit de mumia Perſica, balſamo, ut putatur, inſigni vulnerario ex petrolei genere.

Phil. Tranſ. n. 398. Paulus Dudley de magno ex equi inteſtino calculo.

R. Hale aliqua de veneno viperæ caudiſonæ.

Walthieri cataracta membranacea, libera, ſolis filamentis adhærens corneæ tunicæ. Conf. p. 120.

N. 400. Christoph Rawlinson mors ex ventriculo perforato.

Petri Hardisway caries, ex qua totum os malæ ſeparatum eſt.

In *Miſcellaneorum Berolinenſium Centuria* II. Berlin 1727. 4. * Augustinus Buddæus egit de excreſcentia ſcirrhoſa extus utero adhærente, & de morte ex rupto hepatis abſceſſu.

Ernest Conrad Holzendorf de inflammatione oculi cum carie orbitæ conjuncta.

In *hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1727. Guerin placentam duobus gemellis communem extraxit poſt priorem gemellorum.

Mors ab exoſtoſi & carie inferioris maxillæ.

Mortuo Kanoldo prodierunt quatuor ſupplementa, *curioſer und nützlicher Anmerkungen von Natur und Kunſtgeſchichten* Breslau 1726. ad 1729. 4. *. Quæritur ibi de lethali efficacia vulneris capitis. Varix enormis venæ cavæ.

Hernia ventralis, & reſecta pars inteſtini, felici tamen eventu.

§. DLXXXIX. Jacobus (Benignus) Winslow.

Celeberrimus inciſor. Poſt S. Morand *traité de la taille au haut appareil* Paris 1728. 8. * dedit de eo apparatu epiſtolam. Experimenta cum chirurgo Thibault in cadaveribus fecit, quæ bene ceſſerunt. Injectam in veſicam aquam non probat. Monet ne caput elevetur inter incidendum. Lineæ albæ parci non eſſe neceſſe. Operationem ſibi ſuper omnes alias placere. Telam celluloſam non debere ſolvi. De Le Dranii conſiliis: qui veſicam malebat transverſim incidi.

In diſp. cui titulus eſt: *Non ergo poteſt anatomes parum gnarus funeſtos errores evitare* Paris 1732. 4. *. Cum chirurgi in æſtimanda femorum æquali longitudine errarent, juſſit noſter coxendices conparare, ne dum alter ſuperius retineretur, alter manum ſequeretur chirurgi. Muſculo maſtoideo lateri curvato oppoſito medicamenta jubet adponi. Axillaris nimia ſtrictura.

Ej. diſp. *non ergo ad ſervandam præ fetu matrem obſtetricium hamatile minus anceps neque inſons, quam ad ſervandum cum matre fetum ſectio Cæſarea* ib. 1734. 4.* & in meis *ſelectis*. Uncum rejicit, quo vivus fetus poſſit occidi a mortuo non ſatis diſtinctus. Gregorii cochlear probat, forcipem nempe a Palfynio paulo ante mortem correctam. Felix exemplum tradit ſectionis Cæſareæ, quam Cl. Soumain adminiſtravit.

Simonis Pietre theſin *de apparatu alto* recudi fecit Paris 1751. 4. * & Præſidium ſuſcepit.

In *Mem. de l'Acad.* 1722. conſilia dederat, ut ex conparata longitudine utriusque femoris de luxatione aut fractura certo judicetur.

In *Mem.* 1741, huc referas quæ habet de balænariorum thoracum noxis.

§. DXC. Pierre Guisard,

Medicus Monſpelienſis, in *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1728, agit de tumore ſteatomatoſo femoris reſecto quidem, ut os integrum eſſet, & tamen funeſto eventu.

In *Quæſtionibus medicis Academiæ* Monſpel. 1732. 4. *. Gingivas in dentitione difficili jubet incidere. Curatio quæ fit eradicatis cyſticis tumoribus. Gallice recuſum eſt opus cum ſequente Avignon 1735. 12. Paris 1742. 12. Amſterd. 1742 12. 1747. 12. 2. vol. *.

Nempe *pratique de chirurgie ou hiſtoire des playes en général & en particulier.* MAGATI ad leges raram deligationem præcipit, ſuturam pellionis rejicit, ſarcotica improbat. De gangræna ſingulatim. Cortice Chinæ conpreſſa gangræna. De feliciter exſtirpata maxima natta, de tunica interna veſicæ decedente. Os denudatum neceſſario ſquamam dejicere. Ulcera nimis abunde ſuppurata ab aquis pagi *Barrege* curari. Duram membranam cerebri omnino debere dividi. Vulnera ſtlopetaria ad contuſa refert. Vulnera ſtlopetaria pectoris, nullo viſcere læſo. Abſceſſus per umbilicum ſanati abſque turunda. Sarcomata amputata. Hepar contuſum, per anum egeſtum. Alcohol utiliter injectum. Maxima pars cranii absque malo ablata. In gangræna ſicca a decubitu molliſſima conveniunt, ſpirituoſa nocent. In vulneribus tendinum colophoniam laudat & thermas. Nocere in ambuſtis vini ſpiritum. Anevryſma aortæ. Acus curva, obtuſa, pro ligandis vaſis intercoſtalibus. Corticis Peruviani in gangræna utiliter adhibiti teſtimonia.

Adjecta eſt etiam diſp. latina *de ozæna narium ulcere.*

Duodecim quæſtiones jam dictæ cum verſione Gallica.

§. DXCI. VARII.

PIERRE FAUCHART, *chirurgien dentiſte, ou traité des dents* Paris 1728. 12. 1746. 12. 2. vol. *. Germanice Berlin 1733. 8. POTELERII diſcipulus a. 1746. quadrageſimum nunc annum artis exercitio impenderat, pleniſſimamque horum morborum tractationem dedit: in altera potiſſimum editione. Plurimas etiam adnotationes rariores, & exempla morborum interſpergit. Multa obturacula pro ſupplendo palato, quod deſtructum ſit. Plumbo dentes cavos replere docuit (PORT.) Epulis petrefacta.

In nupera editione caput de dentitione novum eſt, & BUNONIUS refutatur, qui nimis in univerſum dentium cariem a morbis acutis derivabat; tum perforationem dentis ad emittendam abſceſſus materiam. De ſcorbuto, in quo purulentum quid ex gingivis ſudat. Non vult dentes lacteos ad parcendum ſequentibus locum evelli. Machina, qua dentium ſuperioris maxillæ defectus ſarcitur.

CHR. ERN. CLAUDER, medicus Zwickavienſis, *Gorgonea metamorphoſis, ſ. mirabilis calculi humani hiſtoria cum præf. de methodo ſubveniendi ſubmerſis laryngotomia* Chemniz 1728. 4. *. Calculus caudatus urethram perforaverat, & feliciter exemtus eſt.

EJ. *praxis medico legalis oder XXV ausgeleſene Caſus medico forenſes mit nöthigen Anmerkungen* Altenburg 1736. 4. *. Cordatus homo; neque Cæſareæ ſectionis

nis patronus. Agit etiam de vulneribus mortem inferentibus, aut per caſum aliquem funeſtis & de infanticidiis.

Kleine chirurgie, oder die Zergliederung und Heilung des menſchlichen Körpers Meiſſen 1728. 8.

G. PARIS *lithotomia piu facile e piu ſicura* Venez. 1728. 4. HEISTER, Palerm. 1730. 4.

FRANCISCUS SUAREZ de RIVERA.

EJUS eſt *cirurgia triumfante* T. I. II. Madrit 1728. 4. & 1729. 4.

EJ. *clave medica cirurgica univerſal y diccionario medico &c.* Madrit. 1730. 4. 2. vol. C. de V.

EJ. *breviarium medicum & chirurgicum novorum & rarorum ſecretorum* Madrit T. I. 1739. 4. T. II. 1740. CAP. de V.

EJ. *ſecretos de cirurgia extraordinarios* ib. ut puto, 1734 4.

EJ. *collecion de ſecretos de medicina y cirurgia* ib. 1737. 4.

EJ. *academia cirurgica rational* ib. 1739. 4.

EJ. *breviario medico y cirurgico de nuevos y ſelectos ſecretos* ib. 1735. 1740.

Memoire pour la communauté des MM. Chirurgiens Jurés de Paris, le S. PETIT *ancien Prevot &c. contre les Doyen, Docteurs regens de la faculté de Medecine, & contre l'Univerſité y jointe* Paris 1728. fol.

Addition au memoire pour la communauté des Chirurgiens &c. contre la faculté de Medecine fol.

Memoire ſignifié pour les Medecins & Chirugiens du Chatelet contre le S. de Santeuil & conſorts Medecins de la faculté, Caignard Dathy & conſorts MM. Chirurgiens & la communauté des Chirurgiens de S. Côme intervenants Paris 1728. fol.

Deciſum eſt a. 1728. Medicos & Chirurgos Caſtelleti non eſſe ſolos eo privilegio munitos, ut corpora poſſint ſecare, & *referre:* idem licere omnibus Medicis facultatis, & omnibus Chirurgis, exceptis caſibus mortis violentæ. *Art de faire des raports* princ.

BLASII de BEAUMONT *exercitationes anatomicas y eſſenciales operationes de cirurgia con un breve reſumen de ben dajes y inſtrumentos* Madrit 1728. 4. PORT. CAP. de VILA.

EJ. *il breve del nombre boſcado en el miſmo con las reflexiones de anatomia y cirurgia, caſos practicos y muy particulares ſobre las operaciones y el deſenganno de la caſtration, caſos practicos para conſervar las mugeres en los partos y malos partos, con la deliberacion de los doctores de la Sorbona ſobre la repreſentacion hecha por la occaſion de la operacion Ceſarea con la replica practica contra el abuſo deſta operacion* ib. 1739. 4. CAP. de VIL.

Ordnung des Hebammenmeiſters und ſämtlicher Hebammen der Statt Straſburg

burg Strasburg 1728. fol. *. Optimi inſtituti exemplum, quo fere ſolo obtineri poſſit, ut idoneæ obſtetrices in civitate ſint: proprius nempe profeſſor ipſis dicatur, apud quem artem diſcant, & anatomicas videant demonſtrationes. Optima etiam pro ipſo artis exercitio conſilia: partum vetantur præcipitare, &c.

§. DXCII. Disputationes.

P. Snakenburg *de renum & veſicæ affectibus* Leid. 1728. 4. Hænel.

J. Frid. Becker *de fiſtulis urethræ virilis* Hall. 1728. 4.

Bened. Franc. Grateloup *theſes medico miſcellaneæ* Argentor. 1728. 4. De cataracta. Contra methodum Cheseldenii (Portal).

Anton. le Moine: *Ergo deprimendæ cataractæ non exſpectanda maturatio* Paris 1728. 4. & in *ſelectis meis*. Firma putat ſe habere teſtimonia, quæ confirment, cataractam nondum inveteratam uſu millepedum ſanatam fuiſſe. Per exſpectationem cataractam dureſcere poſſe aut corneæ tunicæ adnaſci.

Petri Antonii Lepy, & Des. Cl. Fremont, *non E. fiſtulæ lacrymali cauterium actuale* Paris 1728. 4.

Ej. Lepy & F. R. Bernard *E. mammarum cancri ferro tutior quam cauſticis ablatio* Paris 1744. 4.

§. DXCIII. Diaria.

In *Mem. de Trevoux* 1728. eadem Waltherii hiſtoria cataractæ membranaceæ, quæ p. 116.

In *Phil. Tranſ.* n. 402. Pierce Dod de anevryſmate aortæ.

F. Nicholls de anevryſmatibus. Pro anevryſmate vero ex dilatata aorta nempe intra membranam externam integram nato.

Joh. Dobins calculus renalis pelvis ramos exprimens.

Petrus Maloet ancyloſin, rigiditatem certe articuli genu emollientibus balneis ſanavit.

§. DXCIV. Varii.

Benedictus Duddell, chirurgus ocularius, Woolhousii diſcipulus. Ejus eſt *treatiſe on the diſeaſes of the horny coat of the eye and the various kinds of cataracts* London 1729. 4. *. In præfatione monet, ne fiſtulæ tunicæ corneæ radantur, novam enim ex ea curatione redituram ejus tunicæ opacitatem. De ſcarifatione oculi fuſe, & de morbis, in quibus proficua ſit. De cataracta: etſi paſſim Woolhousium ſequitur, fatetur tamen ejus morbi ſedem eſſe plerumque in lente cryſtallina. Multa expertus confuſe de variis ejus mali ſpeciebus ſcribit. Lacteas ſanationem non admittere. Non ignorat, capſulæ ejus lentis opacitatem

opacitate conjunctam. Aliæ in oculorum malis curationes chirurgicæ. Abſceſſus corneæ tunicæ curandi ſcarifando, eluendo, fovendo calide. Cicatrices non debere ſecari, redituras craſſiores, ſed ſcarifari. In ſtaphylomate oculum evacuare jubet, ut humor aquoſus effluat, deinde capſulam imponere, quæ tunicæ corneæ vicem gerat, & ſcarifare tunicam conjunctivam: petiolum ligat. De oculi ſcarifatione, quæ fiat ariſtis hordei & graminis canini. Vaſa diſtenta ſcarifat. De iridis abſceſſu & inde orto pure. De equorum morbo, cujus ſedes ſit in camera poſteriori, & qui ſubinde in anteriorem prodeat. Vidiſſe ſe cataractas membranaceas ex camera poſteriori in anteriorem productas: plerumque tamen lentem eſſe in vitio: ſi membranacea fuerit cataracta, ea depoſita viſum continuo redire. Cæcitatem emplaſtro cum cantharidibus ſanatam. Opacam vidit capſulam, alternis particulis pellucidis variam. Cataractam perforavit, ut lucem transmitteret.

Ej. *appendix to the treatiſe of the eye and the cataract, with an anſwer to Cheſeldens appendix relating to his new operation upon the iris of the eye* London 1733. 8. *. Plurima hic dominatur confuſio. De ſacci lacrumalis morbo, quem fatetur ſe ſanare nequiviſſe. Ut ancyloblepharon ſolvat. De lente opaca, per inciſam corneam tunicam extracta, ex aliis. In Cheseldenium; infelici ſucceſſu iridem fidiſſe: ipſe arachnoideæ membranæ cum iride connatæ fiſſuram proponit, abſque experimento. De capſulæ lentis cryſtallinæ, aut lentis ipſius, ad iridem adhæſione. De opacitate vitrei corporis, ejusque ſignis: in eo malo fruſtra fuerit lentem deponere. Imagines eſſe bullas in anteriori parte tunicæ arachnoideæ. De levi opacitate lentis, ut una mollis ſit, neque aerem ferat: in eo caſu jubet lentem per inciſam corneam tunicam educere. De gelatinoſo in parte anteriori arachnoideæ tunicæ tumore, qui facit, ut omnia majora adpareant. De morbis oculorum in equis. In iis animalibus frequenter corpus vitreum vitiari, & abire in ſpeciem craſſioris & flaveſcentis membranæ. Connatas ex abſceſſu palpebras curavit trajecta acu, repetito nodis adductis, non tamen curavit undique: alias uſus eſt hamis datis: demum alium ægrotum ſanavit. Separatæ lentes adhærentes. Capſula anterius opaca. Perforatio cataractæ, ut quaſi feneſtra fiat, quæ lucem transmittat. Alias lens in fragmenta diſſecta &c. De fiſtula ani curata, de caruncnlis, urethræ fiſtulis. Ut in fiſtula ani turundæ introducantur ſpecillo interpoſito in ea parte, quæ non diſſecatur, iſtam inter & partem inciſam, tum digitum. Femina quæ uteri oſtio clauſo gravida tamen reddita, cum vellet parere, & cujus fetus iterum evaneſcebat.

Ej. *a ſupplement to the treatiſe of the diſeaſes of the horny coat and cataracts of the eyes, and to its appendix* London 1736. 8. *. In Taylorum, qui nuper ſuæ artis ſpectaculum exhibuerat: vacillare hominis manum: effluxiſſe vitreum humorem, cum lanceola oculum incidiſſet. Etiam ab ejus curatione cataractas reſurgere. Male ab eo Petiti epiſtolam verſam eſſe. Fruſtra paſſim cataractam tentare. A cornea tunica, obtuſa forfice inciſa, non poſſe non opacitatem ſequi. Admiſcet nunc ſuas operationes. Pro retina: viſum ſuperfuiſſe, cum chorioi-

dea tunica vitiata eſſet. Hippi, amblyopiæ adnotationes. Scarificationis in amauroſeos initio utilitates. Iris in puero rubra.

Proſodia chirurgica Lond. 1729. 8.

T. AUBREY *ſea ſurgeon or the Guinea man's vademecum* ib. 1729. 8.

JOSEPH RAMEAU *analyſe de la diſſertation de* M. MORAND *ſur la taille au haut appareil* Amſterd. 1729. 8. ASTRUC.

PIERRE FOURNYE diſſ. *ſur l'hydrophobie* Agen. 1729. 12. ASTR.

GIUSEPPE MARIA BACCHETONI *lettera al* D. SANCASSANI, & *alia al* S. G. MARIA CAROCCI *delle Precie* Spoleto 1729. 4. MAZUCHELL. De medicandis vulneribus, de calculi ſectione, lithotomi & chirurgi opus.

MICHAEL FRANC. BELMONTE y SEGURA, Med. Granatenſis, *examen fiſico cirurgico medico moderno para jovenes cirurjanos* Granat. 1730. 4. CAP. de V.

JOSEPH de SYLVA FERNANDEZ, Luſitani, *diſcurſo apologetico cirurgico medico, eſarato en ſtilo apologetico* Lisboa 1729. 4. Ib.

JOH. BUBERN *von dem blutlaſſen, von der Ader und Pulſaderöfnung* Gotha 1729. 8. EISENM.

§. DXCV. DISPUTATIONES.

ADAM JOS. GRENECK & reſp. FRANC. JOS. HAAS *vindiciæ artis chirurgicæ. De nobilitate & præſtantia artis chirurgicæ* Wien 1729. 4. *. Jure chirurgos pharmacopolas præcedere, & ex regiis Boruſſicis atque Auſtriacis legibus.

CASPAR BOSE *de obſtetricum erroribus a medico clinico dijudicandis* Lipſ. 1729. 4. * præſide WALTHERO

EJ. *de obſtetricum erroribus a medico forenſi perveſtigandis* Lipſiæ 1729. 4. BOEHMER.

PETRI CHRISTOPH BURGMANN *epiſtola ad* L. HEISTER *de ſingulari tunicarum utriusque oculi expanſione* Roſtoch 1729. 4. * & in *meis ſelectis*. A morte oculi in ſpeciem longi coni producti.

EJUS *mictus cruentus periodicus curatus equiſeti infuſo*. Comm. Lit. Nor. 1733. h. 36.

FRANCISCUS ERNESTUS BRUKMANN in *epiſtolis itinerariis* inter plurima, quæ ad naturalem hiſtoriam pertinent, tamen aliqua habet huc facientia.

In ep. 14, quæ anni eſt 1729. agit de remediis odontalgicis. Alibi habet aliqua de morſu canis rabidi & viperæ, etiam Hercynicæ, & araneæ.

Comm. Lit. Nor. 1734. Ex contuſione in teſticulo oſſicula.

Ib. *hebd.* 15. aliqua de teſtarum vi lithontriptica.

In

In *Comm. Lit. Nor.* 1741. h. 5. de cancro funeſto orto ex vibriſſis evulſis.

CHRISTOPH FARWELL *de calculo renum & veſicæ urinariæ* Leid. 1729. 4. BOEHM.

HENR. MUYKENS *de uteri procidentia* ib. 1729. 4. BOEHMER.

J. HENR. MELCHIOR *de ſcirrho* ib. 1729. 4. BOEHM.

REGNER van OVERSCHVER *de empyemate & paracenteſi* Leid. 1729. 4. BOEHMER.

J. GEORG SCHERB *de calculo in chyli receptaculo ſingulari hydropis cauſa* ib. 1729. 4. *.

FERDINAND ADAM SCHODER *de ingreſſu inteſtinorum* Altdorf 1729. 4. *. In hernia appendicula vermicularis ad ſaccum hernialem adnata, & una in partem inferiorem inteſtini pars ſuperior reſorbta.

MAURIT. HENRIC. HENRICI *de cataracta* Leid. 1729. 4.

JAC. NIC. WEISS *de quarundam glandularum, viſcerum & ulcerum analogia* Altdorf. 1729. 4. *.

In progr. V. calculi in femina 152. In gibboſa abſceſſus purulenti, ſtrumæ etiam in articulationibus & cubiti luxatio.

EJ. in *Act. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 71 a vulnere inteſtini fiſtula ſuperſtes non lethalis.

FRANC. PICOTE'& LUD. PETR. le HUC *ergo aqua vitæ aqua mortis* Paris 1729. 4. Experimenta infuſiva. Spiritu vini in venam injecto canis inciſus.

§. DXCVI. DIARIA. &c.

JOSIAS WEITBRECHT in T. IV. *Comm. Acad. Imp. Petrop.* de uteri ſitu obliquo, quem vidit, & de abſceſſu naſcentis aortæ.

In *Trivultinis* a. 1729. MORASCHII & aliorum teſtimonia citantur, qui cataractam viderint, cum lens cryſtallina ſana eſſet.

Obſervations ſur les fonctions des chirurgiens &c. Paris 1729. fol.

Memoire pour la communauté des MM. Chirurgiens &c. 1729. fol.

Arret du Conſeil d'Etat du 16. *Juillet* 1729. *en faveur des chirurgiens Jurés de S. Côme* 1729.

§. DXCVII. HENRICUS FRANCISCUS le DRAN.

Chirurgus Pariſinus, HENRICI chirurgi filius, qui per cancri curationem inclaruerat, & morienti LUDOVICO XIV. adſtiterat, bene mihi notus, qui ali-

quot menſibus meus hoſpes fuerit, vir ingenio & judicio magis valens, quam aut anatomes cognitione, aut librorum lectione, in ſummo ſenio ſuperſtes. EJUS eſt *parallele des différentes manieres de tirer la pierre hors de la veſſie* Paris 1730. 8. *. Belgice vertente E. J. SWAGERMAN Amſterdam 1765. 8. Anglice 1758. 8.

Multa tentaverat ad perficiendam artem excidendi calculi, tum in cadaveribus, tum in vivis ægrotis, quos ex provincia accerſitos, ab eo ſecari vidi, ut experiretur novam artem, qua catheteris uſum effugeret. Ipſa nempe per tegumenta communia in veſicam vulnus infligebat, ſulcato cultro, ſuper quem forcipem introduceret. Sed ea experimenta infeliciter ceſſerunt, cum veſica inter forcipis dentes conprehenderetur, ureter reſecaretur &c. Interim in hoc, quod recenſeo, opere digne & ſapienter ſe geſſit noſter, etiam anatome præmiſſa. Varias adminiſtrationes comparat, quibus chirurgi calculum educere ſunt adgreſſi: apparatum parvum quem rejicit, apparatum altum valde ſpernit. Inde magnum, quem vocant, apparatum laudat, tamen ut corrigat, ſectione per bulbum urethræ ad duas tertias proſtatæ partes, in collum veſicæ producta, qua arte illa funeſta laceratio vitetur, quæ præcipua hujus apparatus culpa eſt. Magnus ſi fuerit calculus, dilatat inciſionem externam inter anum & veſicam, ut privilegia apparatus lateralis ſua faciat. Lateralem tamen apparatum præfert, ad CHESELDENII modum adminiſtratum. Laudat quod hæmorrhagiæ periculum abſit &c. De ALBINI cathetere queritur, non poſſe in vivo homine uſui eſſe, ut eum mutare neceſſe fuerit, ne rectum inteſtinum violaretur. CHESELDENII adminiſtrationem parum a magno apparatu differre. Pro varietate corporum & calculorum alium aliumve denique apparatum præferri.

EJ. *ſupplément au parallele &c.* Paris 1756. 8. *. De novis inventis in calculi ſectione FOUBERTIANA. Adminiſtrationes THOMÆ (THOMAS), qui primum lithotomo occulto uſus eſt, ſubula veſicam perforavit, ſuper eam ſuum ſcalpellum introduxit. Adnotat noſter, poſſe eam ſubulam a veſica aberrare: poſſe veſicam lacerari, neque grandiorem calculum educi poſſe. Se diviſa, ſua in adminiſtratione, proſtata glandula calculos feliciter eduxiſſe: uti ſe & vulgari cultro, & altero, cujus exigua pars ſecat, & qui proſtatam dividit, collumque veſicæ; alio vero minori, de tubulo prodeunte, quoties neceſſe videatur, vulnus dilatare, dum proſtatam & veſicæ collum in dextro latere dividit, quas in ſiniſtro jam inciderat. Le CATIUM fere ea præſtare, quæ CHESELDENIUM. Non probat FR. COSMÆ inventum, cum difficile ſit magnitudinem calculi æſtimare &c. De vitiis deque commodis cujusque adminiſtrationis. CHESELDENIUM totam proſtatam & magnam una arteriam poſſe dividere. Non debere ad RAVII ſenſum ſimplici deligatione vulnus ſanari: neceſſe videri plumbeum in veſica tubulum relinquere quoties eam ſuppurari conveniat. Suum cultellum non poſſe nocere. Non debere veſicam nimis ampliter dividi.

EJUSD. *obſervations de chirurgie avec des reflexions* Paris 1731. 12. 2. vol. *. Germanice Nuremberg 1738. 8. Anglice 1739. 8. Bonum opus, quo centum

tum & quindecim continentur curationes, felices pleræque, quas noſter per ſimplicia & facilia artificia obtinuit: ad infelices caſus additæ fere cadaverum ſectiones. Pauca addo exempla ex multis. Gravis utriusque maxillæ fractura. Polypi narium reliquiæ ſetaceo conſumtæ. Vulnus gulæ & laryngis, injecta ſutura curatum, funeſto tamen eventu. Anthraces aliqui curati ſolutione mercuriali. Mors ex commotione, grumulis ſanguinis paſſim per cerebrum diſperſis. Alius funeſtus caſus, in quo ſanguis ſub dura matre effuſus erat in latere ei oppoſito, quod ictum acceperat. Alia pluſcula exempla funeſta, qualia & ipſe cum DRANIO præſens vidi, etiam arteriæ ex canali ſincipitis ſanguinem fundentis. Sanatus, cui oſſis particula de calvaria ſeceſſerat, & reconciliata eſt. Recte periculo plenam eſſe ſimplicem fiſſuram, commotionem potius fieri, quando cranium integrum eſt & malum a lapſu aut percuſſo capite. Lethargum fere ab effuſo ſanguine ſupervenire. Fiſſuram ſuturam lamdoideam, equidem totam oſſeam, ſupergreſſam eſſe. Fungum ab apoſceparniſmo ſtlopetario natum ſanavit. Ex ictu gladii abſceſſus cerebri funeſtus, & in cerebro cavea. Quoties pericranium a calvaria abſceſſit, trepanum requiri. Meninges ſæpe ſub integro cranio corruptæ. In ſacco lacrumali calculus. In ulcere palati ſquamæ de oſſe maxillari decedentes funeſto eventu. Duram matrem vitiatam debere incidi, repetitis inciſionibus. Empyorum aliquæ inciſiones. Duræ matris vulnera abſque ſymptomate. Aneuryſma aortæ male mollientibus ab agyrta curatum. Suppuratio articuli ſcapulæ ſanata. Sic caries cubiti. Amputatio oſſis carioſi metatarſi, ſerra facta. Fiſtula humeri deltoideum muſculum noſter diviſit, ſcapula nudata, quæ gangrænoſa erat, tum os humeri. Laudat in profundis abſceſſibus medicamenta cauſtica. Caries late ſparſa funeſta, cum cruſta quaſi cerea de oſſe exſuadaſſet. Multa de carie. Aqua mercuriali tangit quæ vult exfoliari: carnes putridas oleo guaiaci in linteum carptum recepto: in profunda carie ipſo ferro candente, in levi lapide infernali. Multa exempla cariei lumborum funeſtæ ex variolis, cariei femoris & ilium oſſis ex rheumatiſmo, & iſtud quidem os bono eventu igne tactum. Vulnus pectoris penetrans aliquoties facile curatum. Vulnus arteriæ brachii funeſtum, cum grumo tamen obſtructa eſſet. In tendinoſis partibus non multum digeſtivis utendum. De amputatione in gangræna a cauſa interna: Non admittitur. Amputationes aliquæ infelices. Amputatio humeri ex ſchedis paternis; Le DRAN ſenior acu ſecundum os trajecta arteriam ligavit, tunc cutem & deltoidem muſc. ad articulum uſque diviſit, os ex acetabulo expulit, carnis ſegmine reſervato ægrum curavit. Abſceſſum pectoris incidit, pus eduxit, coſtæ exoſtoſi effloruerant, eventus funeſtus fuit. Empyema a male ſanata pleuritide funeſtum: empyema ab ulceribus pedis. Abſceſſu abdominis inciſo eductus fetus, ſervata mater. Pus per umbilicum funeſto eventu. Funeſtus purulentus abdominis abſceſſus. De herniis multæ adnotationes. Cruralis hernia: fruſtranea proſtratio a RENEALMIO commendata: non ligamentum ſtrangulationis cauſa fuerat, ſed aditus ſacci a pila conpreſſus. In crurali hernia ſaccum poſſe ligari. Sæpe ab ipſo ſacco eſſe ſtrangulationem. Alias noſter ſaccum aperuit, aquam

corruptam emiſit; ſanavit aliquoties inteſtinum gangræna tactum. Duplicem vidit ſtrangulationem, & ab vinculo & a ſacco: anus inde artificialis cum gangræna inteſtinum corrupiſſet. Herniæ ventrales aliquæ, & in iis iis corruptus ventriculus. Sarcocele aliquoties feliciter curata, ſed mortes a funiculo ſuper anulum varicoſo & craſſiori. Sæpe teſtem innocentem excidi, & tumorem extus adnatum. Scalpellum herniarium cultello (nimis debili) alterne flexo & de ſulcato ſpecillo exeunte, cui alæ ſunt, ne inteſtina alvinæve partes lædantur. Si ſanum fuerit inteſtinum, poſſe ſaccum integrum per dilatatum anulum reponi, etſi non multum ab hac adminiſtratione noſter ſperat. Fungum ab inciſione ſuperſtitem aqua mercuriali conſumſit. Ab exigua parte inteſtini ſtrangulata perinde maxima ſymptomata. Omentum tamen ligat ſed monet ne in gangrænæ ſede ligetur. Abſceſſus abdominis & omenti inciſus & ſanatus. Abſceſſus funeſtus ex carie utriuſque oſſis ilium. Ea ipſa oſſa & una vertebræ ex variolis carioſæ. Ligato funiculo vaſorum ſpermaticorum, tumor in eo funiculo ſuperius ſuperſtes & lethalis. Teſtis ſcirrho cinctus, liberatus & ſervatus. Ob fungum cancreſcentem teſticuli caſtratio. Saccus hernialis aqua plenus. Funeſta caries oſſis pubis & iſchii in perinæi abſceſſu. Fiſtula perinæi curata, cathetere in urethra aliquamdiu relicto. Veſica urinam non continens, ſenſim dilatata & reſtituta. Calculus in lumborum abſceſſu, ren deletus erat, & plenus calculis. Mors ex pure in pulmonem effluente. Abdominis aliquot abſceſſus ſanati. Funeſta caries oſſium pubis. Fiſtulæ ani fiſſo inteſtino curatæ exempla aliqua: in fiſtula oſſiculum. Fiſtularum in ſcroto curatio inſignis callo reſecto, traducto per fiſtulam ſetaceo. Fiſtula ſanata poſt calculum ſectum ſuperſtes. Ancyloſis femoris cum acetabulo conferventis, embrochis ſoluta, quas noſter ſuis in ædibus frequenter adminiſtrabat. Felix brachii ob cariem amputatio, & femoris ob cariem genu ejusque ſcrofulas, obque ſpinam ventoſam, hæc minus felix, denique ob fracturam complicatam. Gangræna ſenilis, funeſta. Aliquas morborum hiſtorias ab amicis communicatas accepit. Cortice tamen Peruviano magno in malo & fracta a ſtlopo fibula ægrum ſanavit.

EJ. *traité ou reflexions tirées de la pratique ſur les playes d'armes à feu* Paris 1737. 12. *. Amſterdam 1741. 8. *. Germanice Nürnberg 1740. 8. Belgice 1748. 8. Simplex opus viri experti & animoſi, qui audacter inciſiones, trepani uſum imperet. Pauca tango. Ab ictu ſtlopeti ſtuporem ſupervenire, ut reliqui Galli, docet. Laciniam cutis ſutura ſicca jubet adglutinare: introitum & exitum glandis conjungi, niſi nimis remoti fuerint. Os a ſtlopeto contuſum trepanum requirit. Tendines audacter incidit. Turundis corruptum vulnus humeri, iis rejectis ſanatum. Poſt communia præcepta ſingularum partium vulnera percurrit.

EJ. *traité des operations de chirurgie* Paris 1743. 12. *. Bruxelles 1745. 8. Anglice vertente & augente CHESELDENIO Lond. 1749. 8. *. Bonus liber viri nunc multa experti, qui fere ubique ſimpliciſſimam curationem feliciter adhibuit: non tamen plenum omnium adminiſtrationum cenſum dedit, & aliorum inventis

inventis minus uſus eſt. Sæpe ſe ſcarifaſſe in hydrope malleolos, aquæ eduxiſſe ad ſexaginta libras. In paracenteſi totam fere una vice aquam educit. Cyſticos etiam hydropes paracenteſi ſanari, melius tamen inciſione & inmiſſa turunda. Amputationem in brachii articulatione deſcribit, patris ſui inventum. In amputatione duorum carnis reſervatorum ſegminum duplex inventum, RAVATONII & VERMALII. De calculis fuſiſſime, & per omnes corporis humani partes. Digitum ſerrula amputat, neque in articulatione. Multum butyri & olei uſum utique ad herniam diſponere. Anulus in vetuſta hernia latus eſt. Hernias ventrales potuiſſe conpreſſione ſanari. Ventriculum in ea poſſe incarcerari. Abdomen ſuper ſpecillum ſulcatum incidit: ſaccus vetuſtus craſſus eſt, nuperus tenuis & prudenter debet aperiri. Anulus non incidendus, niſi neceſſitas urgeat. Omentum adhærens ſibi relinqui poteſt, gangrænoſum noſter ligat, idque elapſum inteſtinum defendit, quod ſolum elapſum confeſtim in gangrænam abit. Adhæſio partium ſacco herniali contentarum repoſitionem non impedit: adhibet eo in caſu emollientia. Omenti in hernia non multum neceſſe eſſe reſecare. Si elapſum fuerit viſcus, fere vulnus dilatat. Suturam multarum anſarum deſcribit, qua utitur, ſi inteſtinum fuerit inciſum. Si multa pars inteſtini amiſſa eſt, adſuit vulneris labio. Gaſtroraphia non opus eſſe, niſi in vaſtiſſimo vulnere. Caſtrandi ratio ea, qua ſola ligatur arteria: funiculi ſpermatici morbi. Si tumor funiculi ſupra anulum adſcenderit, funiculum reſecat. Hydroceles variæ ſpecies. In radicali curatione ſcrotum findit & cyſtidem, & una ſcroti partem amputat. Hydrocele cum hernia conjuncta difficulter adgnoſcitur. Hernia veſicæ fere cum inteſtinali & omentali conjungitur. Non eſt in ſacco. Feminis hernia omenti frequentior, in ea fere craſſa inteſtina: in adminiſtratione facile arteria epigaſtrica læditur. Calculum ad ulceroſam veſicam adhærentem adgnoſcit. Adhærebat, quem fungus amplectebatur. Veſica bifida, cujus media pars calculis replebatur, unde difficulter ederentur. Fragmenta calculi per ſuppurationem educuntur. Calculi in minima veſica tactui ſe ſubducentes. Medicamenta nihil facere boni. Quibus frequenter calculi per urethram exeunt, ii fere renes habent calculis plenos & ampliſſimos ureteres. In præputio frequentes calculi, & poſt ſectum lapillum calculus in urethræ principio, per ſulcum lotium transmittens. In feminis calculus niſi maximus non requirit operationem; eo in caſu findit noſter collum veſicæ, urethram. In ani fiſtula nudatam partem inteſtini oportet amputare, turundam in anum dare; cauſtica medicamenta in callo conſumendo nimis pigra ſunt. Caruncuias etiam dari, quæ ex ulcere efflореſcant. Cereos laudat, ex inteſtinalibus chordis factos. Ab urina nonnunquam membranam internam veſicæ rumpi, urinam in celluloſam telam effluere. Lupia prælonga in coccyge oſſe radicata, excisa. Alias permagna ex patella: hic noſter eſcharoticis feliciter uſus eſt. In pectoris ſuppuratione pulmo pomo non major. Injectiones non probat in empyemate. De curatione abſceſſuum, intus pleuræ accumbentium. In bronchotome duas facit inciſiones. Polypus, qui fiſtulam lacrumalem fecerat, evulſus & eroſus, alius ſecundo exciſus. Se tamen ſubinde linguæ frenulum reſecuiſſe. In lacrumali

lacrumali fiſtula cauterium rejicit, ſetaceum trajicit, reliquum malum turunda deſtruit, ſtyptico liquore imbuta. Os unguis carioſum perforat, viam in nares aperit, turundam immittit, injectiones non probat. Vulnus punctorium, utramque calvariæ laminam perforans, requirit trepanum. Quando externa lamina exciſa eſt, interna fere fracta reperitur. In apoſceparniſmo lamina decuſſa fere ſe patitur adglutinari. Omnis fiſſura trepanum requirit. Laminæ internæ fractura ſolet quam externæ eſſe longior. Vix adgnoſcitur, quando ea integra eſt. Trepanum poſſe ſuturis admoveri. Senibus diploen vix ſanguinem dare.

EJ. *conſultations ſur la plûpart des maladies qui ſont du reſſort de la chirurgie* Paris 1765. 8. *. nuper germanice excuſ. Multa bona, ſenis & plurima experti. Ambuſtio vera a calidæ vapore. In carie femoris nullus doloris ſenſus, ut neceſſe ſit, perioſteum ſenſu caruiſſe. Ne in pectoris caveam quidquam injiciatur. A vulnere nervi ſuppreſſa deglutitio. Non eſſe neceſſe, ut os ſuis velamentis denudetur, quo ſquamam dejiciat. Cylindrus plumbea ex ſtlopetario tubo in femur inpacta dolorem fecit. Prætereuns pila ex tormento majori exploſa muſculos avulſit. Calculos minores urethra ſenſim per cereos dilatata poſſe educi: bonæ eo fine chordæ ex inteſtino factæ, quæ ab humore tumeſcant: iisdem dilatata vagina quæ coaluerat. Calculus in cellula veſicæ hærens feliciter eductus. Furca devorata per anum feliciter egeſta.

In *memoires de chirurgie.* T. I. de tumore palpebræ inferioris, qui intercedebat, ne palpebræ claudi poſſent, exciſo tumore & injecta ſutura æger ſanatus.

In T. II. hydrops cyſticus abdominis inciſus manente fiſtula.

Et aliud exemplum ejusmodi tumoris cyſtici integre ſanati.

In T. III. de cancro juſtum pene librum dedit. Licere rodentia medicamenta iis cancris admoveri, qui ſimul & ſemel deſtrui poſſint, non aliis. In labio inferiori cancrum totum etiam cum aliqua parte ſana debere excidi. Tumores mammæ duros & indolentes facile in dolentes tranſire, & omnino exſtirpationem requirere. Facile malum redire, ſi quidquam ſub ala tumidi adfuerit. Hydrargyrus ſcirrhum ſolvit, cancrum non curat. Ut facile cancer ex mamma in uterum in oſſa redeat, neque ab amputatione ſe ſinat coerceri.

T. IV. de fractura colli humeri. Decuſſata faſcia feliciter uſus eſt, quali infantes vinciuntur.

Cum plumbi particula in veſica hæreret, eam infuſo in os argento vivo diſſolviſſet, aliqui ea occaſione libelli prodierunt, *lettre ſur la diſſolution du plomb dans la veſſie Journ. des ſavans* Paris 1750. Mars, tum ſeorſim 8. ASTRUC. & *lettre en reponſe à M. ſur la diſſolution du plomb dans la veſſie par M. le* DRAN 12. ASTRUC.

§. DXCVIII.

§. DXCVIII. Franciscus Quesnai.

Chirurgus, cum Doctoris gradum adſecutus eſſet, Archiater Regius, vir ingenio valens & eloquentia, Aſiatica quidem, & in ratiociniis luxurianti, qui etiam in diverſiſſimis artibus & in legibus imponendorum vectigalium inveſtigandis inclaruit.

Ejus tr. *de la ſaignée* vix huc facit, niſi quod omnem diſcriminis inciſarum venarum prærogativam evertit, ut totus effectus miſſionis ſanguinis in ſola diminutione partis rubræ ſubſiſtat. Aliqua habet ad encheireſin, ad contuſiones diſcutiendas. Aliqua alia profert contra Bagieu, qui inciſiones in vulneribus ſtlopetariis tuetur. Eum l. alias dicemus.

Ejus tr. *de la ſuppuration* Paris 1749. 12. *. Pus etiam abſque inflammatione naſci, etiam in maxima debilitate tamen gigni. Pus inflammatorium in ipſis arteriis oriri. Reſorbtionem puris in venas confirmat. Inflammationis finis non deſcriptus, deliteſcentia. Medicamenta repercutientia defendit, quæ arteriarum vim contractilem augeant, rejicit tamen, quoties dolor vehementior urget, aut cum malignitate inflammatio conjungitur, aut demum ejus mali ſedes in glandulis eſt. Non valde probat medicamenta emollientia, neque fert, quoties ſcopus eſt inflammata diſcutere. Id ut fiat: materies per membranas vaſorum ſudat. Suppuratio eſt laceratio cellularum adipoſarum, quam quærimus, quoties ſcopus eſt maturare. Glandulas non facile ſuppurari, quod parum habeant celluloſæ naturæ. Magnas ſuppurationes etiam inter muſculos funeſtas eſſe. Ulcera mundat turundis, injectis aptis liquoribus. Spiritum nitri dulcem in putridis ulceribus laudat. Pulmo a lumborum abſceſſu ſuppuratus, qui per appendicem diaphragmatis eo adſcenderat. Fuſe de cancro, ſedo acri curato. Ut amiſſa reparentur per eam materiem, ex qua polypi conſiſtunt. In profundis vulneribus medicamenta incarnantia non convenire. Contuſa ſalem ammoniacum juvare. Novam carnem a productis vaſis fieri. Medicamenta eo facientia. Non poſſe a capitis vulnere ulcus hepatis ſequi. Carnes fungoſas ſpiritu nitri dulci conpeſcit.

Ejusd. tr. *de la gangréne* Paris 1749. 12. *. Gangrænam in multa genera diſtinguit, cujusque theoriam dat & curationem, potiſſimum tamen ſiccæ & humidæ. Corticis Peruviani uſum rejicit, negatque in Gallia ſpei reſpondiſſe. Cauſæ gangrænæ ex ſuo, ex alieno etiam experimento. In vulneribus ſtlopetariis, quando ſenſus a partibus læſis abeſt, inciſiones improbat, ſic in contuſione. Incidit cutem, quoties vaſa ſtrangulata ſunt. In vulneribus articulorum oleo fervente utitur. Raram eſſe gangrænam, quæ inflammationi ſupervenit (hic certe præter experientiam). Separationem vivæ carnis a mortua, quæ ſpiritu nitri fit, ſibi tribuit, Boerhaavio toties dictam. Cauſæ gangrænæ ſiccæ in arteriarum quaſi paralyſi ponit, aut in coagulatione univerſi ſanguinis, denique a decubitu, aut a ſecali corniculato naſci dicit. Hoc in caſu putat, recte artus in mortua carne amputari, ejusque quod reliquum eſt, acido ſpiritu conſumi.

Obſervations ſur la conſervation de la vue Paris 1760. 4. PORTAL.

Academiæ chirurgicæ calamum paſſim commodavit. Ad I. *tomum* commentariorum præfatus eſt.

In iisdem Commentariis T. I. de vitiis humorum ad BOERHAAVII ſaporem cum propriis nonnullis experimentis.

De neceſſitate terebrandæ calvariæ, ſceptice fere & adductis exemplis ſibi contrariis. Repeti poſſe hanc terebrationem, & cranium late aperiri. Cerebri & cerebelli etiam deteriora vulnera ſanationem accipere. De ſquama oſſea de calvaria decedente: ut ea ſeceſſio aut adjuvari poſſit, aut impediri.

§. DXCIX. VARII.

J. THEODORUS ELLER, Archiater Boruſſicus, celebris clinicus. EJUS ſunt *nützliche und auſerleſene mediciniſche und chirurgiſche Anmerkungen von Krankheiten und Operationen welche im Lazareth der Charité zu Berlin vorgefallen* Berlin 1730. 8. *. Novi primum noſocomii hiſtoria. Curationes magnorum morborum. Bubo exulceratus cum inteſtini læſione, curatus. Cancer mammarum fruſtra exſtirpatus, neque in eo valet onopordi ſuccus, ut quidem in cancro labiorum. Fiſtula pectoris cum carie ſanata. Paracenteſis abdominis aliquoties felix. Omenti abſceſſus aſciten hydropem mentiens. Singultus diuturnus ex abſceſſu pectoris vertebras inter & pleuram natus, & funeſtus. Calculoſorum hominum triſtes eventus: de variis lithotomiæ methodis, & de RAVII adminiſtratione, quam ipſe coram vidit. SENFII ſectio calculi hypogaſtrica aliquoties repetita. Fiſtula ani ramoſa curata. Flexilis cannula in fiſtula ani data in rectum inteſtinum, ea inflexa comprehenſa fiſtula, & feliciter exciſa. Aquæ hydropicæ ſimul & ſemel feliciter emiſſæ.

EJUSD. *volſtändige chirurgie, oder Anweiſung alle äuſſerliche Krankheiten des menſchlichen Körpers zu heilen* Berlin 1763. 8.

In Miſc. Berolin. T. IV. a. 1733. 4. *. Ficus ex papillis albicantibus congeſtus, feliciter reſectus. Calculus veſicæ membrana obvolutus in ureteris tranſitu hærens, a lithotomo quodam evulſus, bono eventu. Calculus etiam felleus membrana tectus.

In *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1746. 4. * de Ganglio agit, quod habet pro anevryſmate quodam vaginæ tendinis. Exſtat in *Hamb. Magaz.* T. VII.

In *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1752. de magna jactura cerebri ab ala molendini eliſi facultatibus animæ non læſis.

Ib. Tomo XI. ſ. a. 1755. calculus, qui adnatus videbatur & membrana tectus, & quem SENFIUS non poterat extrahere, extra cavum veſicæ in tela celluloſa urethram ambeunte repertus eſt. De variis calculoſis per univerſum corpus concrementis. De ortu calculi ex lympha conpacti &c.

J. CHRISTIA-

J. CHRISTIANI FRITSCH, medici Vinarienſis, *ſeltſame jedoch wahrhafte medicinische Geſchichte aus den original actis extrahirt* T. I. Leipzig 1730. 4. *. T. II. 1731. 4. *. T. III. 1733. 4. T. IV. 1734. 4. *. T. V. 1734. 4. *. T. VI. qui J. CHRISTIANI WOLFII opus eſt 1740. 4. *. Ex STAHLII ſchola, vir acris & credulus: ipſi, ut vocant, caſus fuſe cum longis & integris patronorum defenſionibus. In T. I. ridicula hiſtoria accuſationis contra chirurgum intentatæ, qui canem inciderat. Quæſtio, num bubonocele a tortura liberet, cum tractatu de ea hernia. In T. II. de diuturna mania, poſt morſum canis rabidi. Mors ex alapa. T. III. de atretis, obque id vitium ſolutis matrimoniis. T. IV. culpa obſtetricum exſtincti pueri. Liberata obſtetrix cum accuſaretur quod in calida infantem exuſſiſſet, ut veſicæ erumperent. T. V. ſanatum vulnus œſophagi & aſperæ arteriæ. Arteriæ carotidis vulnus pro non lethali habitum. T. VI. duorum medicorum lites de morte pueri, fracto crure male a carnifice curati, quem demum judices condemnaverunt.

DANIEL VINK *amœnitates philologico medicæ in quibus medicina a ſervitute liberatur* Utrecht 1730. 8. *. De hac lite a MIDDLETONO mota alio quidem loco dicemus: cæterum noſter cum medicinæ hiſtoria chirurgiæ etiam hiſtoriam conjunxit: ad chirurgos fere ſervos illos retulit, qui medici dicuntur, privilegia vero medicis impertita ſolis medicis, quos nunc vocamus clinicos, tribuit. Multos huc facientes lapides collegit.

FELIX EGUYA, medicus & presbyter. EJ. *formulario de medicamentos experimentados* Madrit 1730. 1750. 1769. 8.

Cum eo prodiit 1750. 8. 1769. *Formulario o recettario chirurgo aprobado por el Real Porto medicato i que ſe ha mandado que ſe obſerva en los reales hoſpitales de Madrid.*

THOMAS CORTIIO HERRAIZ, presbyter & Med. D. *ſecretos medicos y chirurgicos del* D. J. CURBO SEMMEDO hiſpanice verſ. Madrit 1730. 4. CAP. de VIL.

BARTHOLOMÆUS FRANCISCUS SERENA Y LOPEZ, medicus Cæſar Auguſtanus. Scripſit *Reflexiones contra la diſſertation de la operation del parto Cæſareo* DIDACI MATHEU ZAPATA (cujus annum ignoro). ib. 1730. 8.

JOSEPHUS LOPEZ, chirurgus Caſtrenſis. EJUS eſt *maravilloſa curacion antiqua y moderna de los heridas al commun y particular* ib. 1730. 8. CAP. de V.

FRANCISCI MARESCOTTI *relatio mirabilis operationis in tumore carcinomatoſo linguæ* Bonon. 1730. 4.

J. NIC. NEUHOLD *de inunctione capitis infantibus ſuperſtitiis*, ita. Javarini 1730. 4. BOEHMER.

Memoires pour les Doyens & Docteurs regens Paris 1730. fol. Contra lectiones publicas chirurgorum.

Declaration du Roi concernant les chirurgiens des Provinces du 24. Fevr. 1730. Paris 1736. 4.

Ordonnance de Police portant reglement ſur ce qui doit être obſervé par les étudiants en Medecine & Garçons chirurgiens, lors de la viſite des malades dans l'hôpital de la charité du 16. Maj 1730. Paris 4.

Hoc anno primum chirurgi inter cenſores regios adlecti fuerunt.

§. DC. DISPUTATIONES.

HERMANN PAUL JUCH *de abortu* Erf. 1730.

EJ. *de mictu cruento* ib. 1733. 4.

EJ. *conſideratio hæmorrhagiarum tam ad theoriam quam ad praxin* 1735. 4.

EJ. *de vera & dubia fonticulorum efficacia* Erfurt 1736. 4. PL. 1730.

EJ. *de œdemate pedum* ib. 1736. 4.

EJ. *de eo quod medicum decet circa fulmine tactos* ib. 1737. 4. PL.

EJ. *de ſuffuſione* ib. 1738. 4. *de dyſuria* 1741. 4.

EJ. *de calculo veſicæ prægrandi in puero novenni* ib. 1745. 4. *.

EJ. *de medicamentorum veſicatoriorum agendi modo eorumque uſu* Erfurt. 1745. 4.

EJ. *de teſticulo venereo* ib. 1749. 4.

EJ. *ſelecta remedia externa adverſus inflammationes* ib. 1751. 4.

EJ. *de nephritide* ib. 1752. 4.

J. DAN. EHRH. BRUNNER *de partu præternaturali ob ſitum placentæ ſuper orificium uteri internum* Argentor. 1730. 4. *.

EJ. *Entdeckung der Irrthümmer und Bosheiten der Hebammen* Solingen 1740. 8. HEIST.

J. CASPART *de exoſtoſi cranii rariore* Argentor. 1730. 4. * & in meis *ſelectis*. Funeſtæ a venerea cauſa ortæ exoſtoſios rarum exemplum. Una lumborum vertebræ, ventriculus & renes eroſi.

ISRAEL CREGUT *de calculorum in corpore humano reperiundorum generatione* Baſil. 1730. 4.

J. CASPAR SCHOBINGER, amici noſtri, qui CAROLUM de S. YVES audiit & WOOLHOUSIUM, diligentis viri, *de fiſtula lacrumali* Baſil. 1730. 4. * deſcriptio curationis, quæ fit perforato unguis oſſe. Cauterium a perito viro admotum cæcitatem feciſſe. Utendum acu triquetra, turunda lignea.

F. R. JAGWITZ *de mictu cruento a renum vitio* Leid. 1730. 4. PL. a. 1736.

DAN. HENR. PASCHKEN & J. H. HEIN *de abortu* Regiom. 1730. 4.

J. GOTTLIEB HORWEIN *de abortu Hebræorum* Witteb. 1730. 4.

CAMILLI

Camilli Falconet theſis in hæc verba *E. educendo calculo præferendus apparatus lateralis* Paris 1730. 4. 1742. 4. *. Crudelitatem oſtendit magni apparatus, ob viæ anguſtiam, per quam calculus educitur, ob ſtricturam partium ejus viæ convulſivam. Obniti in vulgari adminiſtratione ſphincterem ani, qui ſit irritatus. Lateralem apparatum laudat, ut in ſiniſtro latere fiat, quod fere latus cellulæ veſicæ teneant. In laterali ſectione metum eſſe incidendæ arteriæ pudendæ. Si in dextro latere veſicæ calculus fuerit, debere incurva forfice extrahi. Male ab Albino adminiſtrationem deſcribi: ſphincterem debere diſcindi & veſicæ aditum. Erudita præterea hiſtoria lithotomiæ; Riolanum in enchiridio apparatum lateralem deſcribere.

Ej. & Lavirote *E. legitimæ vulnerum ſuppurationi promovendæ cortex Peruvianus* Paris 1752. 4. *.

Fr. Pousse & Raymond de la Riviere *E. chirurgia medicinæ principiorum inops eſt manca* Paris 1734. 4.

Thom. Bern. Bertrand & F. J. Hunauld *E. in aſcite paracenteſin tardare malum* Paris 1730. 4.

Ægidii Adam & L. P. Lehoc *E. præcavendæ cataractæ oculi paracenteſis* ib. 1730. 4.

§. DCI. Diaria.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. quod a. 1730. prodiit.

Wilhelm Bernard Nebel *obſ.* 3 ſcirrhus teſtis ſolis medicamentis ſuperatus.

Ej. diſp. *de lethalitate vulnerum pericardii* Heidelb. 1739. 4.

Ej. *de ſynovia ejusque remediis ſpecificis* ib. 1741. 4. Boehm.

Ej. *de pædarthrocace* ib. 1745.

Frideric. Justus Heimreich *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 11 ab uſu frigidorum cataplaſmatum oculus ruptus.

Franciscus Buttner.

Obſ. 77 purgantibus alvum ſolis pannus oculi ſublatus.

J. Frider. Bauer.

Obſ. 94 hernia maxima umbilici ab ignaro chirurgo pro cyſtico tumore habita.

Obſ. 95 in iſchiade caries femoris.

Vol. III. *obſ.* 67 antiqua lippitudo curata numeroſis cucurbitulis.

Vol. IV. *obſ.* 148 infans ex ignorata atreſia periit, quæ facile ſuperari potuiſſet membrana inciſa.

Ej. diſp. *de ſcarificatione certo podagræ remedio* Leipzig 1732. 4. *. Nunquam fallere, niſi morbus nimis adultus ſit.

J. Christian Kundmann, medicus Vratislavienſis. *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* CXI. *de liquore vulnerario* Dippelii *atque ſecuro remedio antipodagrico* Lipſ. 1732. 4. *.

In den Seltenheiten der Natur und Kunſt Breslau 1737. fol. * ſectio III. dedit caſus aliquos chirurgicos. Os humeri reparatum: calculum veſicæ nucleo præditum: calculum funeſto eventu ſponte de ſene decedentem: de tendinis vulneribus & ſutura: de ambuſtis, de curationibus ſuperſtitioſis: de Marconnay Galli ſympathetico ſale, quo vulnera curabat; & ex medicina forenſi relationes aliquæ. Magna vulnera cerebri balſamo Dippelii ſanata.

J. Hartmann Degner, medicus & conſul Neomagienſis, *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 128 calculus per anum egeſtus.

Vol. III. *obſ.* 31 mors ex arteriæ magnæ apoſtemate & oſſeſcentia.

Vol. VI. *obſ.* 91 mors ex hydrophobia nata a morſu canis non rabidi.

Obſ. 92 ad idem malum ſe ſcarabæis maialibus bono ſucceſſu uſum eſſe.

In *appendice* agit de emplaſtro mercurium ſublimatum recipiente, funeſto eventu impoſito.

Vol. VII. *obſ.* 123. a calculo veſica urinaria rupta.

In opere *de dyſenteria* 1738. 8. *. Ab emplaſtro ſalivæ fluxum natum, quod hydrargyrum ſublimatum receperat.

J. Henrici Fuchs *E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 146 cataplaſma ad ſphacelum uteri puerperarum ex avulſa ſecunda natum utile, quod Werlhofii probationem meruit.

Philip Jacob Weygant *obſ.* 173 a callo in pene ſatyriaſis in infante.

Vol. III. *obſ.* 7 lumbricus ex tumore inguinis prodeuns, malum tamen ſanatum.

J. Car. Rost.

Vol. II. *obſ.* 178 in hernioſo hepar ſcirrhis & calculis refertum.

Obſ. 180 funeſta bubonocele ſuppurata.

J. Christoph Goetz.

Obſ. 181 vulnus inflictum lardo & cannabi ex ſtlopo exploſis, tamen funeſtum.

Obſ. 195 remedia aliqua parum fida.

Obſ. 205 hydrophobia abſque morſu animalis rabidi.

Obſ. 207 hydrops lapſu ſanatus.

In

In *Phil. Tranſ.* n. 413. J. HUXHAM, celebris clinici, calculus permagnus expulſus ex ſcroto.

Spina bifida & artus inferiores incurvati, malique natura per inciſionem patefacta.

EJ. *de aere & morbis epidemicis* Lond. 1737. 8. *. Ex febre gangræna pedis feliciter amputatione curata. Vulnus cartilaginis thyroideæ facile ſanatum.

EJ. in *Phil. Tranſ.* n. 472. de calculo ex puero moriformi. Sectio feminæ, cui calculus in rene erat & ureteris aditum replebat, ut alter ureter perinde offarciretur.

ID.* n. 459. hernia incarcerata funeſta: inteſtina flatu diſtentiſſima: inteſtinum in ſede valvulæ coli quaſi filo conſtrictum, ut ne flatus quidem ab ileo in colon tranſiret. Nocuiſſe calidos fotus.

In *Vol.* XLIX. P. II. de plumbo fuſo deglutito, ſero lethali. Avibus omnino non nocuit, canes non occidit.

Phil. Tranſ. n. 416. GEORGII MARTIN de bronchocele diſſ. & exempla adminiſtratæ in Scotiæ oppido S. Andreæ felici eventu.

EDM. NOURSE, chirurgus, vel potius W. GIFFARD n. 416. fetus per anum eductus, funeſto quidem eventu, qui in tuba, ut videtur, conceptus.

W. GIFFARD qui forte p. 106. dictus eſt.

EJ. *caſes in midwifery reviſed and publiſhed by* EDWARD HODY 1734. 8. *. Poſthumi 225. caſus graviores ex arte obſtetricia. Cordatus homo, ſimplex & laborioſus. Narrationes ſimplices abſque ratiocinio. Caſus innumeri inpacti capitis, quos fere ſua forcipe expedivit, quam curvulam delineat. Plurimæ etiam hæmorrhagiæ a ſoluta placenta. Rariora pauca, inter ea partus tubarius & veſicalis, fetus per anum editus.

Phil. Tranſ. n. 414. ALEXANDER STUART de vulnere veſiculæ fellis lethali ablatoque ab eo ſomno.

PL. hab. *new diſcoverings and inprovements of the moſt conſiderable branches of anatomes and ſurgery* Lond. 1738. 8. per errorem ut puto.

In *Act. Lit. Suec.* 1730. KILIANUS STOBÆUS de exoſtoſi in cranio Gallinæ criſtatæ.

In *hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1730. SOULLIER memorabilem habet ſanationem abſceſſus hepatis.

CADRAN exemplum calculi nullo ſigno exſpectati, & in veſica reperti, & tamen prægrandis.

§. DCII. Johannes Timme.

Bremenſis medicus. Paſſim in diariis aliquas publicavit adnotationes, ut in A. E. Buchner *miſcellaneis* 1730. De fungo articuli & maxima carie, iterumque de ſectione Cæſarea, qua ex tuba feminæ pars maxillæ inferioris cum ſuis dentibus exciſa eſt.

Ej. *einiger Engelländer und Franzoſen Anmerkungen über den Steinſchnitt nach dem engliſchen apparatu* Brem. 1731. 8. *. Recenſet Morandi de alto apparatu librum. Platneri inſtrumenta, in *Actis Erud.* depicta, reddit imitata.

Ej. *obſervationes aliquot anatomico practicæ rariores, oder einige von Eröfnungen menſchlichen Cörper hergenommene ſeltene Anmerkungen* Brem. 1735. 8. *. Hiſtoriæ 21 fere inciſorum cadaverum. Pauca huc faciunt; vulnus cordis: parotidum tumor cancroſus, fungus articuli, aorta oſſea.

Dionisium *de l'accouchement* Idem Germanice vertit Brem. 1745. 8. & Antonium *de oculorum morbis* Brem. 1731. 8. cum nonnullis Palfynii de cataracta adnotationibus, & Woolhousii ad Palfynium epiſtola.

§. DCIII. Jacob Denys.

Chirurgus, lithotomus & publicus obſtetrix. Anno nempe 1719. Leidæ collegium obſtetricium conſtitutum eſt, præſide Profeſſore medicinæ, adſeſſoribus quatuor medicis, & viro obſtetricio. Ravii diſcipulus & in ſecando calculo imitator & ſucceſſor, quem lego ſub vitæ finem in ea curatione infelicem fuiſſe, probe mihi notus, non diffidens ſibi homo, qui ne Boerhaavii quidem auctoritati ceſſerit, quæ erat maxima. Ejus ſunt *obſervationes de calculo renum; veſicæ, urethræ; lithotomia & veſicæ punctura, quibus* Ravii *methodum exercuit, tutiſſimam & feliciſſimam eſſe probat* Leid. 1731. 8. * & Belgice eodem anno 8.

Liber equidem titulo non penitus reſpondet, neque encheireſin Ravianam aperit, quam ait myſterium eſſe, ſibi ſoli a Ravio revelatum, etſi apparatus alti incommoda æſtimat, Raviique & ſuam adminiſtrationem tutiorem eſſe, inque omni ægroto perinde locum habere poſſe contendit, negatque, ſibi unquam tot in ægrotis accidiſſe, ut vel rectum inteſtinum incideret, vel veſiculam ſeminalem, tantamque fuiſſe ſuam felicitatem, ut in maximo numero quinque tantum ægrotos amiſerit. Quam quidem felicitatem eo facilius admittas, quod calculum ramoſum, adhærentem, nimis magnum, aut nimis exiguum jubeat deſerere. Fuſe contra apparatum altum. Ravius & ipſe calculum, qui adhærebat, intactum deſeruit. Puncturam veſicæ in urinæ ſuppreſſione noſter molitur, paulum quam Ravius aliter, propria acu triquetra, cujus in fiſtula tres prope finem ſunt ocelli. De variis caſibus, in quibus aut catheterem in urethra relinquere præſtat, aut veſicam conpungere, & candelas, argenteumve catheterem inmittere. Major vero pars operis eſt de calculi ſignis, ſymptomatibus & varietate. De calculo latente, quem etiam peritiſſimi chirurgi fruſtra quæſiverint.

Ditiſſimam

Ditiſſimam cæterum dat calculorum collectionem, etiam muricatorum, articulatorum, crinitorum. In calculoſis tamen ægris ſubinde veſica ampla eſt. Calculi in cellulis veſicæ latentes. Calculus per cujus crenam lotium fluebat. Alius imi ureteris membranæ adhæſerat, neque enim aliter noſter putat adhærere. Calculus congenitus & hereditarius. In Belgio malum frequentiſſimum eſt, rarum Bataviæ Javanæ. In ipſa eductione J. v. BORTEL accidit, ut calculum non poſſet reperire. Glandem plumbeam noſter excidit, cum calculum exſpectaſſet Feliciter ex lumborum abſceſſu exciſus lapis. Calculus poſt multos dolores ſuper genu. Magnus ramoſus nullo ſigno ſe prodens. Non ſecandi ægroti, quando lumbi dolent, novus enim adventat calculus.

EJ. *verhandelingen over het ampt der Vroedmeeſters en Vroedvrouwen met aanmerkingen derzelve konſt rakende* Leiden 1733. 4 *. Bonus & laude dignus liber, quem doleas minus notum eſſe, Gallis etiam minime. Ampliſſimo equidem ſermone & luxuriante quadam ubertate eventa narrat, ſed res ipſa patientiam lectoris meretur. De uteri partibus omnibus, oſtii mutatione, hæmorrhagiis earumque diverſis cauſis, de partus difficultatibus adque eas ſuperandas idoneis encheireſibus, plurima bona & vera præfert, ipſo la MOTTE ſimpliciora. Ex debilibus feminis puerum laqueo extraxit. Caput fetus quoties neceſſe videbatur digito perforavit. Uterum obliquum frequenter antrorſum declinare cum periculo, vel ad latus, retrorſum raro, bene iſta; inde fieri ut dolores oſtium uteri non dilatent. In nimis facili partu, quando membranæ integræ exeunt, uterum nonnunquam elabi & inverti. Eſſe ubi non oporteat membranas rumpere, ne dolores penitus ſupprimantur. Fuiſſe quæ abſque dolore pepererint debiles, & ſubito exſpiraverint. Dari feminas, in quibus de ilium oſſibus proceſſus emineant, & totum os innominatum luxetur. Tumor ex ore uteri prominens proprio inſtrumento ligatus, ſublatus: ſic de vagina tumor exſtirpatus. Vagina ex partu tumens ſuppurata, pars ejus cum integra nympha deſtructa, ſanata tamen femina. Fetus mortui oſſa per anum extracta. Partus difficilis a tumore uteri exitum impediente. Fetus acicula occiſus in caput defixa. Cum pelvis anguſta eſſet noſter caput aperuit. Atretæ variis in vagina impedimentis. Calculus in ipſo partu in vaginam erupit, ut tamen puerpera convaleſceret. De molis fuſiſſime. Verum nimis multa utilia noſter habet, quem oportet totum legere.

§. DCIV. VARII.

JOH. de GORTER, ex præcipuis BOERHAAVII diſcipulis, profeſſor Harderwicenſis, & aliquamdiu Archiater Ruſſicus.

EJUS eſt *gezuiverde heelkonſt* Leid. 1731. 8. Latine *chirurgia repurgata*. ib. 1742. 4. *. Florent. 1745. 4. Patav. 1755. 4. Wien 1762. 4.

Compendium didacticum in Latina editione emendatum, multis admiſtis

anatomicis & phyſiologicis, in chirurgicis breve, ut etiam partum difficilem, & calculi veſicæ curationem totam omittat.

Ejusd. *kort vertoog hoe en waar de sluytband der kraamvrouwen moet gelegt worden* Amſterdam 1744. 8. *. Nocere conpreſſionem, quæ abdomini vulgo a mulierculis adhibeatur, ſanguinis ex utero reditum ſufflaminare. Ipſe proprium vinculum commendat *fultorium* (*Steunband*), quod uteri vim contractilem augeat, lochia & placentam expellat, hæmorrhagiam minuat, totum medium abdomen contineat, aciculis firmetur, & poſt aliquot horas laxatum adſtringatur. In macilentis feminis jubet cavum oſſium ilium pulvino replere, ne conpreſſio avertatur.

In *compendio medicinæ* T. I. Leid. 1731. 4. * & T. II. 1737. 4. * etiam abſceſſus & alia chirurgica tractantur, tum medicamenta mollientia, corrodentia & alia id genus.

In *E. N. C. Vol.* IX. *obſ.* 77 agit iterum de ſuſtentaculorum poſt partum neceſſitate.

Ernst Eusebii Richter *digeſta medica, ſ. deciſiones medico forenſes* Leipzig & Budiſſin 1731. 4. *. Decades novem caſuum forenſium, ſæpe cum integra rei defenſione, fiſcique accuſatione, & ordinum medicorum conſultorum judicio. Plurima chirurgici argumenti, ad vulnera pertinent; ipſe demum auctor ſubinde ſuam ſententiam dicit. Sanguinis ſub cranium effuſio tamen pro lethali habetur, cujusmodi mortes ſint ex frequentiſſimis. Sic mortes ex dira verberatione. Mors ex lamina cranii interiori depreſſa. Sanatum tamen vulnus duræ membranæ cerebri ab enſe læſæ. Hepatis vulnera funeſta, pro lethalibus. Mors ex contuſione muſculorum & vaſorum colli. Sic vulnus felleæ veſiculæ. Duram meningem incidi debere, neque ægrum injuriam ſentire. Percuſſio epigaſtrii lethalis. Abſceſſus vertebras erodens pro morbo magico habitus. Iterum ſanata inciſio oſſis frontis & meningis.

Gottfrid Samuel Bäumlers *mitleidiger Arzt* Strasburg 1731. 8. Habet etiam medicamenta chirurgica, & inter ea agaricum quernum ad hæmorrhagias.

J. Georg Maurers *vademecum chirurgicum worinn der Urſprung und heutige Beſchaffenheit der Chirurgie entworfen wird* Schafhauſen 1731. 8. recuſ. cum tit. *gründliche Einleitung zur Chirurgie* Francf. Leipz. 1737. 8. Boehm.

J. Henrici Cohausen, medici Monaſterienſis, Ejus eſt *Lucina Ruyſchiana, ſ. muſculus uteri orbicularis a F. Ruyſchio inventus ad trutinam revocatus* Amſterdam 1731. 8. *. Neque novam rem eſſe, neque ſatis veram, neque eum uteri muſculum expellendæ placentæ ſufficere: ſed etiam cum ſummo periculo a natura placentæ expulſionem exſpectari.

Girolamo Caspari, Veronenſis, medici Feltrienſis, *nuove ed erudite oſſervazioni ſtoriche mediche e naturali* Venez. 1731. 8. *. De Morlachorum morbis, apud quos medicinam fecit, tumore etiam teſtis, qui herniam ſimulet & amputationem requiret. De mola carnoſa ampliſſima.

Francesco

Francesco de los Rios Cardanes y Cadenas *carta eſcrita ſobre la curacion de carbunco peſtilente* Cordubæ 1731. 4. Cap. de V.

Bernardino Gomez y Miedes *enquiridion o manual inſtrumento de ſalud contra el morbo articular que llaman gota* Madrit 1731. 8. Heist.

Joseph Custodius de Costa, Chirurgus Luſitanus, *epilogo de varias obſervaciones aureas* Lisbon 1731. 8. Cap. de V.

Joseph Fereyra de Moura, prope Ulyſſiponem natus. Ejus *ſyntagma chirurgico theorico practico de Juan de Vigo traducido do latin en Portuguez acresſentado con un tratado de feridas e varias enfermidades de corpo humano* Lisboa 1731. fol. Cap. de V.

Hugonis Gouraigne *diſſ. medico chirurgicæ juxta circulationis leges* Monſpel. 1731. 8. *. De tumoribus & ſcirrhis curandis.

Id. in *duodecim quæſtionibus* ib. 1732. 4. * fere practica habet.

Ej. *de tumoribus tunicatis* ib. 1733. 4. Lego idem eſſe opus, quód Rey *tr. des tumeurs enkiſtées* Bruxelles 1752. 8. *. Ita lego; nam in Reyi opuſculo, quod coram eſt, video chirurgi opus eſſe, qui ipſe ſua manu ejusmodi tumores ligaverit & exſtirpaverit. Inter erodentia auripigmentum admittit, rejicit arſenicum. Cæterum fere totus eſt in theoria.

In *duodecim quæſtionibus* ib. 1748. 4. * tendinem diſſectum Achillis a D. Lamorier abſque ſutura, ſola adductione partium diſſectarum, ſanatum fuiſſe. Ad ſphacelum chinæ chinæ uſum convenire.

Philippe d'Alcrippe *nouvelle fabrique d'excellens traits de vérité, & lettre écrite à M.* Garengeot *maitre ès arts de Bourges* 1731. In priori opuſculo Garengeotus deridetur ob naſum reſectum, quem adglutinaverat, in altero ob vulneris abdominis curationem. Tribuunt chirurgo Montaulieu.

Arrêt du Conſeil d'Etat du Roi, concernant la diſcipline & police des trois corps de la Médecine du 17 *Mars* 1731. *Extrait des Regiſtres du Conſeil d'Etat, de l'imp. Royale,* 1731. in 4. la même, avec l'ordonnance de M. Herault, Lieutenant de Police, Paris 1731. in 4.

In Gottlieb Stolle *Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit* Jena 1731. 4. * etiam chirurgiæ hiſtoria continetur vitæque virorum celebriorum.

§. DCV. Disputationes.

Petri Gerike diſſ. *de renuntiatione vulnerum* Helmſtätt 1731. 4. *.

Ej. *de iſchuriæ cauſis* ib. 1736. 4. *.

Ej. *de neceſſaria vulneris inſpectione poſt homicidium* ib. 1737. 4. *.

Ej. *inſpectionem cadaveris in homicidio apud Romanos in uſu fuiſſe* Helmſtätt 1738. 4. ita lego.

Ad eum etiam pertinet *de exulceratione veſicæ* diſp. Hall. 1724. 4.

J. Henr. Füsli *de obſtructione & inflammatione tunicæ oculi adnatæ* Baſil. 1731. 4.

Nicol. Willi *ſtupendus abdominis tumor* ib. 1731. 4. *.

Laur. Theophilus Luther *de opprobrio medentium phagædena* Erfurd. 1731. 4.

Ej. & Auerbach *de procidentia ani* ib. 1732. 4. ulnæ longitudine incarcerata: gangræna & mors ab inteſtino ſuo repoſito.

Ej. *de peritonæo &c.* ib. 1734. 4. *.

Ivo Joh. Stahl *de ophthalmia* ib. 1731. 4.

Ej. *de ramula ſub lingua ſpeciali cum caſu* ib. 1734. 4.

Ej. *de adjuvamentis & impedimentis partus humani* ib. 1737. 4. *.

Gottrid Wilh. Muller *de ſitu uteri obliquo in gravidis & ex hoc ſequente partu difficili* Argent. 1731. 4. *.

Leopold Emanuel Berdot *de paronychia* Baſil. 1731. 4. *.

Christ. Conrad Hanstein *de cancro mammarum* Traject. 1731. 4.

Martin Wilh. Schwenke *de operatione inguinali* Leid. 1731. 4.

Hen. Jos. Schroeder *de inflammationibus in genere* Leid. 1731. 4. Pl.

Antonii Magnol & Laulanie' *an cataractæ confirmatæ operatio chirurgica unicum remedium* Monſpel. 1731. 8. *. Et in lente cryſtallina ſedem eſſe cataractæ, & in membrana. Contra Antonii Maitrejean appendices. Cataractarum varietates.

§. DCVI. Diaria.

Hoc anno 1731. prodiit Tomus I. *commentariorum Academiæ Bononienſis Scientiarum & Artium* Bonon. 1731. 4. maj. * quem porro tomum alii ſubinde ſunt ſecuti.

In eo Stancarius egit de Melitenſi fungo ad hæmorrhagias utili.

Antonius Leprottus anevryſma brachialis arteriæ deſcripſit.

Petrus Paulus Molinellus, magnus chirurgus. Ejus eſt experimentum, quo confirmatur, cerebro læſo alterum, & læſæ parti oppoſitum, latus reſolvi.

Calculoſo ſeni perinæum ſponte apertum eſt, & lapidem edidit, bono eventu.

In T. II. P. I. *Bonon.* 1745. 4. * agit idem de concremento fungoſo de ano excreto, in quo calculi.

De

De cauſa abſceſſuum hepatis, qui cerebri vulneribus frequenter ſuperveniunt.

De fiſtula lacrumali. In J. L. PETITUM animadverſiones: novum viri conſilium reſerandi naturalem ad nares lacrumarum viam noſter emendavit, oſtendit, non ubique locum habere poſſe.

Ib. de anevryſmatis curatione. Non valde nocere vinculum nervo injectum. Tutius arteriam bis ligari, ne ſanguinem fundat, ad eam per recurrentem ramum adlatum. Inter utrumque vinculum ſaccum aperit.

Tendo Achillis aliquoties curatus abſque ſutura. Cortex Peruvianus adverſus gangrænam alias feliciter, alias fruſtra exhibitus, ut omnino ejus uſus poſſit commendari.

In T. III. *Comm. Bononienſium* refert de ſuis experimentis, factis vinculo cani injecto; utroque nervo octavi paris ligato animal periit.

In T. V. P. II. de luxatione oſſis hyoidis reſtituta.

De ſanato magno tendine in genu, imperfecte quidem.

EJ. *ad chirurgicarum operationum in cadavere oſtenſionem oratio* Bonon. 1742. 4. BOEHMER.

EJ. *de anevryſmate a læſa brachii in mittendo ſanguine arteria* diſſ. ib. 1756. 4. max. *. Ex multis ſuis & VALSALVÆ curationibus oſtendit, non ſufficere arteriam bis ligare, & neceſſe eſſe minores ramos vinculis coercere, qui in magnum truncum aperiantur. Eos ramos VALSALVÆ experimento vehementer dilatari, nervos vero ligatos craſſos reddi, & in celluloſam telam abire. Experimenta ligatis nervis in vivo fecit animale. Eximius libellus. Nervum ligabat neque ab arteria ſeparabat. Curationes anevryſmatis Valſalvianæ.

In *Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1731. huc referas RENATI MOREAU de MAUPERTUIS diſſ. de ſcorpiis.

In *Mem. de l'Acad. de Beziers* 1731. anevryſma ſpurium ex venæ ſectione natum, ſanatum injecto vinculo.

In *Phil. Tranſ.* n. 420. THOMAS SHORT de hepatis ulcere per anum egeſto, pureque acido, ut putat, eventu funeſto.

Hoc anno ILL. TREW cum ſociis cepit edere *commercium literarum ad rei medicæ & ſcientiæ naturalis incrementum inſtitutum* Nürnberg 4. *.

In eo egit ERN. FRID. SCHMIDT de carne ſquamoſa exuberante in recto inteſtino, ex dyſenteria nata.

BACQUETI exemplum tibiæ corruptæ, a ſana parte ſponte diſcedentis.

J. GUIL. KRAUSII de ulcere ſcirrhoſo in pudendis feminæ ſanato.

J. IGNATII MAYR Pragenſis de utero oſſeo.

J. Henrici Rucker uſta manu periculum hydrophobiæ ab hominibus averſum, quos canis rabidus momorderat.

A. 1736. h. 47. rarum exemplum herniæ varicoſæ venæ cavæ dedit.

§. DCVII. A. Titsingh, Henric. Vylhoorn.

Abraham Titsingh, chirurgus Amſtelodamenſis polygraphus, acris homo & litigioſus.

Ej. primum eſt opus *heelkondige verhandeling over de ſteen en het ſteenſnyden van frere J. de Beaulieu uytgevonden*, *door* J. J. Rau *beſchaaft*, *& door* Jacob Denys *verdonkerd, en wederum opgehelderd door* A. Titsingh Amſterdam 8. * abſque anno, ſed prodiit a. 1731. In gratiam Sermesii & Vylhoornii ſcriptus acris libellus. Oſtendit Denyſium ἀναλφάβητον eſſe, artem arcanam Rauh minime revelaſſe. Hiſtorica multa de lithotomis Belgicis celebrioribus, de adminiſtrationibus memorabilibus, de variis veſicæ malis. Sermesium proſcriptum excuſat, ipſe quidem non lithotomus. Calculi urethram rumpentes. Belgicos chirurgos meliora doctos fuiſſe a Colloto, & ab eo apparatum magnum recepiſſe. Cyprianum & Ravium infauſtos paſſim eventus expertos eſſe: Gomarum a Bortel felicitatem ſuam debuiſſe lentæ operationi. Exempla calculi, quem chirurgus non reperiſſet, cum vere tamen adeſſet. Franken a ſectione vinum injiciebat. Contra accuratam deligationem & turundas. Beneventium, Lakeman & Bortelium voluiſſe veſicam incidere.

Ej. *heelkondige verhandeling over de tegen natuurlyke ſplytinge der ruggegraat* Amſterdam 8. * abſque anno, ſed eſt anni 1732. In Vylhoornii, quam continuo dicemus, diſſertationem acris epiſtola, forte quod Amſtelodamenſes & Academicam inſtitutionem Vylhoornus ſpreviſſet. Negat a curvato fetu vertebras findi: vulgarem iſtam cauſam eſſe, ſpinam bifidam raram, neque in partu difficili naſci, cum ſæpe fetus vehementiſſime complicetur, & nihil fiat ſimile. Malum eſſe de hydrocephali genere, & congenitum, nonnunquam tamen poſt partum ab externa naſci injuria. Multa exempla propria & communicata. Medicinæ dignitatem contra chirurgos tuetur.

Ej. *de verdonkerde heelkonſt der Amſterdamers* Amſterdam 1735. 4. *. Pentateuchus eſt chirurgicus, ſ. de vulneribus, ulceribus, tumoribus, abſceſſibus, fracturis & luxationibus. Totum opus fere fit hiſtoriis morborum & curationum chirurgicarum, non ſine multa litigatione cum aliis medentibus. Ita de vulneribus, omnia enim proſequi nimium foret. Lycoperdon ad conpeſcendum ſanguinem noſter præfert. Vulnera faciei fere emplaſtris tenacibus curat, per fila adductis: palpebras tamen ſutura intertorta continet. Membranaceum quid viſum impediens in humore aqueo vidit fluctuare, quod denique evanuit. Exempla humoris aquei facile reparati a ſola quiete. In magno vulnere a vitro facto etiam acus filo intortas retinuit. Non debere, ut ſoleant in *Hôtel-Dieu* Pariſinorum, angulos vulneris reſecari. In naſo ſutura etiam cruenta uſus eſt, ut cartilaginem vitaret. Vulnus

Vulnus aſperæ arteriæ & jugularis venæ ſanatum, fiſtula lignea in arteriam data. Sic gulæ vulnus RAVIUS ſanavit. Vulnus brachii, pectus etiam & pulmonem vulnerans. Vulnus veſicæ urinariæ abſque turundis curatum. Vulnera meningum, dum aditus late pateat, nulla facere ſymptomata. Morſus ſimiæ ſanatus; (malignos eſſe memini, ut BOERHAAVIUS ob hortulanum graviter læſum ſuam ſimiam occiderit). RUYSCHIUM fere in ſphacelo ſpontaneam ſeceſſionem mortuæ partis exſpectaſſe. Sphacelus a ſtricta deligatione. Iterum vulnera ſtlopetaria abſque turundis & ſetaceis feliciter ſanata. Non debere in glandes plumbeas nimis curioſe forcipibus inquiri; retineri abſque malo, etiam fragmenta, multis adductis exemplis. Ex diploe glans exemta bono eventu. Tibiam frequenter findi, ſeque ipſum id malum eſſe paſſum. Se male conſolidata fractura crus ſecundo fregiſſe & ſanaſſe. Bis ſanata fractura colli femoris: præſtantiſſimum in fracturis emplaſtrum de colophonia. Femur fractum ita conferbuit, ut in media fractura libere flecteretur. Ut extendatur, quod curvum ſit. Immobile poſt fracturam brachium balneis mollitum. Ulna & radius reſecti, cum per cutem erumperent, felici eventu. Gangræna a frigore in Spizbergia balneo frigido ſanata. Gangræna ſenilis medicamentis compreſſa, cum jam digiti eſſent delapſi. Sanata cum profundiſſima carie. Gallos amputationibus nimis indulgere. Tibiæ de articulo decedentis exemplum. A vulnere tendinis pluſculis diebus exiguus dolor. Anthrax dorſi in ſola cute reſidens. Ejecta turunda, molli deligatione vulnus pectoris graviſſimum ſanatum. Vulnus renum lethale cum convulſionibus (nervorum, ut puto, lumbalium). Iterum tendinum puncturas intra paucos dies abſque ſymptomate ſanari, callum vero ſæpe grandiuſculum ſupereſſe, quo tendo diſſectus coaluit. Adduci debere ſegmenta diviſa tendinis, non conſui, per exempla. Fractum femur ſanatum ut in medio oſſe liber motus eſſet. Ut femur extendatur: non debere in rectitudinem reſtitui, cum a natura curvum factum ſit. RUYSCHIUM in ſe ipſo fracturam colli femoris non adgnoviſſe.

EJ. *Cypria tot ſchrick van haar bonds genooten en redding der geſtruikelden eerſte deel* Amſterdam 1742. 4. * *tweede deel* 1742. 4. *. Nugator non illepidus, in omnia aliena diffuſus: chirurgos nunc medicis geſtit præponere, SCHACHTIUMque BOERHAVIO: iratus quod in judicio & relatione de morbo cum medico ei non potuiſſet convenire. De lue venerea alias dicemus, multa vero non inutilia ex ſua multiplici experientia ſuisque itineribus adducit. Agit etiam de fiſtulis, uteri prolapſu, caruncculis & herniis.

EJ. *Diana ontdekkende het geheim der dwaazen die ſig vroedmeeſters noemen* Amſterdam 1750. 4. *. Fuſiſſime de lite, quæ intercedebat inter collegium chirurgorum & collegium pharmacopolarum cum medicis conjunctorum, potiſſimum etiam contra ROELLIUM, qui de chirurgorum in obſtetricia imperitia publice conqueſtus obtinuerat, ut nemo eam chirurgiæ partem poſſet exercere, niſi qui a medicis eorumque collegis pharmacopolis dignus eſſet judicatus. Multa de antiquitatibus collegii chirurgici Amſtelodamenſis, de prælectoribus chirurgiæ, MARTINO ÆDITUO, J. FONTEYN, N. TULPIO, RUYSCHIO. Ob anatomica etiam

etiam privilegia cum medicis litigat, quorum collegio ſuam, ut antiquiorem artis medendi partem, præponit; de BRUYN excuſat, qui uterum prolapſum reſecuerat, & alium chirurgum, qui fetui caput avulſerat. DEVENTERIUM & DENYSIUM in ſenio infelices fuiſſe. Contra laminas ROONHUYSIANAS, matres lacerantes, pueros necantes. Denique magiſtratus decrevit, obſtetricios homines a duobus chirurgis quidem, ſed præſentibus tribus medicis debere recipi: hæc infelix pugna VYLHOORNIO mortis cauſa fuit. Iterum de ROONHUYSII laminis; ad mortuos tantum fetus educendos eſſe inventas, pretio vendi enormi &c. Nullum inſtrumentum peritæ manui æquari poſſe. Ut elapſus uterus reponatur. Artificia ad expediendum partum difficilem. Caput incuneatum repellit, & ab oſſe pubis cochleari detrudit. Pelvim plerumque etiam majori capiti transmittendo ſufficere. Dolores balænaria virga ſuſcitat, in uterum data. Vivo puero, cujus arteriæ ſanguinem dabant, reſectus humerus. In feminis male formatis os uteri obliquum reperiri; ei malo ſe mederi, matre ita in lecto diſpoſita, ut alter pes altior ſit. Fiſtula ani in gravida feliciter ſecta. A. 1722. Cæſaream ſectionem feliciter fuiſſe adminiſtratam. Femina, quæ abſque partu fetum retinuerat, & quinquies interim conceperat; ei enata eſt fiſtula, per quam dilatatam fetus nonnihil corruptus extractus eſt. ROGERIUM van ROONHUYSE duobus corneis cochlearibus uſum eſſe, quorum ſingulum ſingulo capitis lateri adplicabat. Eo inſtrumento dimota fuiſſe oſſa pubis, ut ſuper ſe invicem moverentur, ruptam etiam vaginam. Coccygem cochlea propria repellit. Eadem inſtrumenta balaenario poſſe vaginam dilatari. Pro aſcitica habita officula egeſſit.

EJ. *ruſtuuren beſtoit tot opbouw der heelkonſt* Amſterdam 1751. 8. *. Epiſtolæ variorum ad TITSINGHIUM datæ, ejusque conſilia, ut cuique malo optime ſubveniatur. CORNELII PLEVIER epiſtola de Pariſinorum chirurgia, omnino lectu digna: infeliciter fere operari, non quod ferro male utantur, ſed quod & ante operationem & poſt eam, ægrum male medicentur. Trepani uſum, lithotomiam, fiſtulæ ani curationem fere infeliciter cadere, hanc quod materiem calloſam, margines & tegumenta removeant: male vulnerum angulos turundis repleri, male cutis angulos in trepanatione reſecari. Animadverſiones in SCHLICHTINGII editionem artis obſtetriciæ PLEVIERII; & pro ſua gaſtroraphia. Chronicam paralyſin ſublatam fuiſſe, cum humor cerebro imminens per paratum aditum emiſſus fuiſſet. Sanatum vulnus renale. Epiſtola BOERHAAVII, qua in anevryſmate perpetuam conpreſſionem ſapienter & feliciter commendat: eo in caſu noſter non vult arteriam ligari. Paracenteſin ſæpiſſime funeſtum effectum ſortiri. Luxationis femoris veræ exemplum: etiam aliud, in quo a violentia extus ingruente ligamentum teres ruptum ſit. Primum GERARDUM BORST RUYSCHIUM docuiſſe, quando femur pro luxato habetur, plerumque collum ejus oſſis fractum eſſe: RUYSCHIUM in ſe ipſo collum femoris fractum non adgnoviſſe. Ex vulnere bronchi emphyſema univerſi corporis: etiam palpebrarum. Vulnus, in quo culter per ipſam coſtam penetravit. Olea & acria medicamenta non convenire

nire duræ cerebri membranæ vulneribus, ſed mel utique roſatum. Vulnus cruris, cum arteria tibialis læſa eſſet, ea reſecta, poſt aliquot horæ minuta lethale. Inteſtini vulnus a bubonocele, de quo cibi exibant, ſimpliciſſima curatione celeriter ſanatum. Hernia incarcerata tertio die ſanata, alias die nono. In hernioſis noſter vidit omentum induratum ſacco herniæ & vaſis ſpermaticis adcreviſſe. Spongia in veſica ſuilla fomentum in hernia optimum. Vena ita debet incidi, ut vulnus triangulum referat, ejus baſis cutis ſit, quæ latius quam vena aperiatur. Potuiſſe arteriam ulnarem conpreſſione ſanari, quando læſa fuerat. In anevryſmate non debet ſolus tumor conprimi. Vitriolo albo ſanatum anevryſma. Vulnus arteriæ axillaris ſola preſſione videbatur bene eventurum. Vulnus inteſtini per hecticam febrem funeſtum, cum ſuperior vulneris pars jam adhæreret: ſed fæces inter muſculos abdominis erant elapſæ. Exemplum inteſtini repoſiti & gaſtroraphiæ. Infelix abdominis paracenteſis. Reſectæ apophyſes radii & ulnæ, quæ per vulnus prodierant, & tamen ſanatum vulnus. Apta deligatione fracta patella conferbuit, & dari, qui fracta patella ambulent. Luxatum femur, ut æger pro lubitu reponeret. Decimo ætatis anno natam ſe vidiſſe ſpinam bifidam, plerumque tamen congenitam eſſe. Femur, cujus colli tres quartæ deletæ, & trochanter erat in acetabulo. Patella utraque fracta. Funeſtus cancer exulceratus glandulæ maxillaris, & carotis eroſa: etiam alias cancer ſubito ruptus, & funeſta hæmorrhagia.

Ej. *geneeskonſt der heelmeeſters tot dienſt der zeevaart* Amſterdam 1752. 8. * Pleraque quidem medica ſunt: monet tamen ſe abſceſſum diaphragmatis incidiſſe, curaſſe. Argentum vivum negat tumori parotidum convenire, aut maxillaris, aut thyroideæ glandulæ. Scorbuticorum artus funeſto eventu amputari.

§. DCVIII. Henricus Vylhoorn.

Et ipſe chirurgus Amſtelodamenſis, Pariſiis edoctus. Ejus eſt *noodig denkbeeld van ſpina bifida van* A. Titsingh Amſterdam 1732. 8. *. Malum eſſe a vertebrarum per medium fiſſarum ſpinis diſcedentibus; hujus vitii cauſam iterum eſſe in præcipiti ſitu corporis fetus in utero, quando caput nequit ſe præceps dare. Inciſionem merito rejicit.

Ej. *tweede vertoog over het ongemak van de ſpina bifida tot weder antwoord aan* A. Titsingh Amſterdam 1733. 8. *. Multo amplior libellus. Acriter adverſarium excipit: ei ignorantiam in curando exprobrat, qui toties ſuum auxilium coactus invocaverit. Non ab imaginatione materna, ſed a complicata in lumbis dorſi ſpina hanc findi, & una pedes incurvari, ut frequenter paralyſin patiantur, ex medullæ ſpinalis preſſione. Chirurgicæ artis honores contra medicos tuetur.

Ej. *korte voorſtelling wegens een nieuw uytgevonden Pompſpuyt* Amſterdam 1740. 4. *. Duo ſunt gemelli ſiphones, qui duobus tubulis in catheterem bilocularem ſe inſerunt; eorum ſiphonum alter liquorem pellit, ſugit alter: ſcopus eſt ca-

vere, ne in hypogaſtrica calculi ſectione veſica nimis diſtendatur. Fatetur herniam veſicæ ſibi obtigiſſe, quam non putaverit locum habere poſſe. In anguſta veſica, qualis ſæpe in calculoſis reperiatur, liquorem feliciter injici. Veſicam lapidea nonnunquam cruſta obliniri; poſt excoriationem calculum omnino poſſe adhærere, utiliter in eo caſu liquores injici ſaponaceos, tum molles, quando pingue veſicæ linimentum periit. In vulnerata veſica non debere permitti, ut multum lotium colligatur. Bonas eſſe injectiones, quoties coactus ſanguis in veſica collectus adeſt. In pectoris vulneribus & abdominis, quando humores effuſi ſunt, utiliter adhiberi.

In hoc inſtrumentum nonnulla emendat anonymus in parvo libello. *Verbeeterende aanmerkinge op de nieuw uytgevondene pompſpuyt* Amſterdam 1754. 4. *. Vocat ſe M. D.

Idem Heisteri *inſtitutiones chirurgicas* Belgice reddidit Amſterdam 1741. 4. * & varie auxit, inſtrumentis potiſſimum a ſe ipſo inventis & correctis, ea enim ſua manu ſolebat parare. Tabori inſtrumentum ſibi vindicat, a ſe Taboro datum. Machinam Petiti emendavit, chalybeam Heisteri rejicit, qua brachium in claviculæ fractura retrorſum urgere volebat. Machinam habet, qua arteria læſa ſola conprimatur. Porro plurima ſua propria dat conſilia. In prolapſa uvula refrigerantibus utitur. Tonſillas ſpiritu vitrioli tangit, & ſcirrhoſas cauterio adurit. In odontalgia cauterium negat mederi. Labium leporinum ſanari poſſe adſerit, etiam quando oſſium adeſt intervallum. Non ante 40 diem ſe id labium conſuere. Cum glandulam maxillarem vellet excidere, mors pene ex hæmorrhagia ſupervenit. In fractis naſi oſſibus calamos rejicit. Freno inciſo ſe loquelam reſtituiſſe. Epulides ſæpe cariem habere conjunctam, tuberculoſas debere reſecari, facile enim in cancrum tranſire. Laminæ ad palatum ſupplendum æneæ. In trichiaſi vulſis pilis ignem adhibet. Fiſtulas lacrumales ſola vidit injectione ſanari, cuneo non utitur: uſtionem abſque canale inſtituit. Tumores oculum inter & palpebras totos delet, reliquias vitrioli oleo deſtruit. Pterygium acu ſuſceptum amputat, reliquias ſpiritu vitrioli conſumit. Staphyloma non vult ligari. Corneam tunicam ſæpe feliciter perforari vidit: in magno malo debere & corneam excidi, & proximam ſcleroticam. Fungos oculi exciſos ſæpe redire; acu trajectum exſtirpavit. Magnum aſperæ arteriæ vulnus ſanavit, tum alterum, in quo pars œſophagi reſecta erat. In vulneribus pectoris Heisteri cannulas nimis longas eſſe. Suctionem probat. Ex hernia femorali frequentiores ſibi ægrotos interire. Umbilicales hernias ſæpe inſanabiles eſſe, omentum repoſitionem impedire, debere duplici circulari lamina conprimi. Herniam ventralem ab ignaro chirurgo apertam fuiſſe, & una inteſtinum. Enormium herniarum exempla, cum ampliſſimo anuli hiatu: eſſe in quibus æger repoſita inteſtina ferre nequeat. Quibus in herniam ſit elapſa inteſtini appendix, eos ea per gangrænam deſtructa commodius habere. Ad bracheria præfert laminas chalybeas frigide malleo percuſſas. Sacco ligato, ut Sermes ſit ſolitus, hernias facile recruduiſſe. Omentum craſſum reſecari debere, id ni fiat ægros a repoſitione deterius habere. Pro frigido

gido fotu, & pro maturanda inciſione. Embrocha inutilis. Hydrocele ab equitatione ſoluta. Exemplum hæmatoceles. In hydrocele infantibus acus triquetra. Plenæ curationis modus: periculoſius inciditur, quando acu ſæpius jam eſt perforata. Dextrum teſtem frequentius indurari, ejus tumores periculo plenos eſſe. A caſtitate ſarcocele. Emplaſtrum HEISTERI nocere ob admiſtum adipem. Quæ teſtem ambeunt ea vix indureſcere, quin & ipſe corruptus ſit. Umbilicus in hydropica bono eventu ruptus. Laudat ſcarifationem crurum. Cannulam in vulnere paracenteſeos relinquit. Signa colli femoris fracti, quod genu magis extrorſum vertatur &c. Luxationem patellæ lateralem vidit. Immaturos abſceſſus non debere aperiri. Turundas ex filis mollibus a Belgis optime parari; carptum Gallicum ex laceratis pannis minus convenire. Raro turundas prodeſſe. Gangrænam a debilitate profundas inciſiones poſcere & calida fomenta. Prætereuntes globos tormentarios ecchymoſes facere: lætas requirere inciſiones, etiam faſciæ latæ. Non utendum forcipibus, ſed dilatandum. Arteriæ brachialis vulnus bis amputatione ſanatum. Magnum anevryſma arteriæ intercoſtalis & ſpermaticæ. Anevryſma carotidis. A venæ ſectione nata anevryſmata fere mortem inferre. Arteriam inciſam totam reſecari debere.

§. DCIX. VARII.

G. SMITH, chirurgi & pharmacopolæ Kendalienſis, *inſtitutiones chirurgicæ or principles of ſurgery* London 1732. 8. *. Artis ſuæ compendium. Totum eſt in medicamentis. Acerrimæ naturæ veneni cancroſi & contagioſi.

JOH. HOOGVLIET, chirurgi, *konſt van wonden te ſchouwen en van dezelve doodelykheyd te oordeelen* Amſterdam 1732. 8. *. Apparatum mechanicum deſcribit, qui ad vulnerum inſpectionem requiritur. Ob ignorantiam chirurgorum medicum etiam ad relationem acceſſiſſe. Recte, raras ſanationes vulnerum lethalitatem non tollere. Arteriarum vertebralium vulnera funeſtis adnumerat, renumque, niſi leviſſima fuerint, tum bronchi, ſepti transverſi. Simplex, neque ſupra vulgus adſpirans ſcriptor.

In JOSEPHI POZZII *commercio epiſtolico* Bonon. 1732. 4. * aliqua huc faciunt, ut experimenta de humoris aquoſi regeneratione, non ita cryſtallinæ lentis.

In CAR. GIANELLA *ſaggio de medicina Italiana* 1734. 4. * de iſchuria funeſta refertur, cum ren alter calculis plenus & veſica gangrænoſa eſſet.

In EJUS diſſ. *decade* I. *decima eſt* de anthrace, ejusque in celluloſa tela ſede. Venet. 1748. 8. *.

GARSAULT *anatomie générale du cheval* Paris 1732. 4. PORT. 1755. 4. * &c. morbos etiam habet chirurgicos, *farcin*, *morve*, tumores varios, vulnera, contuſiones, anevryſmata, fracturas, luxationes, cariem &c. machinas, quibus medicus veterinarius utitur, medicamenta.

BRYAN ROBINSON *animal œconomy* London 1732. 8. 1738. 8. Contra cantharidum uſum.

In l. *de operatione med.* aliqua huc faciunt. Fiſtula ani lente ſanata verum: vomitu repetito moto & pota aqua marina.

In LUDOVICI JOHANNIS le THUILLIER *obſervationibus medico practicis* Paris 1732. 8. caput eſt de abortu, & alterum de nephritide. Emphyſema per errorem pro abſceſſu habitum & inciſum.

EJ. *conſultations de medecine* T. I. Paris 1739. 12. T. II. 1743. 12. T. III. 1745. 12. T. IV. 1747. 8.

In *Vol.* VIII. *Nat. Cur. obſ.* 46 lactis uſus poſt paracenteſin ſalutaris.

EJ. diſp. *E. dubio hepatis in abſceſſu præmittenda incidendi loci perforatio* Paris 1744. 4. & in meis *ſelectis.* Nempe acus triquetra abſceſſum hepatis revelavit, quem inciſio non detexerat. Emphyſema repertum ubi exſpectabatur abſceſſus.

D. OTTO JUST WREDEN olim amici noſtri, *kurze Anweiſung zur chirurgiſchen Praxi in welcher die Wunden abgehandelt werden, nebſt einem Anhange von den Eigenſchaften eines rechtſchaffenen chirurgi* Hanover 1732. 8.

EJ. *Unterricht vom chirurgiſchen Feldkaſten* Hanover 1743. 8.

J. BAPT. MUNNICH *von zwey durch einer Durchſchlag in Oſterwyck gerührten Perſonen* Halberſtatt. 1732. 4. *.

J. WILHELM KINDL *inſtitutiones chirurgicæ, oder Anweiſung zur Wundarzney* Augſpurg 1732. 12.

Die ſpagiriſche chirurgie oder Wundarzney vor alle Krankheiten der Haut Schneeberg 1732. 8.

In *Dictionnaire univerſel des arts & des ſciences*, par M. D. C. Paris 1732. fol. voces etiam chirurgicæ reperiuntur.

PAULUS GOTTLIEB WERLHOF, illuſtris medicus & cariſſimus olim amicus noſter. In EJUS *obſervationibus de febribus præcipue intermittentibus* Hanover 1732. 4. *. 174 . 4. * excuſis, de vi corticis Peruviani ad conpeſcendas hæmorrhagias utiliter agitur.

In *Comm. Nor.* 1733. h. 34. exemplum ſectionis calculi hypogaſtricæ, & felicis eventus.

H. 50. de rene deſtructo, cum ureteris ingreſſum lapillus obſideret.

A. 1734. h. 1. de feliciter morti ereptis in hernia incarcerata per ſectionem ægrotis, & de corticis Peruviani in gangræna efficacia.

Reglement pour une Academie de Chirurgie Paris 4. Janvier 1732.

Statuts pour la communauté des maîtres Chirurgiens Jurés de Paris Paris 1732. 4.

Lettre

Lettre ſur le reglement pour l'Acad. de Chirurgie Paris 1732. 4.

Prix propoſé par l'Academie de Chirurgie pour l'année 1732. 4.

Avis au ſujet du prix propoſé par l'Acad. de Chirurgie pour 1732. Paris 4.

Lettre a MM. les Doyens & DD. Regens de la fac. de Medecine.

Lettre d'un étudiant de medecine a MM. les Chirurgiens de S. Côme au ſujet de leur programme ſur les tumeurs a exſtirper ou a ouvrir Paris 1732. 4.

§. DCX. Diſputationes.

Georg Christoph Detharding, prof. Roſtochienſis.

An ſub depreſſione cranii hujus elevatio ſit neceſſaria Roſtock 1732. 4. Boehm.

De ſitu corruptis partibus corporis humani ib. 1739. 4. *.

De reſtitutione ſcroti ſpontanea ib. 1739. 4. Hef.

De fungo articulorum ib. 1743. 4. *.

De corticis chinæ efficacia in gangræna & ſphacelo adhuc dubia ib. 1746. 4. *.

De fetus abortivi excluſione ib. 1748. 4. *. Non facile abortum fieri.

De febribus vulnerariis ib. 1754. 4. *.

De Cambuca Paracelſi ib. 1756. 4. *. nempe de cancroſis genitalium ulceribus.

De operationibus quibusdam chirurgicis temere inſtitutis 1756. de Hilmeri, Taylori audacioribus, quas carpit, adminiſtrationibus.

J. God. Mayfeld *hiſtoria partus difficilis ex ſpaſtica ſtrictura uteri circa placentam* Altdorf. 1732. 4.

J. Knapius *de medicamentis, quæ partum facilitant* Leid. 1732. 4.

Conrad Wesenfeld *de inverſione uteri* Præſ. J. G. v. Bergen Francf. Viadr. 1732. 4. *. Conf. p. 17.

J. Frid. Ziesner *rarus œſophagi morbus* Regiomont. 1732. 4. *. Vitium deglutitionis & œſophagi; ulcus cum ſphacelo & rupta gula.

Corn. Gladbach *de inſtrumentis in quovis partu difficili non niſi ſumma urgente neceſſitate adhibendis* Leid. 1732. 4. *. Pro incidendo capite commendat *le biſtouri caché.*

J. M. Elfers *de calculis* Leid. 1732. 4.

Jomville contra reticulum Ammani & pro ſolius manus in partu expediendo. Lego Paris 1732. prodiiſſe.

Jac. Fourneau & Ott. Casimir Barfeknecht, *E. noxiæ vulneribus turundæ* Paris 1732. 4.

Michel Reneaulme & Achill. Fr. Fontaine *non E. mammarum καρκίνωμα, vulgo cancer, ſectione curandum* Paris 1732. 4.

Raym. Jac. Finot & Lud. Mar. Pousse *E. tumorum externorum ſuppuratio reſolutioni præferenda* ib. 1732. 4.

Lud. Lemery & J. B. Chomel *E. in partu difficili manu potius quam inſtrumentis utendum* ib. 1732. 4.

Petr. le Tonnelier & Hyac. Th. Baron fil. *non ergo fracto cranio ſemper admovenda terebra* ib. 1732. 4.

Phil. Hecquet & Ott. Cas. Barfeknecht *non ergo quos morbos non ſanat chirurgiæ ferrum ſanat chemicus ignis* ib. 1732. 4.

Antonius Ferrein, celebris inciſor, Ej. *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1732. 4. *. Inter eas eſt quæſtio in hæc verba, *quinam ſint præcipui, quomodo explicentur & curentur lentis cryſtallinæ morbi* (in meis *ſelectis* recuſa). Poſteriorem omnino ſedem cryſtallinæ lentis debere perforari, ut anteriori hemiſphærio capſulæ caveatur.

Ej. *non ergo fiſtulæ lacrymali cauterium actuale* Paris 1738. 4. * præſide D. Lety & in meis *ſelectis Anat.* Os unguis tamen perforat.

In *hiſt. de l'Acad.* 1743. mirificam habet hiſtoriam medullæ ſpinalis enſe trajectæ, per annos toleratæ, ut etiam ſuccus oſſeus in exoſtoſin exuberaverit.

Ej. *élémens de chirurgie pratique*, poſthumum opus a Hugone Gauthier diſcipulo Ferreni edi cepit Paris 1771. 8. *. Liber didacticus, in quo chirurgi Mertrud fere artificia citantur. Mitis neque præceps in periculoſis adminiſtrationibus, qui hernioſum hominem imminenti cultro eripuerit, & abſque ferri auxilio ſanaverit. Turundas raro locum habere. Oſſa denudata non adeo neceſſario *exfoliari*. Petiti ſcalpellum ad aperiendum pectus laudat. Omentum vetat vinculo intercipere. Inteſtinum tamen pellionis ſutura conſuit. Hydropem cyſticum paracenteſi ſanavit. Perforationem Bellostianam deraſioni oſſium præfert. Trepanum periculi habere plurimum.

§. DCXI. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 422. Atretam, cui a membrana præter naturam nata menſes retinebantur, Claudius Amyand, chirurgus regius, cultro curavit.

Id. n. 449. aperuit abſceſſum, per quem pluſculi calculi bilarii deceſſerunt.

Id. n. 450. bubonocelen cum fæcum vomitu incarceratam incidit, quam omentum fecerat, quo in abdomen repoſito malum ſublatum eſt: & in univerſum omenti in ſymptomatibus herniæ ſupervenientibus, magnas putat partes eſſe.

Ejus epiſtola favens Stephaniæ eſt in collectione Gallica 1740. 12.

Hernia umbilicalis congenita.

N. 423.

N. 423. MELCHIOR, chirurgi, hydrops ovarii, quinquageſies ſepties paracenteſi levatus, denique funeſtus.

N. 426. JOHANNES SHIPTON, chirurgus, de corticis Peruviani in gangræna utilitate. Germanice Nürnberg 1760. 8. *. 1769. 8. *.

In *Act. Lit. Suec.* H. M. HOFMANNI, chirurgi, machina deſcribitur, qua lingua nimis ampla & propendens confirmata eſt, ut tuto ejus potuerit amputari, quantum erat neceſſe, felici omnino eventu.

In *Commerc. Lit. Nor.* 1732. JOSEPH BIENER de fetu retento & tabefacto, partim per umbilici abſceſſum & partim per vaginam excreto.

Anonymi aliqua ad abortus.

J. SEBASTIAN STEUVE de veſicæ & uteri exulceratione.

J. JUSTI FICK de abortu ob placentam ſcirrhoſam.

J. CHRISTOPHORI FISCHER de acu periculoſæ figuræ abſque noxa deglutita.

SALIEN de calculo periculoſiſſime muricato.

J. JAC. GELHAUSEN de morte ex inciſa paronychia ſuppurata.

Hoc anno chirurgica academia primum convenit, de qua alias plura dicenda erunt.

Eadem præmia iis propoſuit, qui optime ad quæſtiones chirurgicas reſponderent conf. p. 149.

§. DCXII. THOMAS GOULARD.

Chirurgus Aletenſis, deinde Monſpelienſis.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1732. retulit de femina, cui uterus in partu evulſus reſectus fuit, funeſto quidem denique eventu.

Omenti oſſei exemplum.

In *Memoir. de l'Acad. Roy. des ſcienc.* 1740. deſcribit & depingit acus ad ligandas arterias, potiſſimum etiam intercoſtales; alia inſtrumenta ad ſetaceum per nares ducendum, ad continendas coſtas fractas.

EJ. *memoires ſur les maladies de l'urethre & ſur un remede ſpecifique pour les guérir* Montpelier 1746. 8. *. Pezenas 1760. 8. Cereos ſuos laudat, & præfert DARANII cereis, qui irritent: ſuis ſe carunculas ſuperare. Eas ſpatium in urethra duorum triumve pollicum occupare, & ſæpe duas vel tres una adeſſe. Liquorem laudat ad cancrum, ulcera ſcrophuloſa (nempe plumbi diſſolutionem). Ægrorum quos ſanavit teſtimonia.

EJ. *lettre à* M. de la MARTINIERE *ſur les bougies pour les carnoſités de l'urethre* 1751. 8.

EJ.

Ej. ep. ad D. Lamorier de pomata ad ſcrophulas ſalutari.

In *eſſ. de l'Acad. de Montpelier* 1751. agit de ſuo remedio ſaturnino, ad omnes inflammationes & ad contuſa utiliſſimo.

Ej. *tr. ſur les effets des preparations de plomb & principalement de l'extrait de ſaturne de Goulard* Montpel. 1760. 12. 2. vol. lego etiam Pezenas.

Ej. *œuvres de chirurgie* Liege 1763. 12. 2. vol. Pezenas 1766. 12. 2. vol. Montpel. 1770. 12. 2. vol. *. *Chirurgiſche Schriften* Leipz. 1767. 8. Lubeck 1772. cum præfatione Zach. Vogel.

Primum de viribus medicatis plumbi, nempe lithargyrii in aceto diſſoluti, deinde aquæ miſti, cum pauxillo ſpiritus vini: porro unguento & cerato plumbi. Vires horum medicamentorum in angina, etiam gangrænoſa, in paronychia, in ophthalmia, in contuſis, ambuſtis, vulneribus ſtlopetariis, a quibus noſter emollientia medicamenta vult abeſſe. Porro in ulceribus, fiſtulis, cancris, articulis ſubluxatis & debilitatis, rheumatiſmo, herpete, ſcabie, hernia incarcerata. Putrefactionem ſanguinis a diſſoluto plumbo impediri, ancyloſin unguento curari. Remedia ſua candide aperit, quæ etiam ego fida reperi.

In P. 2. libellus de carunculis redit, quæ ſint tumor cavernoſæ naturæ urethræ, & membranæ ejus canalis internæ inflammatio; illam a conpreſſione ureterum ſuperari, neque in cadavere conſpici. Totam urethram huic malo eſſe obnoxiam. Huc etiam cicatrices pertinere, & plicas interni velamenti, & tumentes glandulas, & alias anguſtationes urethræ. Fiſtulas pariter cereis ſuperari; etiam ubi Daranii induſtria fruſtra laboraverat. Urethra carunculis plena, & paſſim perforata, cereis & plumbo ſe paſſa eſt curari. In urinæ incontinentia ſolutum plumbum injicit.

In Germanica editione, quam M. Wichmannus Lubecæ edidit 1767. 8. confirmavit editor plumbi uſum in oculorum inflammatione, ambuſtis, mammarum inflammatione, cancro occulto & exulcerato aliisque malis ſibi ſatisfeciſſe.

In *Mem. de Montpel.* 1745. Goulardus egit de laterali operatione, qua uſus ſit. Reperiri apud H. Franco & Celsum. Nullo noſter adjutore utitur. Per laminam lithotomi inſtrumenta in veſicam ducit, in ipſam veſicam, & celerrime operatur abſque hæmorrhagia: ex 34. inciſis hominibus ſeptem amiſit. Celerius ſe & tutius, quam Angli ſecare.

§. DCXIII. Varii.

J. Philippus Burggrav, junior, medicus Francofurtanus, noſter olim amicus, in *Comm. Lit. Nor.* n. 34. egit de maxima cranii fiſſura, dum illæſa erant velamenta calvariæ.

In

In *E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 126 uteri & veſicæ urinariæ prolapſus & in veſica calculus.

Obſ. 128 apoplexia ex clauſis antiquis ulceribus.

Vol. V. *obſ.* 80 mors ab ingreſſu mutuo inteſtini ilei.

Vol. VI. *obſ.* 130 ab ictu late cerebrum inflammatum & ſuppuratum, ſero demum & die 21 poſt convulſiones lethale.

Vol. VII. *obſ.* 1 parotis ſcirrhoſa feliciter exſtirpata.

Vol. X. *obſ.* 38 de corporibus alienis per urinam decedentibus. Ipſe de uvis paſſis majoribus, deinde de oleribus, denique prunis ea via excretis, quam ſatis intelligit noſter, non ducere per renes.

N. A. N. C. Vol. I. *obſ.* 78 cutis capillata capitis evulſa feliciter reparata.

Idem edere cepit *Lexicon medicum univerſale* Francof. 1733. fol. *, cujus duæ tantum literæ pridierunt, in quo etiam chirurgica continentur.

In *epiſtolis ad me datis* n. XI. proſtatæ funeſtum tumorem dixit, ſebacea materie plenæ. Fortiter momordiſſe hominem, cui tamen cranium ſuper orbitam late fiſſum erat, adeo gravi malo, ut mortem intulerit.

Georg Ehrhard Hamberger, profeſſor Jenenſis, jatromathematicus, in *Comm. Lit. Nor.* 1733. n. 14. agit de eadem anevryſmatis curatione, quam H. Teichmeyerus perfecit.

In *E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 83 a levibus vulneribus mylo & geniohyoidei m. impedita deglutitio.

Ej. diſp. *de luxatione & ſubluxatione.* 1736. 4.

Ej. *inflammationis pathologia* 1745. 4.

Ej. *inflammationis vera diagnoſis* 1746. 4.

Ej. *de ruptura inteſtini duodeni* ib. 1746. 4. *.

Ejusd. *de morte ſubitanea, omni aqua per paracenteſin abdominis ſimul educta plerumque contingente* Jen. 1747. 4. *.

Ej. *de attrahentibus* ib. 1749. 4. *.

Ej. *de ſcirrho* ib. 1751. 4. *.

Ej. *ulcerum pathologia* ib. 1753. 4.

Ej. *de gangrænæ inflammatoriæ therapia* ib. 1754. 4.

J. Georg Henr. Kramer, medicus caſtrorum Auſtriacorum, in eodem diario 1733. n. 46. de inteſtino vulnerato & in cute porro patente.

Tumor magnus in renum regione feliciter inciſus.

Id. n. 49. de calculo ſalivali.

Ann. 1735. n. 6. de nonnullis medicamentis calculum frangentibus.

N. 11. de medicamentis antilyſſis; valde certe ſuperſtitioſis: acetum laudat.

N. 43 pro deligatione umbilicalis funiculi.

A. 1740. h. 26. de morte ab ictu calcis equi, ex viſcerum abdominalium gangræna.

Ej. *medicina caſtrenſis* (Germanice) T. I. Wien 1739. 8. *. T. II. 1740. 8. *. Medicamenta & ciſta militaris, & conſilia ad vulnera, ulcera, fracturas, luxationes, cariem. Nimium videtur medicamentis tribuere, etiam ſpecificis. Maxima mala ad MAGATI modum ſanata fuiſſe. In penis vulneribus laudat acetum frigidum acerrimum. Emollientium uſu anevryſma ad minimum & durum tumorem redactum. Ulcus pectoris per cutem erumpens.

§. DCXIV. STEPHANUS HALES.

Rector in Farringdon Theol. D. phyſices experimentalis auctor ex præcipuis. EJUS *hæmoſtatical eſſays containing hæmaſtatiks* London 1733. 8. *. Gallice in recueil T. I. Paris 1740. 12. *. Magna pars pertinet ad calculum veſicæ & renum, & ejus chemicam analyſin & uberrimum aerem, tum ad medicamenta, quæ calculum diſſolvunt, inter quæ eſt fervens cum lixivo ſale vitrioli ſpiritus. Liquores etiam varios in veſicam inpulit, qui calculum ſolverent; neque veſicæ nocere reperit: catheterem eo fine bilocularem invenit, & forcipem qua calculus ex urethra extraheretur. Ceparum ſuccum ſatis potenter calculum reſolvere expertus eſt. Nocere aquas duras materia prægnantes tartarea. Belgice exſtant *in uytgeleezene natuur kondige verhandelingen* P. I. 2. ſt. P. II. 1. ſt. Amſterdam 1735. 8. *. 1736. 8. *.

Ej. *an account of ſome experiments and obſervations on M. Stephens medicines for diſſolving the ſtone* London 1740. 8. *. Gallice in T. II. ejus quem dicemus, *Recueil d'expériences ſur la pierre* Paris 1743. 12. *. Luſitanice *Relaçao de algunos experimentos e obſervaçoens feitas ſobre as medicinas de M. Stephens para diſſolver a pedra* Lond. 1742. 8. OSBORNE. In lixivio ſaponario confeſtim calculum diſſolvi, eam vero vim perire, ſi a calce id lixivium liberaveris: ab eodem lixivio partem calcis eſſe, quæ ab uſu medicamenti Stepheniani cum urina decedit. Sed etiam a ſapone cum aqua cocto calculum diſſolvi: & ab aqua calcis.

In *Phil. Tranſ.* n. 471. de modo liquores commode in abdomen injiciendi.

Ib. n. 477. de expediendo calculo per injectam aquam gummatam.

§. DCXV. VARII.

PETER du PUY, chirurgus & pharmacopola Enkhuſanus, EJUS eſt *vermaakelykheden omtrent de vryheyd der heelkonſt* Leyden 1733. 8. *. Contra D. VINKII, quem diximus librum, conatur oſtendere, vetuſtiſſimos medicos vel unice, vel

vel certe primario chirurgos fuiſſe: deinde ſervos illos medicos promiſcue & clinicos fuiſſe, & chirurgos, neque quidquam medicinam, uti nunc vocatur, habere prærogativæ. Romæ utique clinicos fuiſſe a chirurgis diverſos, ſed iſtos nihilo deteriori fuiſſe loco. Sordide ſcriptus & paſſim indoctus liber. Cochliodem fabricam (a cochlea dictam) vertit *lepels gewyze.*

CLINCH *hiſtory of the ſmallpox* Lond. 1733. 8. *. Huc aliqua.

Kurzer Entwurf was bey verfallender Wuth der Hunde zu beobachten München 1733. 4. Orichalci limatura, cynorrhodon &c.

J. STEPH. CANZLER's *unvorgreiflicher Information wie die von den iezt graſſierenden wütenden Hunden gebiſſene Perſonen zu tractiren* Landshut 1733. 8.

J. H. FRANKEN *vier hoofd handgreepen der heelkonſt* Amſterdam 1733. 4.

Actenmäſſige relatio facti & juris über den wieder J. CHRISTOPH SCHLICHT *chirurgum geführten Proceſs* Francf. 1733. 4. *. Fracturæ complicatæ pedis ſphacelus ſupervenerat, hunc chirurgo parentes imputabant, qui nihil ſe peccaſſe reſpondit.

CHRISTIAN GOTTLIEB TROPANEGGER *deciſiones medico forenſes worinn Urtheil und reſponſa über ſiebenzig ſchwere Caſus, ſonderlich de lethalitate vulnerum in 7. decurien ans Licht geſtellt* Dresden 1733. 4. *. Pleræque relationes nimis breves, & facilium caſuum, aut vulnerum adeo gravium, ut de eorum alioquin lethalitate potuerit dubium eſſe. Ex funiculo umbilicali non ligato funeſta hæmorrhagia, duobus in exemplis. Mors ex vulnere arteriæ & venæ mammariæ. Ab ictu pectori illato mors per hæmoptoen. Epidemicum in armentis ulcus linguæ.

J. AUGUST. OEHME *der expedite Feldchirurgus* Dresden 1733. 8. 1735. 8. * dedicatio data eſt a. 1730. In caſtris Imperialibus a. 1715. 1716, 1717. meruerat, arcanorum laudator, etiam neſcio cujus arcani ſui medicamenti; nimis etiam pulveri bezoardico tribuit & ſimilibus medicamentis, & neſcio cui mumiæ. Turcas vulnera quotidie vino eluere, adſpergere pulverem ſacchari, etiam origani, & decoctum pirolæ bibere. Præcipuos morbos chirurgicos percurrit, vulnera potiſſimum, formulasque addit & encheireſes: pars autem prior proprie ad chirurgiam facit. Non bene ait, arteriam brachialem vinctam nunquam non gangrænam facere.

J. HIERON. HERMANN *Samlung auſerleſener reſponſorum über merkwürdige u. dubioſe caſus* Jen. 1733. 4.

Edit du Roi portant ſuppreſſion de la charge de chirurgien operateur de la pierre, de laquelle eſt pourvu le S. TOLLET Paris 1733. & imprimé 1734. 4.

Table chronologique de tous les édits, declarations, lettres patentes, arrets du Conſeil, ſtatuts & reglemens, concernant les medecins, chirurgiens, acoucheurs, operateurs, ſagefemmes, barbiers &c. Paris 1733. 4.

MEDALON, junior tunc medicus, præmium ab Academia chirurgica Pari-

 ſina

ſina a. 1733. propoſitum meruit, diſſertatione in qua quæritur, Quinam tumores exſtirpari debeant, qui alii rectius aperiantur, & quibus in caſibus, quasque ob cauſas cauſticum cultro præſtet. In tumoribus cyſticis cauſticum medicamentum plerumque præfert, in ſuſpectis tumoribus ferrum. Aperiendos eſſe tumores, de quibus pus facile expurgatur, exſcindendos de quibus non eadem ſpes eſt, ſcirrhosque qui facile in cancrum tranſeant. Carbunculos totos exſtirpat. Corroſiva præfert in ſcrophuloſis tumoribus: in parotidibus utrumque auxilium conjungit, ferrum & erodentia.

DANIEL SIGMUND GOTTL. BEHRENS *de vulnere cerebri non ſemper abſolute lethali, oder Obſervation von einer gräulichen Verwundung des Gehirns* Francfurt 1733. 4. *. Cranii magnæ fracturæ & depreſſio, jactura cerebri, pene abſque ſymptomate curatæ, & cerebrum novo involucro ſubnato tectum.

A diſſertation on the gravel and ſtone London 1733. BOEHMER.

§. DCXVI. DISPUTATIONES.

J. LEMBKEN & J. BUCHOLZ auctor, *de ulcere inteſtini recti ſinuoſo* Greifswalde 1733. 4. * feliciter ſanati magni mali hiſtoria.

J. JOACH. SCHÖPFER *de hæmorrhagia vulneratorum* Roſtock 1733. 4.

J. HENRIC. RESPINGER *de vulnerum lethalitate* Baſil. 1733. 4. *.

J. ZELLER & ÆGIDIUS CRATO KECK auctor, *de ectropio, vom überſtülpten umgekehrten Auggliede oder plarrauge. Accedunt de cataracta membranacea obſervationes* Tubing. 1733. 4. * & in meis *ſelectis*. Duæ cataractæ membranaceæ; altera PINSONI cum opaca lente conjuncta, altera in vivo puero per pupillam eminens. Ectropii a MAUCHARTO curati diarium. Cum emplaſtra glutinantia in vulnere palpebræ non viderentur, ſufficere labia ſcarifavit & ſutura repetita conſuit.

CAR. ALHARD ADELUNG *de prolapſu inteſtini recti pro tuberculis hæmorrhoidalibus perperam habito* Hall. 1733. 4. *. Præſide J. JUNCKER. Elabi tantum inteſtini internam tunicam, ut ex equis adpareat.

J. J. M. MANUEL HORNUNG *de parturientium ſitu* Argentor. 1733. 4. BOEHMER.

TIMETHEUS FRANC. van KLINKENBERGH *de verrucis* Leiden 1733. 4. BOEHMER. PL.

J. JAC. KNAPIUS *de medicamentis quæ partum facilitant* Leid. 1733. 4.

MICHAEL VOLCAMER *de otalgia* ib. 1733. 4. HÆNEL.

GERARD FITZGERALD *de tumoribus tunicatis* Monſpel. 1733. 8. *.

EJ. *de carie oſſium* Monſpel. 1752. 4.

EJ. *tr. des maladies des femmes* Avignon 1758. 12.

PAUL

PAUL HENR. GERARD MOEHRING, medicus Jeveranus. EJ. diſp. *de inflammationis ſanguineæ theoria mechanica* Witteberg 1733. 4. *.

In EJ. *hiſtoriis medicinalibus* Amſterdam 1739. 8. * pluſculæ ſunt chirurgicæ. Cancer mammæ gangrænoſus funeſtus, ſic hydrophobia, varix ruptus: hydrocele: inciſio hydropicæ feminæ poſt paracenteſin mortuæ: contuſiones &c.

In *Comm. Lit. Nor.* 1735. h. 42. de partu difficili, quem unco expedivit, cum aquæ nondum ruptæ eſſent.

In *Comm. Lit. Nor.* 1736. h. 10 de femina frequenter abortante.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 4 tumor durus in larynge diſcuſſus.

Obſ. 5 rabies canina funeſta in puerulo.

§. DCXVII. DIARIA.

In *E. N. C. Vol.* III. a. 1733. J. SEBASTIAN ALBRECHT *obſ.* 55 Iſchuria a calculo urethræ inpacto, eo extracto ſanata.

Obſ. 56 a morſu canis rabidi hydrophobia funeſta abſque rabie.

Vol. IV. *obſ.* 49 calculoſus inciſus, in veſica quadraginta calculi, & alius grandior in veſicæ collo.

In *Comm. Lit. Nor.* 1735. n. 22. & 52. ex pure & humoribus coactis oſſa præter naturam generari poſſe.

Vol. V. *obſ.* 140 mors a graviſſimo capitis vulnere.

Obſ. 141 grave pectoris vulnus ſanatum.

Vol. VI. *obſ.* 123 ab ictu medullæ cerebri quadrageſimo demum die ſinus ulceroſi funeſti.

In *Comm. Lit. Nor.* 1738. h. 22. ſaccus de tergo fetus pendens, in quo corpuſcula oſſea, quaſi laminæ carie decedentes noviter natæ.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 124 vertebrarum tum in equo, tum in homine coalitus.

Vol. IX. *obſ.* I. gravia ſymptomata ex contuſione hypochondrii, & ſanguis per vomitum & ſeceſſum egeſtus, eventu tamen felici.

Obſ. 2 ruptura inteſtini ilei ſubitanea.

Nov. Act. Cur. Vol. I. *obſ.* 13 oculi vulnus cum contuſione lethali.

Obſ. 54 peſſimus herniotomus, cum in hernia umbilicali tegumenta reſecuiſſet, & inteſtina elaberentur, fugæ ſe dedit.

Nov. Act. Vol. II. hernia umbilicalis congenita.

J. PHILIP. WOLF.

In *Vol.* III. *Act. Nov. Cur. obſ.* 82 calculi per alvum bilarii.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 20 iſchuria ex utero in gravida femina prolapſo.

Obſ. 73 placenta retenta ſponte obſecuta.

Obſ. 78 mors ex gangræna herniæ incarceratæ ſuperveniente. Vera ruptura peritonæi in cadavere reperta, per quam ileum inteſtinum exciderat.

In *Comm. Nor.* 1735. h. 44. veſica, ut videtur, rupta cervice in ſcrotum effuſa, malum tamen facile ſanatum.

Act. Nat. Cur. Vol. VI. *obſ.* 53 ex femina calculus terebra eductus, quam vocat torculatam.

Obſ. 101 convulſiones ex vulnere abdominis.

Vol. VII. *obſ.* 66 calculus ex ulcere ſub lingua eductus.

Vol. III. *obſ.* 2 calculi bubuli ſplendidi; veſica ab iis rupta.

Wolfgang Henric Schrey.

In *Vol.* III. *Act. Nat. Cur. obſ.* 90 calculi a medicamento expulſi, etiam calculus quaſi ex globulis conpoſitus.

Vol. IV. *obſ.* 95 obſervationes calculorum in renibus, veſica & ſub lingua repertorum.

Fridericus Ignatius Lospichler.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 93 calculoſi hominis inciſio, renes conſumti, calculi in veſica 26.

Obſ. 94 malus effectus lithontripticorum medicamentorum in calculo renali.

Vol. IV. *obſ.* 22 gemelli ventrales per ſex annos geſtati & incorrupti.

Obſ. 24 cerei fragmentum de veſica eductum.

Thomæ Brinii *Vol.* III. *E. N. C. obſ.* 111 calculus per abſceſſum ſcroti expulſus.

Ferdinandus Jac. Baier, Præſes Academiæ Nat. Cur. In *Vol.* III. *Act. Nat. Cur. obſ.* 130 malum ulcus ſcroti ſcarificatione ſanatum.

Vol. V. *obſ.* 40 fungus recrudeſcens hypochondrii feliciter reſectus.

N. E. N. C. Vol. II. *obſ.* 77. abſceſſus linguæ in angina ſalutaris.

Ibid. *Vol.* IV. *obſ.* 44 de calculis in utraque veſica.

In *Mem. de l'Acad.* 1733 Petrus Maloet de anevryſmate, quod in aſperam arteriam ſe aperuit, ut ſanguis per os erumperet.

In *Act. Lit. Suec.* 1733. Herman D. Sporing de abſceſſu ventriculi & hepatis in femina obeſa.

In *K. Swensk. Wet. Acad. Handl.* 1742. Id. magnam prope oculum exoſtoſin deſcribit.

In

In *Comm. Lit. Nor.* 1733. n. 8. anonymus de infelice extirpatione parotidis per hæmorrhagiam funeſta.

Ib. JOSIAS WEITBRECHT h. 2. de punctura veſicæ ſupra os pubis facta, cum in perinæo non ſucceſſiſſet.

A. 1734. h. 19. cor ulceribus eroſum.

J. CHRISTOPHORUS MAY, inciſor Argentoratenſis, in *Comm. Lit. Nor.* 1733. h. 4. de capſula lentis cryſtallinæ opaca, poſtquam particula ejus lentis depreſſa fuerat.

Ib. 1736. n. 5 & 6. de extracta ex veſica lintei lacinia calculoſo concremento obducta.

J. LEONHARD CRAMER *Comm. Nor.* 1733. hebd. 10. glomer ob prolapſum vaginæ in vaginam datus, calcaria materia obductus & exemtus.

J. G. SLEVOGT calculus ſalivalis *obſ.* 11.

A. 1734. h. 37. puer a calculo uſu, ut putat, theriacæ liberatus.

A. 1737. aries, cui ab adverſario cranium eliſum fuerat, & cerebrum nudatum, facile convaluit.

ERN. GOTTHOLD STRUVE *Comm. Nor.* 1733. h. 29. ſcapulam abſque magno malo a brachio divulſam vidit.

ID. n. 38. naſi excreſcentia feliciter amputata.

A. 1734. h. 11. maxima fiſſura cranii, cute non læſa.

A. 1740. h. 52. vertebra ſecunda colli luxata, & hepar ruptum, mors inde ſubita.

J. EHRHARD DONAUER *Comm. Nor.* 1733. n. 33. de varicibus vulvæ uberrimis plumbeo medicamento ſanatis.

A. 1734. h. 12. male ſucceſſiſſe venæ penis ſectionem, noſter ſcarifationem ipſius penis ſubſtituit.

FOCKIUS *Comm. Nor.* 1733. h. 37. de inteſtino ſphacelato in mortem terminato.

Hoc anno ſocietas medica Edinburghi coaluit, quæ ſex tomos edidit *diarii*, *medical Eſſays and obſervations published by a ſociety in Edinburgh* Edinb. 1733. 8. & aliis 12. *. Plurima hic chirurgici ſunt argumenti. JACOBI CALDER herniæ umbilicalis congenitæ exemplum.

ID. T. V. n. 29. ulcus per quod menſes effluebant.

JOH. KENNEDY T. I. a vulnere colli diuturnus ſtupor brachii, deinde dolor pollicis enormis, ſoli ceſſurus opio.

J. STEDMAN de œſophago exemtum os non modicum.

EJ. a. 1734. laudes nicotianæ ad ſolvendos tumores duros.

PETRI

PETRI PATON in T. I. cyſtis ex abſceſſu pectoris elapſa.

JACOBI DOUGLAS, chirurgi, vermes de ulcere inguinis remanente fiſtula.

JACOBI JAMIESON in hernia incarcerata gangrænoſum inteſtinum curatum.

EJ. in T. II. per fracturam cranii expulſum a tuſſi cerebrum funeſto eventu.

Poſt inciſam hydrocelen plurimus ſanguis in ſcrotum effuſus.

A. 1735. n. 26. de ſteatomate ex pectore cum gula ad abdomen deſcendente.

A. 1736. n. 29. ulcus hepatis per alvum repurgatum.

N. 32. fetus abſque recto inteſtino natus.

T. V. n. 32. empyema feliciter apertum.

N. 35. glans penis amputata & regenerata.

JOH. DOUGLAS de nephrotomia, quam in cadavere vix putat locum habere poſſe, etiam experimento facto.

Tumor tibiæ adverſus omnem curam rebellis. An idem DOUGLASS. p.49 an alius.

N. 53. EJUSDEM a cauſa interna abſceſſus cerebelli & ſinus lateralis ruptus.

DAVID LAING de magna parte tibiæ exemta & reparata.

Anonymi in GARENGEOTUM animadverſiones, ob ea, quæ huic viro contra FREINDIUM elapſa fuerant.

EDWARD BARRY de vulnere pulmonis per diaphragma in ipſum hepar penetrante.

EJ. calculoſi hominis ſcirrhoſa veſica.

A. 1736. T. IV. n. 4. de uſu cauſticorum cum mercurialibus intus ſumtis conjunctorum, ad tumores duros teſtium.

GILBERTI WAUGH in T. I. tumor œſophagi, denique pure ex cyſtide expulſo ſublatus.

EJ. a vulnere pectoris præcociter clauſo pectoris hydrops.

JOH. INNES T. I. de hydrophobia ex inflammato ventriculo.

ROBERT LEWIS de variis ſymptomatibus ex ventriculi delapſu natis, quem epiploon in hernia deorſum trahebat.

THOMÆ SIMSON colica diuturna, ab oſſiculo pruni in inteſtino hærente.

Et T. III. n. 18. peſſarium globoſum petiolatum.

N. 19. in gravida os uteri conſervens.

A. 1736. n. 20. de tumore *white ſwelling*, ſ. de fungo articulari, in quo liberum coagulum oſſeum medio in ſacculo reperit.

T. V. de tendinum in ulceribus deceſſione & exemtione.

N. 30. tumor colli venæ jugulari proximus feliciter exſtirpatus.

N. 29. ſcalpellum ad incidendum fetum, cultello de anulo cavo eminente.

In *Journal de Trevoux* 1733. april. Non raro in lente cryſtallina puncta alterata adparere.

Bis cataractam cum glaucomate vitrei humoris conjunctam fuiſſe.

In *Mercure de France* 1733. Jun. COLLIN, chirurgus, contra GARENGEOTUM dicit, pro turundarum in herniis uſu.

§. DCXVIII. NIC. ROSEN.

Per ſua merita nobilis *de Roſenſtein*, archiater Sueciæ, amicus olim noſter, quem nuper amiſi. EJUS ſunt in *Act. Lit. Suec.* 1733. duæ adnotationes, una de carie ulceroſa frontis ſanata, altera de oſſe humeri carioſo evulſo & reparato.

EJ. *de inſigni capitis tumore diſſ.* Upſal 1735. 4. BOEHM.

EJ. *de chirurgiæ curtorum poſſibilitate* ib. 1742. 4. *.

In *Abhandlungen von Kinderkrankheiten* Göttingen 1766. 8. *. 1768. 8. * morbi etiam chirurgici tractantur, ani prolapſus, hernia, dentitio difficilis.

§. DCXIX. J. GEORGIUS HASENEST.

Medicus Onoldenſis. In *E. N. C. Vol.* III. laudat veſicatoria in variolis, convulſionibus, aliis malis.

Vol. V. *obſ.* 135 ren alter conſumtus inque callum verſus.

Obſ. 137 in partu difficili vagina feliciter inciſa.

In *Commerc. Nor.* 1733. *hebd.* 21. duas calculoſorum inciſiones recenſet; exque iis arguit, calculos generari ex mucido liquore, quem renes veſicæ dent, ſtimulantia & diuretica nocere.

EJ. *mediciniſcher Richter, oder Acta phyſico medico forenſia collegii medici Onoldini von* a. 1735. *an zuſammengetragen mit Anmerkungen* Anſpach 1755. 4. *. Rei geſtæ hiſtoria, collegii medici judicium, auctoris epicriſis, ſeverior in univerſum. Funiculi tamen umbilicalis omiſſam ligaturam, etiam quando vaſa pectoris inania ſunt, non habet pro mortis cauſa. Luxatam a baculi ictu fuiſſe vertebram recte negat.

T. II. ib. 1756. 4. *. Excitati abortus, hic & in reliquis tomis, multa exempla. Hæmorrhagia ex abrupto funiculo utique lethalis eſt, quando magna vaſa ſanguine vacua reperiuntur. Exemplum abſque conſpicua injuria ſubito a plaga mortui.

T. III. ib. 1757. 4. *. BAMBERGENSIUM edictum de curando morſu canis rabidi:

rabidi: anagallidem laudant, noſter mallet Meloën. De mele rabido, a quo occiſi pluſculi boves, & ipſi rabiem paſſi. Cartilago anularis fracta curata. Morbus epidemicus ferarum & armentorum, ex aculeis veſparum natus, quorum vulnera in gangrænam abirent. Ex ictubus acceptis omnino incurabiles cerebri injuriæ. Sic de aliis vulneribus judicia.

T. IV. ib. 1759. 4. * de conſtituendis peritioribus obſtetricibus. Leges ſcriptæ chirurgis & balneatoribus. Condemnata obſtetrix, quæ brachium pueri elapſum reſecuerat.

§. DCXX. Georg Henrich Behr.

Medicus Argentoratenſis, minime contemnendus homo, niſi vilioribus ſodalitiis ſe dehoneſtaſſet.

In *Comm. Lit. Nor.* 1733. teſtatur de calculo ubique fundo veſicæ adhærente.

In *Acad. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 29 otalgia ex verme, eo educto ſublata.

Vol. X. *obſ.* 103 abſceſſus venereus pudendi ſanatus.

Ej. *medicina conſultatoria* Augſpurg 1751. 4. * & T. II. 1756. 4. *. Clinici potius ſcopi eſt. Huc tamen aliqua pertinent. De paracenteſi abdominis ſexies in femina hydropica repetita. De vulnere abdominis plurimum ſanguinem fundente, nulla tamen parte nobiliori læſa.

In *Tomo ſecundo* conſilia fere medicamentaria adverſus ſtrumas, ſcrophulas: in cirſocele.

Ejus eſt diſp. quæ cum nomine Gulchii prodiit *diſſ. de abſceſſuum recta & tempeſtiva apertione* Argent. 1737. 4.

§. DCXXI. Alexander Monro.

Celebris chirurgus & profeſſor, Alexandri medici pater. Plurimis libellis Acta Edinburgenſia ornavit. Anno I. & II. de luxatione maxillæ aliqua tradidit. Petiti artificia non ſemper expertus eſt ſufficere, ut neceſſe foret, anteriorem partem maxillæ inferioris in reſtituendo ſurſum pellere.

Ib. n. 18. de paracenteſi abdominis perficienda cinguli ope, quo firmius abdomen evacuatis aquis collapſurum ſuſtineatur.

Id. a. 1734. ſ. T. II. vulnus ductus ſalivalis curatum, novo itinere ſalivæ ſubula aperto.

Ej. de anevryſmate arteriæ brachialis & difficultate nata ab anaſtomoſibus ſuperiorum ramorum cum interioribus. Omnino in Macgilli caſu involucrum anevryſmatis fuiſſe a bicipitis aponevroſi.

A. 1735. T. III. n. 15. de morbis viarum lacrumalium. In lacrumalium punctorum

punctorum aut ductuum cæcitate incidit ſaccum, ſetaceum per prominentiam ducit, in qua puncta ſunt. Hydropi ſacci medetur ſpecillo per puncta lacrumalia in nares ducto, injectionibus per inferius punctum inpulſis. Si ſaccus exulceratus fuerit aut ſpongioſus, incidendus eſt, poſtquam ſpecillum in eum per lacrumale punctum datum eſt; ita aptis remediis curatus facile conſervet. Ductum naſalem turunda linea potius aperit: ſi idem fungo clauſus fuerit, ſubula perforat, ſetaceum traducit: in pueris vero via paratur per os unguis, acu triquetra, aut terebra, & turunda diſtenditur, quam filum retinet.

N. 17. de vera uteri in trimeſtri puella procidentia.

A. 1736. T. IV. n. 17. de anevryſmate ligato, curato.

N. 18. de albo genu tumore cum pure in articulo, muco in celluloſam telam effuſo.

N. 19. pars cartilaginis tibiæ ab oſſe recedens & oſſea.

N. 21. ulceris tibiæ cum carie exemplum amputatione ſanatum.

N. 22. fuſior diſſ. de amputatione artuum majorum. Ligaturam decuſſatam præfert, quæ fit acubus; ſplenia decuſſata *en croix De Malthe* improbat. Raro venæ ſectionem poſt amputationem convenire, ne in hæmorrhagia quidem.

In T. V. plurimas edidit diſſertationes.

N. 10. de corticis Peruviani felici in gangræna uſu.

N. 20. integra diſſ. de hernia inguinali: de ſacco herniali intra cremaſterem prolapſo & extra. Ut celluloſa tela diſtracta dureſcat. Signa herniæ ab appendice inteſtini factæ. Fotus laxantes non convenire, quoties aer inteſtinum diſtendit. Eſſe ubi viſcera nullo ſacco contineantur. Si viſcera adhæſerint, præſtare ſaccum ſuo loco relinquere, dum anulus dilatetur. Num neceſſe ſit omentum ligare, noſter dubius eſt. Pilas bracheriorum non probat; ita neque curationem per cauſtica.

N. 21. de hydrocele, ſarcocele, aliisque ſpuriis herniis. Diſtinguit anaſarcam ſcroti: & funiculi, & hydropem, in quo aqua inter teſtem & vaginalem tunicam effuſa eſt. De curatione radicali, quæ fit cauſtico lapide, & ſæpe recte ſuccedit. Pneumatocele ab emphyſemate. Caſtratio in ſarcocele, & ejus funeſtum exemplum.

N. 24. fuſa diſſ. de carie varia & exoſtoſi.

N. 26. exempla vaſorum lymphaticorum læſorum.

N. 31. de ichore cruento in cancroſa mamma collecto.

N. 41. inſtrumenta varia, propria induſtria perfecta, cultelli, forſices, trepanum, levator, dentariæ forcipes, culter in ſpecillo ſulcato contentus (*biſtouri caché*), lithotomus, catheter &c.

N. 54. in cataracta lens cryſtallina minor, opaca, inæqualis, capſula opaca.

N. 68. ureteres exiguis calculis obſtructi.

In addendis ad novam editionem 1752. aliqua adjecit ad curationem hydroceles; de hydroceles curatione irritatione excitata abſoluta. Cancrum mammæ poſt exſtirpationem frequentiſſime recrudeſcere monet. Arteriam ſpermaticam debere poſt caſtrationem ligari.

In *Eſſays and obſſ. phyſical and literary read. before a ſociety in Edinburgh* Edinb. 1754. 8. * retulit de tendine Achillis ſibi in ſaltando rupto, & ſolo apto ſitu curato.

In T. II. 1756. 8. * de calculis per vias variis locis natis & egeſtis.

Idem de inflammatione inteſtinorum.

Id. de procidentia ani, volvulo &c. Inteſtini funeſta inverſio repoſita: in elapſo inteſtino oſtium tincæ ori ſimile erat; inverſio reponi nequiit, inteſtinum ceperat a flexus ſemilunaris coli parte ſumma inverti. Alias integra portio inteſtini ſuo cum meſenterio deceſſerat, ut tamen cibi per pelvim deſcenderent. Ileon in cadavere contractum, durum, exigua particula apertum. Videtur deceſſiſſe intus ſuſcepti particula gangrænoſa.

Id. de fetu per ruptum uterum in abdomen elapſo.

§. DCXXII. J. Daniel Schlichting.

Medicus Amſtelodamenſis, vir acris & animoſus.

Edidit, uti diximus, Verbruggii *nieuw hervormde examen van land en zee chirurgie* Amſterdam 1748. 8.* & nonnullis adnotationibus ornavit; Cum hernia, ſ. prolapſu uteri nunquam non conjunctam eſſe herniam inteſtinalem. Fomenta ſpirituoſa ad ulcera. Fonticulos adverſus ulcera nihil poſſe. In fiſtulis cantharides unguento addit. Luxationum femoris ſibi viſarum teſtimonia. Cancro occulto argentum vivum opponit. Multa medicamenta inutilia melioribus compenſat. Exemplum claviculæ fractæ ſponte ſanatæ. Ejus ad ſternum luxatio. Fracturam colli femoris ſe ægre adgnoviſſe. Ut longitudo duorum femorum rite menſuretur. Os femoris vidit a cauſa interna luxatum, deorſum, & in foramen oſſis pubis; caput furſum luxatum & fractum, & novum acetabulum in oſſibus innominatis ſubnatum: vidit idem luxari, etiam non fractis ligamentis, & frequenter in infantibus. Ulna perfecte luxata. Peritonæum in hernia etiam ſubito rumpi. Cariem bene curatam bonum etiam pus dediſſe.

Edidit etiam Josephi de la Charriere *nieuwe operatien der chirurgie* Amſterd. 1734. 8. * & præfatus eſt.

Edidit porro Cornelii Plevier *gezuyverde heelkonſt* & præfatus eſt ib. 1751. 4. * & aliqua effata Plevieri correxit; contractilem vim uteri in expellendo fetu confirmat. Laudat quod paucis utatur inſtrumentis. Forcipem Chamberlenio vindicat, quem Palfynius hactenus ſit imitatus, & a quo Roonhuysii arcanum

arcanum inſtrumentum diverſum ſit. Adnotationes etiam paſſim adſpergit. Utique in difficili partu pubis oſſa ſecedere. Laudat lithotomum F. COSMÆ, etiam in feminis. A graviditate hernias levari. Præfert forcipem feneſtratam: manum tamen, quoties ſufficit, omni præfert inſtrumento. Male BRUHERIUM puerum invertere manu abdomini impoſita, quod ſit periculoſum.

EJ. *embryulcia nova detecta of heel nieuw behandelinge in de mooyelyke baaringen op't ſpœdigſte te helpen eentyds geœffend door* ROONHUYZEN *maar over 50 jaaren verdekt gehouden* Amſterdam 1747. 8. * HENRICO de ROONHUYZEN ſeniori fuiſſe arcanum, quo difficiles partus ſubito expediverit, id eum virum habuiſſe a CHAMBERLAYNEIS. Eo arcano uſum eſſe filium ROGERIUM v. ROONHUYSEN, inde ejus diſcipulos BOKELMANNUM & PLAATMANNUM, denique F. RUYSCHIUM: iis laminis os uteri dilatari, ut fetus manu poſſit eximi; optime adhiberi in dolorum intervallo. Utique ab imperita manu rectas nocuiſſe. Eo arcano collegium pharmacopolarum Amſtelodamenſe ad nummos conficiendos abuſum eſſe, ut nemini facultatem exercendæ artis obſtetriciæ impertiret, niſi qui 2000 aut 2500 florenis id arcanum redemiſſet, doctoribus etiam medicis mulctam dictaſſe, qui abſque eo arcano parturientibus ſubveniſſent. Id nunc inſtrumentum noſter ad RUYSCHII ductum delineat: duæ ſunt laminæ chalybeæ, elaſticæ, quæ uterum ſe contrahentem dilatent reſiliendo, & manui aditum ad fetum extrahendum aperiant. Ut adhibeatur metrenchytes. Bonum eſſe ROONHUYSII inſtrumentum, etſi nonnunquam nocuerit, nocuiſſe tamen ſubinde, cum eo Amſtelodamenſes non ſatis gnare uterentur. Laudat qui digitis ſuis norunt uteri contractum oſtium dilatare, & injectos liquores medicatos adverſus album fluorem commendat.

EJ. *embryulciæ novæ detectæ appendix* Amſterdam 1747. 8. *. Scripto proprio collegium Amſtelodamenſe demonſtrare voluiſſe, non verum inſtrumentum ROONHUYSII a SCHLICHTINGIO delineari. Noſter teſtimonio NIEROPII demonſtrat, celebrem COENERDINGIUM utique eodem eſſe uſum inſtrumento. Mulctam ſibi dictantes noſter repulit.

EJ. *traumatologia novantiqua of te vernieuwde wondheelkonde wonden te genezen zonder prop ſtop en sluk wieken of veele zalven plaiſter en meer andere kragtlooze hulpmiddel* Amſterdam 1748. 4. *. Primum fuſe de vulneribus, quæ mortem certo inferant, aut plerumque, etſi eadem in raris nonnullis caſibus ſanata fuerint. Non magnum a vulneribus arteriarum vertebralium periculum metuit, qui femoralis etiam arteriæ vulnera & in beſtiis curaverit, & in hominibus. Neque vulnera pectus utrinque perforantia habet pro graviſſimis. Vulneratum, etiam contuſum, hepar ſanavit: renum vulnera adnumerat plerumque lethalibus. Deinde de vulnerum curatione. Non reſpondiſſe curationes ſympatheticas. Contra turundas & emplaſtra. In inflammatis ſuccum rubrum in cellulas effundi. Dari etiam in iis corporis partibus ſuppurationes, ubi nullus ſit adeps. Corticem Peruvianum gangrænam negat inhibere. Ad eryſipelas plumbea medica-

 menta

menta laudat. Cuique medicinæ doctori jus eſſe manu medendi. Chirurgos paſſim caſtigat, ſed neque Gallis parcit. Contuſa etiam prima intentione poſſe curari. Pro rara deligatione; ea ſe dudum uſum. Non replenda vulnera carpto linteo, ut Galli ſoleant, & præſtare laciniam lineam in vulnus dare, ſi quando non utile ſit, id conſervere. Contra turundas, emplaſtra, unguenta, plantas vulnerarias & arnicam. Vulnus non niſi digitis explorandum. In animalibus vulnera tendinum oſſiumque fracturas facile ſanari. Turundas rejicit, ſympatheticum pulverem operæ pretium negat ſibi præſtitiſſe in ſanguine conprimendo. Præferre ſe lycoperdon cum alcohole, etiam hoc ſolum & ſpiritum terebinthinæ. Arterias curvula furcula ſubjecta ligat. Oleum cæterum terebinthinæ in arteriarum vulneribus laudat: eo in turundas ſuſcepto profundorum vulnerum ſanguinem ſupprimi. Circulares conpreſſiones nocere. Cochlea adductum prelum habet. Ex hæmorrhagia multos paſſim perire, quæ dentibus evulſis ſupervenit. Vertebralis & carotidis arteriæ vulnus non valde metuit. Arteriam etiam infra vinculum ſanguinem dediſſe. Ut in tumoribus cyſticis magna vaſa ſubnaſcantur. Palpebra lacerata emplaſtro de terebinthina conjuncta. Exempla maximorum vulnerum maxillæ ſuperioris ſanatorum, ut una etiam oculus deſtructus fuiſſet. Detecto cranio, etiam lamina exteriori fiſſa, vulnus nonnunquam ut ſimplex vulnus ſanari: penetrantem utcumque puncturam trepani uſum requirere. Suturis parcere non eſſe neceſſe. Sæpe ignaro & medico & ægro calvariæ fiſſuras ſanari. Laminam exteriorem poſſe deprimi, externa integra, & ſanguinem etiam ſub calvaria effuſum reſorberi. Contra chiaſmum; paralyſin ſæpe in læſo latere ſequi. Magna ſymptomata abſque cerebri vulnere ſupervenire. Preſſo cerebro canem nihil paſſum. Vulnera œſophagi ſanavit etiam in cane; tum ventriculi, quem conſuit; a vulnere aſperæ arteriæ alias mortem vidit ſucceſſiſſe, alias feliciorem eventum. A conpuncta arteria ſubclavia, in quam fragmentum claviculæ penetraverat, mortem factam adnotavit. Lobum pulmonis abſque noxa excidit. Vulnus pectus utrinque penetrans negat continuo funeſtum eſſe, etiam experimento in cane facto. Ita neque hepatis vulnus, cui antiſeptica opponit. Femoris os a plumbea glande perforatum vidit, ut non ideo fractum eſſet. Olecranum abruptum apta cum deligatione vidit conſerbuiſſe. Supra calcaneum tibiam feliciter amputavit, quo loco pes ligneus optime adaptetur. Magnum fungum tibiam inter & fibulam excidit, ægrumque ſanavit. In phlegmone nitroſa cataplaſmata laudat; corticem peruvianum in gangræna negat ſalutarem eſſe. Vaſa in gangræna conſtringi, ut ſanguis in partem ſanam repellatur. De gangræna a nimia frictione. Non eſſe neceſſe arterias ligare, quando teſtis amputatur: ſæpe perpetuam manus preſſionem ſufficere. Deligationes ob hæmorrhagiam ſæpe decem & duodecim diebus non ſolvendos eſſe. Veſicam poſt amputationem trunco adaptat. Rudialem arteriam RUYSCHIUM abſque gangrænæ periculo ligaſſe (merito ob duos arcus volares: idem & nos fecimus). Turundas in vulneribus nocere, iis ejectis ſæpe vulnus continuo ſanari.

In *ſiphilidis mnemoſyne critica* Amſterdam 1739. 8. 1746. 8. * argentum vivum

vum adverſus morſum canis rabidi commendat. Candelas plumbeas præfert. Reliqua ſuo loco dicentur. Anno jam 1738. ſe mercurii uſum adverſus canis rabidi morſum ſuaſiſſe. Mortem ex tractato cancro ſuppurato ſecutam.

In *Comm. Lit. Nor.* 1741. h. 1. exempla habet femoris luxati, tum ruptis ligamentis, tum abſque ea violentia. Sphacelum per febrem occidere. Adipis tumorem pro ſarcomate & ſcirrho habitum.

In *Phil. Tranſ.* n. 466. ſpinam ventoſam argento vivo ſanari. Abſceſſum lienis ſanatum fuiſſe pure per lotium excreto. Suppuratio in articulo coxæ, ut caput femoris ſecederet. Anevryſmatis ſpurii hiſtoria, in quo ſanguis in celluloſam telam effuſus fuerat.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VI. *obſ.* 22 de vulnere inteſtini & abdominis, quod utrinque ſutura repetita, vulgo nodoſa, feliciter conſuit.

Obſ. 23 experimento facto oſtendit, vulnus utrinque pectus perforans non continuo necem inferre.

Obſ. 24 neque gravia ſymptomata tendinis vulneri ſupervenire, cujus media pars diſſecta fuerit.

Obſ. 25 tendinem muſculorum tibiæ extendentium a lapſu ruptum fuiſſe.

Obſ. 28 veſica in parturiente femina rupta, ut calculus ſponte prodiret.

Obſ. 29 injectam myrrhæ eſſentiam in pulmonis & hepatis abſceſſu laudat.

Vol. VII. *obſ.* 38 hydrophobia cum canis rabidus puellum lambſiſſet.

Obſ. 39 oſſicula fetus a vetula per anum egeſta.

Obſ. 40 humerus cum ſcapula confervens.

Comm. Lit. 1744. h. 52 exemplum felicis paracenteſeos.

Act. Nat. Cur. Vol. VIII. *obſ.* 9 cancer labii ſuperioris a lue venerea natus, ſanatus ſalivatione.

Obſ. 25 oculi incipiens prolapſus, perforato oculo ſanatus.

Obſ. 26 ex ſalivatione mercuriali quinque de lingua fungi pullulantes.

Obſ. 27 hydrops articuli genu perforatus, & diſſectis ligamentis ſanatus.

Obſ. 28 de veneno canis rabidi: ſola adficere organa ſalivalia.

Obſ. 29 vulnus venæ jugularis internæ curatum.

Obſ. 82 fiſtula parotidis cauterio trajecta & ſanata.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 87 tumor maximus in gravida mentiens hydropem, partu ſublatus.

§. DCCXXIII. Varii.

D. J. Zengvardinus, chirurgus claſſicus. Ejus ſunt *genees en heelkondige aanmerkingen als mede ontdekkinge wegens eenige fouten van meeſt alle de tegen natuurlyken geſwellen* Amſterdam 1734. 8. *. Sibi placet auctor, acris in corripiendis medicis, aliisque etiam chirurgis, ipſi Heistero infenſus. Meliceridem incidit, ſic cyſtidem pertinentem ad ſpinam bifidam. Urinam veterem ad fotus adhibet. Longa præſcribit medicamenta. Enormis uteri prolapſus reſtitutus. De morſu aranearum Surinamenſium in gangrænam abeunte, Indiam enim noſter adiit. Morſus araneæ Americanæ inciſione ſuperatus. Maxima ambuſtio & gangræna, curata unguento de lapide calaminari. Paronychia funeſta cum gangræna & nigris oſſibus. Ad quodque cæterum ſui operis caput multas addit obſervationes. Ex paronychia gangræna; incidit ad utrumque latus unguis, pone radicem, ad usque os, ut id ſponte elaberetur. Emphyſemata peculiaria in genu.

Dominici Militia *de morbis exitialibus virginem Patavinam excruciantibus* Patav. 1734. 4. *. Femoris luxatio in hydropica, ſpontanea & ſponte reſtituta.

Franc. Jos. Hunauld, celebris inciſor & Academiæ ſcient. ſocius.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1734. oſſa cranii mollia & craſſiora.

Ejusd. & Jul. Busson diſſ. *E. ab ictu lapſu niſuve quandoque vertebrarum caries* Paris 1742. 4. * quam recuſam dedi. Egit de carie quatuor vertebras deſtruente: de vertebris coalitis, deſtructa intermedia ſubſtantia.

In *Phil. Tranſ.* n. 437. contra vias ad naſum artificiales dicit: debere naturæ curæ relinqui, ita eas novas vias non obſtrui. Eriſtica vide p. 104.

John Atkins, chirurgi claſſici, qui Africam adiit, *navy ſurgeon, or practical ſyſtem of ſurgery* London 1734. 8. 1738. 8. *. Pluſcula ſunt capita; huc vero pertinent quæ habet de ſcrophulis, fractis oſſibus, rupta calvaria, luxationibus, amputationibus, vulneribus, ambuſtis, herniis. De officiis chirurgi claſſici Anglici. Mala chirurgica vulgaria tractat, rariores operationes non vidit, ut neque herniæ ſectionem, neque anevryſma. Multæ curationes cujusque mali, etiam propriæ, ſinceræ ſatis, ut infelices ſuos conatus non diſſimulet, in ſcrophularum exemplo. In oſſium fracturis articulationi vicinis ferulas rejicit. Omnino oſſa ſecundum longitudinem findi. Pro turundis. Terebrationem cranii non laudat, ne quidem ad effluxum effuſi ſanguinis procurandum. Femur negat luxari, niſi introrſum. Terebinthinæ oleum ſanguini quidem conprimendo non ſufficere, qui ex arteria ruit, coercere tamen liquorem de articulationibus manantem. Tendinum vulnera abſque ſymptomatibus ſanari, eos lente quaſi exfoliari: eosdem non vult conſui. Plus dare ſanguinis, & cum majori periculo, minorem arteriam, quæ cordi propior ſit. Catalogus agyrtarum Londinenſium, inter eos feminæ, quæ artus reponebat.

Ej.

Ej. *treatiſes on ruptures, fractures of the skull, fractures ſimple and compoſed, amputations, luxations, African diſtempers* London 173 . 8. * abſque anno: capita aliqua ſunt prioris operis.

Jacques Jean Bruhier d'Ablaincourt dedit Paris 1734. 4. maj. *obſervations importantes ſur le manuel des accouchemens.* In præfatione extollit, aliquanto etiam ſupra verum, Henrici v. Deventer, quem edit, merita, conparat cum Gallis & præfert. Notulas perpaucas adjecit, & Sorbonæ de ſectione Cæſarea reſponſum.

Claude du Ban *idée des principes de chirurgie* Dresden 1734. 8. Boehmer. Germanice *Begriff der grundſätze der Wundarzneykunſt* Dresd. 1734. 8. cum Gallico textu.

Ej. *preſervative againſt the conſequences of the bite of a mad dog* London 1734. 8.

J. Georgius Wagner, celebris clinicus Lubecenſis, notas addidit ad J. Philippi Rohte *ſicheren und allzeit fertigen Chirurgum* Lubec 1734. 8.

J. Baptiste Mongin *diſſertation ſur la petrification d'un epiploon* Paris 1734. 12. *. Hydrops paracenteſi tentatus, in omento tumor mobilis calculoſus.

In Damiani Sinopei *parergis medicis* Petropoli 1734. 8. *. huc varia faciunt, etiam de furunculis & aliis cutaneis morbis, quos Calmuccorum pueri patiuntur, iidem a variolis immunes. Paracenteſin thoracis, etiam abdominis in hydrope fere funeſtam eſſe.

Ordonnances pour les apothicaires contre les chirurgiens Lion 1734. 4. *.

§. DCXXIV. Disputationes.

J. Petr. Devaux *de præcipuis oculorum affectibus* Argentor. 1734. 4. *. Dari ſubitas a rupto peritonæo & ab ictubus hernias.

J. Henrich Kronauer *de tumore partium genitalium poſt partum ſanguineo* Baſil. 1734. 4.

Christian. Aug. Coith *de lumbricis inteſtino perforato per abdomen egreſſis* Baſil. 1734. 4. *.

J. Byster diſp. *de nephritide* Leid. 1734. 4.

J. Holland *de veneno ex animalibus rabidis* Leid. 1734. 4. Hænel.

J. Stabel *de doloribus parturientium ſpuriis* Hafniæ 1734. præſide J. de Buchwald.

Franc. Mery & Adr. Malaval *Quæſt. med. Non ergo tenuium inteſtino-*

rum vulnus lethale Paris 1734. 4. * & in meis *ſelectis*. Exemplum inteſtinorum corruptorum & inciſorum felici eventu.

HYAC. THEOD. BARON fil. & J. A. HAZON *E. ſolvendis pertinacioribus in cerebro congeſtionibus jugularis venæ ſectio* Paris 1734.

EJ. BARON *E. in chirurgicis naturæ medicatricis efficaciam adgnoſcit medicina militaris* ib. 1750. 4.

EJ. BARON *queſtion de medecine dans laquelle on examine ſi c'eſt aux medecins qu'il apartient de traiter les maladies veneriennes & ſi la ſureté publique exige que ce ſoient des medecins qui ſoient chargés de la cure de ces maladies* Paris 1735. 4.

J. BAPT. BOYER & JAC. FR. VANDERMONDE *E. fiſtulæ ani ſectio chirurgica* ib. 1734. 4.

DAVID CL. FREMOND & ANT. JOH. DAVAL *non E. ſecandi tendines* Paris 1734. 4. CAT.

BERN. de JUSSIEU & JOS. de JUSSIEU *E. ex ligatura polypi narium tutior curatio* Paris 1734. 4. CAT.

J. BAPT. du BOIS & CL. CAR. DEIEAN *E. vulneri moderate ſuppuranti rara curatio* Paris 1734. 4. CAT.

GUIL. JOS. de l'EPINE & G. COCHON DU PUY *E. poſt gravem ab ictu vel caſu violento capitis contuſionem, etiam mediocriter ſuſpecta cranii fractura vel fiſſura, cutis una cum pericranio ad os uſque incidenda* Paris 1734. 4. CAT.

LUD. HENRICH COSNIER & HENR. GUYOT *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda* Paris 1734. 4. exempla citat, contra chirurgos qui immaturos abſceſſus aperiant.

§. DCXXV. DIARIA.

In *Eſſays of a ſociety at Edinburgh* T. II. a. 1734.

J. ARMSTRONG, medicus, de medicamentis topicis & eorum penetratione, theoria.

JOH. MACGILL, idem, ut puto, cujus ſectiones calculoſorum diximus, anevryſma ſpurium arteriæ brachialis infelici in venæ ſectione factum polypoſo ſanguine liberatum ſanavit arteria bis ligata.

In T. V. n. 71. veſicæ partem inferiorem ambiebat tumor cartilagineus, & veſica quaſi in duo cava diviſa erat, inque ea decem calculi.

FRANCISCUS PRINGLE, medicorum Edinburgenſium præſes, de deglutitione intercepta a tumore duro in tubo œſophagi.

EJ. iſchuria recidiva.

T. III.

T. III. n. 28. aquæ hydropicæ effuſæ per umbilicum ſponte ruptum.

JOH. TAYLOR, medicus Edinenſis, ſimile impedimentum a gula in duritiem exulceratam degenerante.

JACOB DUNDASS ab ulcere jecinoris icterus.

GEORG BALDERSTON in iſchuria ren alter mire diſtentus, calculis plenus.

Præmium anni 1734. ab Academia chirurgica propoſitum LE CATIUS quidem reportavit, anonymus tamen auctor aliam etiam diſſ. obtulit.

In additamentis ad *Comm. Lit. Nor.* 1734. aliqua de aqua vulneraria *d'arquebuſade.*

J. ANTONIUS FRIDERICI h. *6.* grandis calculi veſicalis exemplum.

FRANCISCUS de ZIEGLER, Scaphuſinus, Rintelienſis profeſſor, h. 7. vulnera aliqua capitis dicit, interea pro lethali pronuntiatum in quo cerebrum & meninges læſæ erant.

Cicatrix in corde viſa.

EJ. diſſ. *de ſpina ventoſa* Rinteln. 1741. 4.

J. ANDREAS SEGNER, celebris mathematicus, ILL. adfinis noſter in *Commerc. Nor.* 1734. h. 12 & 16. de fiſtula umbilici egit, in puella non dudum nata.

ID. *hebd.* 22. de unguibus in cornua degenerantibus.

J. DAN. RUCKER Comm. Lit. Nor. 1734. h. 25. veſicas trahentium medicamentorum laudes dedit in oculorum morbis, & malos effectus clauſi fonticuli.

ERN. FRID. SCHMIDT h. 9. in calculoſo iſchuria ſuperata clyſteribus.

EJ. hepatis apoſtema ruptum h. 34.

A. 1735. h. 32. EJ. ſanguine exhauſtus fetus, cui funiculus non ligatus.

In *Cent.* IV. *Miſcell. Berol.* ſ. a. 1734. MICH. MATTHÆ LUDOLF egregia & accurata relatio exſtat de cataracta, quæ ſponte diſparuit.

§. DCXXVI. ALBERTUS de HALLER.

Etſi chirurgica cathedra per ſeptemdecim annos mihi concredita fuit, etſi etiam in cadaveribus difficillimas adminiſtrationes chirurgicas frequenter oſtendi, non tamen unquam vivum hominem incidere ſuſtinui, nimis, ne nocerem, veritus. Multis tamen curationibus adfui, & conſilia mea impertii, viſaque in adverſaria retuli, Pariſiis etiam in noſocomio charitatis curantes chirurgos ſecutus.

Cancrum labii reſectum vidi ſanatum, ut tamen æger per recidivam mali interiret. A phlegmone, cum abſceſſus in brachio eſſet ſubortus, late vidi brachium incidi, pus educi, ut tamen eventus funeſtus eſſet. Sic ab inciſo in inguine abſceſſu. Bis ex fiſtula ani inciſa perinde mortes. Ob fracturam brachii cum vul-

 nere

nere complicatam facta amputatio: mors ex ſanguine quidem intus in pectus inque abdomen effuſo. Mors a cancro labiorum inciſo. Hernia incarcerata in gangrænam verſa, eundem ſortita eſt eventum. Sarcocele. Tumor vitioſus de teſte feliciter reſectus & fauſtus eventus. Apparatu alto & H. F. LE DRAN in cadaveribus uſus eſt & ego: feliciter hactenus, ut etiam verſus umbilicum vulnus potuiſſet dilatari, abſque periculo peritonæi. Anevryſma ex arteria loco venæ vulnerata fruſtra curata, & eventu funeſto. Hydrocele veſicularis, ut multæ in ſcroto majores minoresque veſiculæ reperirentur. Sectio lateralis in cadavere: veſica, quæ ſatis ampla, aqua repleta: ad digiti ab ano diſtantiam tuber verſus iſchii, cultro ſulcato inciſio facta, recta primo, deinde oblique introrſum, antrorſum: inmiſſi conductores permagni, ſuper eos forceps. Id conſilium in aliquot cadaveribus felici eventu bene ceſſit, abſque ſulcato cathetere. Sed in juvene vivo eadem adminiſtratio repetita minus bene reſpondit: forceps in veſicam non potuit adigi, cathetere ſulcato opus fuit, ſuper eum demum conductor inmiſſus & forceps, & calculus eductus; ſed mors miſeriæ finem fecit. Sic & alias in vivo ægerrime aperta veſica quæ parva erat; & in adminiſtratione vulnerata, etiam funeſtum ſortita eſt eventum. Magnus tumor pectoris effuſo ſanguine plenus, funeſtus. Sic empyicus periit, de cujus pectore loco puris ſanguinis tenuis ſpecies manavit. Fractura cranii ignorata, detecta, evulſa oſſea fragmenta, nudata dura membrana, arteria incommodo loco læſa plurimum ſanguinis fudit, iterum infauſto eventu. Hæc hyeme anni 1727. vidi.

Ipſe primum in *Commercio Norico* 1734. h. 24. retuli de pueri diu incontinentia urinæ laborantis inciſione; cui ren alter purulentus, proſtata ſcirrhoſa & congenita erat phimoſis, abſque calculis.

H. 45. retuli de primis JOHANNIS TAYLOR demonſtrationibus, quas Bernæ cominus vidi. Cataractam diſtinguebat, in qua moles cryſtallinæ lentis aucta eſſet, incurabilem quidem depoſitione, in qua per inciſam tunicam corneam lentem neceſſe foret extrahere. Glaucoma vero dicebat, in quo lens mole diminuta inciſa ejus capſula exſiliret. Amauroſin tentabat ſolvere conpuncto acu obtuſa muſculo, qui convulſus nervum opticum urgeret; immobilitatem pupillæ frictione bulbi oculi, quæ cochleare fieret denticulato. Mecum a. 1725. BOERHAAVIUM audierat.

A. 1735. *hebd.* 14. primum herniam dixi congenitam, nempe patulum oſtium teſtem in ſcrotum ex abdomine ducturum, per quod inteſtinum facile poſſet elabi. Monui etiam, veſicam eo altius ſuper os pubis adſcendere, quo junior fuerit homo.

Programmata pluſcula chirurgici argumenti Gottingæ dedi.

In programmate Gotting. 1738. 4. * edito egi de fuſo in ſinum frontalem adacto, qui novem abinde menſibus ſponte erupit.

In progr. ad diſp. Cl. LANGHANSII gibbum ſollicite deſcripſi, qui fiebat a coſtarum

coſtarum parte oſſea emollita & depreſſa: tum curvatæ dorſalis ſpinæ exempla recenſui.

In progr. ad diſp. Cl. ZINNII 1749. 4. * anevryſma aortæ deſcripſi.

In progr. ad diſp. Cl. ARMBSTER 1749. 4. * de ulcere inteſtini coli in ventriculum patente egi.

In progr. ad diſp. STEDINGII 1749. 4. * cepi de herniis agere congenitis, idque penſum continuavi in program. ad diſp. Cl. VAETTERLI anno 1753. Nempe reperi, teſtes in omni fetu vere intra abdomen reperiri; adeſſe etiam cylindricum celluloſum proceſſum, qui in ſcrotum ducat, a quo fetus hactenus per peritonæum excludatur, quod debile, tamen clauſum ſit: in nonnullis fetubus vero peritonæum proprio hiatu patere, per quem teſtis in celluloſam telam inguinum, hinc in ſcrotum deſcendat, per eumdem vero hiatum, quem oportebat clauſum eſſe, etiam inteſtinum elabatur.

In progr. ad diſp. Cl. SCHMIDII 1749. 4. * & in altero ad Cl. VOSSE diſp. 1749, ruptorum in partu uterorum exempla produxi. Germanice redierunt in WALBAUMII editione obſervationum LEVRETI.

In progr. ad diſp. Cl. NOREENII 1749. 4. * graviſſimis de morbis dixi, in quibus uterus cum ſuis vaſis eroſus, ureter autem a ſcirrho conpreſſus, & ren ejus lateris mire diſtentus erat.

In alio a. 1753. 4. * eroſa erat vagina, uterusque & veſica.

In progr. ad diſp. Cl. WALBAUMII 1749. 4. * ſententiam dixi meam de oſſeis cruſtis, quæ præter naturam in arteriarum tunicis oriuntur. Eas non ab induratis fibris, ſed a ſucco effuſo oriri oſtendi, qui ſenſim in callum, denique in duritiem oſſi parem abeat. In *Suecicis Actis* recuſ. 1750.

In progr. ad diſp. Cl. SPROEGELII 1753. 4. * callum pleuræ adjacentem deſcripſi, ejusdem indolis & ſimile pariter concrementum in dura cerebri membrana; inque ulceroſo corde lapidem, & mirificum lapideum in oculo ſcyphum retinæ ſedem tenentem; denique oſſium emollitorum exempla.

In progr. ad Cl. virorum CASTELLI & REMI diſp. 1753. 4. *. anevryſma verum jamjam ruptioni vicinum carotidis arteriæ deſcripſi: & ſcirrhum in maſtoideo muſculo, quem noluiſſem cultro tentare, & ſuffocationem ab avellana nuce aque verme illapſis.

Ad diſp. Cl. VAETTERLI a. 1753. 4. * exomphalum congenitum aliasque hernias deſcripſi.

Redeunt hæc omnia in *opuſculis pathologicis* Lauſannæ 1753. 8. * & 1768. 8.* editis, & Neap. 1755. 8. Venez. 1755. 8.* Lond, 1756. 8. * inque *operum anatomicorum minorum* tertio vol. Lauſ. 1868.4.* In eo vol. alia etiam ad chirurgica mala ſpectant, ut capſula lentis cryſtallinæ opaca in fele viſa. Omenti ſcirrhus ulceroſus. Prolapſus inteſtini craſſi enormis. Abſceſſus hepatis veri & ſpurii. Prima

ma origo calculi renalis, viſcoſa nempe flava materies ductibus urinariis inpacta. Calculus major de femina eductus. Calculus ex mamma lacteus. Veſicæ prolapſus. Corticis Peruviani poteſtas in curanda & moranda gangræna. Strumæ natura. Renis vulnus ſanatum.

In *Commentariis ad* BOERHAAVIANAS prælectiones, inque *Elementis phyſiologiæ*, paſſim aliqua huc faciunt, tum in Memoires ſur les parties ſenſibles & irritables T. I. & in *minorum operum anatomicorum* T. I. Lauſan. 1762. 4. *, quæ ad inſenſilem potiſſimum tendinum duræ membranæ & ligamentorum naturam pertinent. Ea in Anatomica Bibliotheca dixi.

Edidi BOERHAAVII *conſultationes medicas* Gotting 1744. 8.* 1757. 8.*

EJ. *de morbis oculorum prælectiones* Gotting 1746. 8. *. 1750. 8. *.

Diſputationum chirurgicarum collectionem tomis quinque 4. * conprehenſam Lauſannæ 1755. 4. *. Earum quoddam quaſi compendium Gallice prodiit cum tit. *collection de theſes chirurgicales* Paris 1757. 12. * ſqq. ad a. 1760. 5. vol.

Diſputationes etiam *practicæ* ab a. 1756. ad 1760. 4. *. Lauſannæ excuſæ paſſim huc faciunt.

Nondum vidi librum *medical chirurgical anatomical caſes and experiments communicated by* Haller &c. Lond. 1758. 8. Belgice *uytgeleezene heelkondige verhandelingen en waarneemingen uyt Haller* &c. Roterdam 1759. 8.

§. DCXXVII. CLAUDIUS NICOLAUS LE CAT.

Rothomagenſis, etiam medicinæ demum doctor, chirurgus, potiſſimum lithotomus, & inciſor, vir acris, minimeque ſibi diffidens, aut malignus propriorum meritorum æſtimator, hypotheſibus cæterum addictus, ſuisque opinionibus.

In diariis multa ejus ſunt opuſcula, ut in *Hiſt. de l'Acad.* 1734, in qua felices ſuos ſucceſſus prædicat, quos in lithotomia ſit expertus.

In *hiſt. de l'Acad.* 1738. aliqua habentur, de ejus methodo, in qua ſcopus ſit collum veſicæ & proſtatam incidere (*debrider*), & de inſtrumentis quibus utitur, anguſtis potiſſimum ſcalpellis.

In *Journal des ſav.* 1755. April. egit de ſectione fiſtulæ lacrumalis. Introducit in canalem naſalem verum canalem aureum, cum lato infundibulo, inferius tribus orificiis perforatum.

In *Journal de medecine* T. II. de amputandis induratis tonſillis.

T. III. contra uſum lycopodii & agarici Broſſardiani.

T. X. de cereo aptiori ad transmittendum a ſacco lacrumali in nares ſetaceum.

In

In *Journal de medecine* eod. de maxillæ inferioris imperfecta ſed difficili reſtitutione. De funeſto morſu irati anatis. De amygdalis vinculo intercipiendis & exſtirpandis. Lycoperdi uſum nimis eſſe dolorificum. Abſceſſus enormis abdominis per umbilicum apertus cum eroſis inteſtinis.

T. XII. acus triquetra nova pro hydrocephalo, qua aquam emittere conatus eſt, infauſto quidem eventu.

T. XIV. ulcus fungoſum cum coſtarum carie & glandularum axillarium tumore tamen exſtirpatum & ſanatum.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. ex ſuppuratione herniæ anus ſecundarius, inteſtinum quaſi bipartitum, inverſum, mira facie, quam arte noſter eſt imitatus.

N. 468. de lectulo ſuſpenſo ad curandos ægros, quibus nimis grave & iners corpous eſt.

N. 469. ejusdem ambe, quam Hippocraticæ præfert.

N. 476. apparatum magnum omnibus perpenſis tamen inter omnes palmam mereri, niſi quod alto apparatu ſolo magni calculi commode educantur. Eum ut perficiat, alterne flexum vectem habet, quo veſicam ſuſtinet, & feliciter eo apparatu uſus eſt.

Porro in laterali apparatu omnino non debere veſicam incidi, id ſe conatum, ter omnino potitum votis, toties infelicem exitum paſſum eſſe. Ravium veſicam ita non incidiſſe, ut ne collum quidem diſciderit, quod utique aperuerit. Fulberti adminiſtrationem nimis incertam eſſe.

In n. 480. felicem a ſe peractam ſectionem calculi deſcribit, cum veſica bipartita, & in altera camera calculus conſtrictus eſſet, & denique adhæreret.

N. 491. deſcribit calculi in feminis ſectionem ſuam, quam inſtrumentis ſubinde aliter & aliter mutatis adminiſtrat. Gangrænam internam ſanare adgreditur medicamentis calidis & ſudorem pellentibus. Ad deſtruendos tumores remotos, quos manus non adſequatur, forcipem excogitavit, cujus alterum crus rectum eſt, alterum in arcum flexum & ſulcatum. Ejusmodi etiam forcipe calculum educit incommodo loco in veſica poſitum.

N. 492. de excidendo ex feminis calculo: ſulcum catheteris ſiniſtrorſum convertit, curvo lithotomo utitur, qui ex ſulcato ſpecillo prodit & urethram dividit. Ex theoria.

In *Vol.* XLVII. nova acu triquetra uſus in hydrocephalo mortem non potuit vitare.

Idem pro fungis veſicæ urinariæ exſtirpandis ſcindentem forcipem excogitavit, & tubulum in veſica reliquit.

Idem herniam vidit a rupto peritonæo natam, ut tamen ſuum ſaccum haberet: aliam ſacco duplici: hernioſum etiam ductum congenitum; caruncula urethræ.

Idem de hernia feminæ, in qua bona pars ilei inteſtini inter ſtrangulationem & anum inutilis fuit.

Vol. LVI. magna pars humeri exemta & reparata, & machina, quæ artum in ſuo ſitu contineat.

Vol. LVII. hernia incarcerata cum aquæ effuſione conjuncta & funeſta.

Inter eas diſſertationes, quæ præmia meruerunt, & quarum primus Tomus Paris 1753. 4. * prodiit, a. 1733. concurrit ad reſolvendam quæſtionem, qui tumores rectius aperiantur, & quos oporteat exſtirpare. Ferri igniti uſum præfert in bubonibus, carbunculis, vulneribus animalium rabidorum & in profundis tumoribus.

A. 1734. præmium meruit tr. de uſu turundarum. Præter naturam eſſe; neceſſarias tamen quando ſcopus eſt vulneris conſolidationem impedire; ut in fiſtula ani diſſecta, quam nolis confervere. Ita turundis opus eſt, quoties corruptus humor in imo eſt ſinu: tum in fiſtulis, quas cultro nefas eſt aperire, aut quoties ſubeſt corpus aliquod peregrinum; aut in pectoris vulneribus alioquin in empyema tranſituris, in calculis intra veſicam reſidibus.

A. 1735. præmium meruit diſſ. de rara vulnerum deligatione, quam probat, niſi putris aliqua materia ſubſit, aut corpus peregrinum, aut gangrænæ ſit metus, ut in abſceſſibus circa rectum inteſtinum.

A. 1738. iterum præmium retulit ob quæſtionem de vulneribus ſtlopetariis propoſitum. Spirituoſa medicamenta rejicit, laudat Arcæi balſamum & ea, quæ pus movent. Faſciam latam optimo ſucceſſu diviſit. Glans plumbea cum extrahi nequiret, in vulnere relicta nihil nocuit.

A. 1739. de cancri mammæ curatione diſſ. dedit, quæ & ipſa præmium meruit. Exemplum funeſti effectus pus cientium: aliud ubi exſtirpato cancro, qui ſterno adhærebat, funeſto eventu cancer rediit. Non valde curat, ſi cum pectorali muſculo conferbuerit, & in caſu dubio cultro indulget. Corroſiva non probat.

Ej. diſſ. *ſur le diſſolvant de la pierre & en particulier ſur celui de Mle Stephens* Rouen 1739. 12. Queri de eo remedio, quod ſæpius noceat, lego in *Lettres ſur la medec.* II. p. 21.

Ej. *recueil de pieces concernant l'operation de la taille* Rouen 1752. 8. maj. * (a) a Cl. N. le Cat edita eſt collectio litium cum monacho, qui novum ad lithotomiam inſtrumentum invenerat. Reperias eo loco cenſuram le Catii in F. Cos-

MAM

(a) Portalius numerat *premiere partie* Rouen 1749. 8. ſeconde 1752. 8, troiſieme 1753. 8.

MAM jam editam in *Journal des ſav.* 1749. *Mars*, & *Journal de Verdun* 1749. *Mars*, recuſam in F. COSMÆ *recueil de pieces importantes ſur la taille* Paris 1751. 12. *. Varia objicit, quæ in nuperioribus ſcriptis repetit.

Porro hic continetur

Lettre de Mr. le CAT *au ſujet du lithotome caché & de la tenette pour caſſer une pierre dans la veſſie*, contra F. COSMÆ, aut certe anonymi ejus amici, duas epiſtolas in *Journ. de Verdun* & *Journ. des ſav.* 1749. *Mai.* Periculoſum eſſe, cultrum quemcunque in veſicam introducere; rectum vero ſcalpellum etiam certius necare (in eo nimius, cum certe multi boni fuerint eventus methodi F. COSMÆ). Multo melius parvam inciſionem dilatari, quam fieri magnam. Deberi proſtatam accurate & ampliter diſcindi: non probat menſuras vulneris ab ejus FR. lithotomo inflicti.

EJ. *lettre à M. B. l'un des auteurs du journal des ſavans.* Ad alteram apologiam in *Jun. Journal des ſavans*, 1749. Omnino PETRUM FRANCO ſcalpellum dixiſſe ſimile illi F. COSMÆ, & in ſpecillo ſulcato fixum. Redeunt in COSMÆ *recueil.*

EJ. reſponſum ad pacifici cujusdam arbitri nomine MOMUS epiſtolam ironicam in *Journal de Verdun* editam.

EJ. *lettre à Mrs.* FALCONET & PUZOS. Queritur de favore, quo F. COSMAM ſint proſecuti.

EJ. *reponſe à un livre intitulé jugement.* Inſtrumentum FRATRIS periculo plenum eſſe, neque felicitate ſucceſſuum ſuo comparabile: primam in veſica a F. COSMA fieri inciſionem, & tunc demum ſerius collum veſicæ aperiri; facillime veſicam funeſtam pati violentiam, in parte potiſſimum poſteriori & ſuperiori; ſibi ipſi nimias inciſiones funeſtos acciviſſe eventus, eo vitio emendato neminem ſibi interiiſſe. Privilegium ſui inſtrumenti eſſe, quod in apice inmotum ſit, neque niſi extrorſum ſecare poſſit.

Iterum duæ diſſ. contra *les reflexions* F. COSMÆ. Contra ſitum planum veſicæ: noxium eſſe, & requiri inclinatum ſitum, in quo ſuperior pars corporis altius pateat, ut calculi ſe offerant ſecanti. Calculum in ſitu plano poſſe retrorſum recedere, ad os ſacrum, & veſicam perforari a cultro, ſuo in ſitu calculum ſæpe confeſtim proſilire. Contra ſedem poſteriorem veſicæ, quam Frater velit acu triquetra conpungere. Experimenta in cadaveribus facta: ſi vivi hominis reſpirationem fueris imitatus, utique veſicam poſterius & ſuperius perforari, nimiam etiam & funeſtam in veſica inciſionem fieri: in feminis vaginam lædi. Teſtimonia funeſtorum eventuum in F. COSMÆ curationibus, & GARENGEOTI epiſtola, qua fratris inſtrumentum improbat.

Tabulæ anatomicæ non optimæ, ad calculi ſectionem pertinentes. Icon & deſcriptio inſtrumenti, quo le CAT utitur; ſemicanalis, obtuſo mucrone, de quo canali firmata in apice lamina chalybea prodit, qua pro arbitrio plus minuſve

 poſſit

poſſit incidere. Aliud inſtrumentum ex binis conpoſitum, quæ poſſis conjungere, & vias neceſſarii vulneris dilatare. Conparat hæc ſua cum le BLANC, THIBAUD, ANDOUILLE' & F. COSMÆ, utcunque adfinibus inſtrumentis: ita vero comparat ut ſuum præferat.

Cum F. COSMAS reſpondiſſet in *additions au recueil de pieces importantes ſur la taille* Paris 1753. 12. *. LE CATIUS repoſuit in *reponſe au ſecond tome du recueil de frere Côme intitulé additions* Rouen 1753. 8. *. Fatetur poſſe F. COSMÆ nuperos ſucceſſus minus funeſtos fuiſſe, ſed tamen calculum in veſica reliquiſſe, ſed tamen fratris biſtouri caché a chirurgo CHAIGNEBRUN eſſe inventum: ſed tamen a F. COSMA medium muſculum acceleratorem dividi, & majuſculam arteriam lædi, periiſſe ſectos ex nimia veſicæ inciſione exque ſanguinis jactura. Lotium in abdomen aliquando effuſum eſſe, ab ipſo operationis vitio. In ſuis & imitatorum 2764. ſectionibus 164. mortuos, in F. COSMÆ 84. tamen 8.

EJ. *remarques ſur quelques endroits des journaux concernant l'operation de la taille* Rouen 1753. 8. *. *Journ. des Sav.* 1753. *Oct.* Queritur de auctoribus diarii eruditorum: Nuperrimas etiam ſectiones F. COSMÆ infelices fuiſſe: de ſuæ adminiſtrationis præſtantia teſtes producit, fere Rothomagenſes.

Video aliter citari *cinq lettres en reponſe au ſecond tome du recueil de F. Côme & remarques ſur quelques endroits des Journaux concernant l'oper. de la taille* Paris 1753. 8. GUNZ.

In *mercure de france* 1756. April varia ſunt LE CATII. Meteorologica, curationes bubonoceles, labii leporini, cataractarum. Dari etiam membranaceas ex aquoſo humore connaſcentes. Contra extractionem. De ambe HIPPOCRATIS emendata.

EJ. *Diſſertazione ſeconda* &c. in ſuppl. FABRIANO Bologn. 1759. 4. *. Fuſe demonſtrare vult eas partes ſentire, quas ego repereram ſenſu carere. Doluiſſe nonnullos homines, quibus dura cerebri membrana læſa erat. Chirurgum le BLANC in propria dura meninge dolorem diſtinxiſſe. Tetanum a vitio meningis factum. Tendines ipſe reperit non acriter ſenſiſſe. Sæpe eas omnes partes ſenſu caruiſſe vidit, de quibus id ipſum docueram.

EJ. eſt una edita *lettre à M.* BIANCHI.

EJ. *lettre à M.* DUMONT *lithotomiſte à Bruxelles ſur l'operation de l'adhérence des pierres à la veſſie & autres erreurs ou imputations contenues dans une brochure de Bruxelles* Rouen 1763. 8. Negat calculum adhærere.

Ad eamdem porro litem pertinet, *parallele de la taille laterale de M. le C. avec celle du lithotome caché, ſuivi de deux diſſertations*, 1. *ſur l'adhérence des pierres à la veſſie*, 2. *ſur quelques nouveaux moyens de briſer la pierre* Amſterdam 1766. 8. *. Edidit ALEXANDER P. NAHUYS. LE CATIO certum eſt proſtatam non totam aperire, ne hæmorrhagiæ fiant, neque demum veſicam incidere. Veſicam in ſuo oſtio melius dilatari: dilatationem prudentem inciſione tutiorem eſſe. Periiſſe VANDERGRACHTII hominem, cui veſica fuerit inciſa. Inſtrumenta ſua deſcribit,

ſcribit, ſpecillum ſulcatum, urethrotomum, quo ad bulbum uſque incidatur, deinde proſtatam & veſicæ collum in altero latere dividit, inciſionem paulum dilatat. In nuperioribus curationibus uti ſe cultro in ſemicanali occultato. Nullam ſe hæmorrhagiam metuere, proſtatam recte aperire, veſicam non perforare, tutius operari FRATRE. Chirurgorum Academiam noluiſſe judicium ſuum de fratre edere. Aliquos tamen chirurgos ſuis motos rationibus FRATRIS partes deſeruiſſe. Pauciſſimos ægros perire, quos le CAT ſecuerit. Nullos calculos adhærere. Magnos calculos utiliter forcipe diffringi, quam delineat. Icones anatomicæ negligentes.

EJ. *lettre ſur les avantages de la reunion du titre de Docteur en Medecine avec celui de maitre en chirurgie* Paris 1766. 8. *. Chirurgos merito loco cedere medicis, qui numeroſioribus malis medeantur. Recte in Germania medicos manu curare, neque ad eundem in arte gradum chirurgum pervenire illiteratum, ad quem vir doctus emergat. De Monachorum in Noſocomio *de la Charité* ſuper chirurgos dominio; de ſordibus Noſodochii *l'Hôtel-Dieu* queritur.

EJ. *de la nature & de l'exiſtence du fluide des nerfs* Berlin 1765. 8. * hactenus huc facit, quod nonnullis in vulneribus duræ matris ſenſum ſe adgnoviſſe putat, & perioſtei, tendinumque. Ipſe tamen fatetur nudatam trepano duram membranam cerebri ſenſu deſtitui: ſed hæc fere ad anatomen pertinent.

In RICHARDI *recueil d'obſervations* Paris 1766. 4. aliquæ ulcerum curationes, etiam in mamma; ſunt le CATI.

Memoire du Sr. le CAT *contre le Sr.* DAGEST 1768. 4. Ad litem de calculi ſectione contra F. J. de S. COSMA.

In opere de ſenſibus 1744. 8. *. lupiam ait ſanatam fuiſſe linteo, quo fuerat tacta facies ſuſpenſi dum moriebatur.

§. DCXXVIII. EDMUNDUS CHAPMAN.

Celebris medicus obſtetricius. EJUS *treatiſe on the improvement of midwifry chiefly with regard to the operation to which are added fifty ſeven caſes ſelected from upwards of 27 years practice* (in utraque editione, etſi altera 24 annis poſt primam prodiit Londin. 173 .) 1735. 8. * 1759. 8. * quæ editio aucta dicitur, ſed vix quidquam differt. Germanice Coppenhagen 1747. 8. Vir bonus, ut mihi videtur, candidus, qui neque nimis ſibi tribuat. De ſcindentibus queritur inſtrumentis, quibus vivi fetus diſſecti fuerint. Forcipem Anglicam a CHAMBERLAYNIO quidem inventam, a JOHANNE vero MAUBRAI ſpretam, primus deſcripſit, depinxit, defendit. Neque tamen ea utitur, quando caput altius in utero hæret: neque ea putat eſſe opus, quando caput in vaginam quidem deſcendit, & tamen fetus inverti poteſt, pedibusque adreptis extrahi. Tunc vero utique laudat, quoties caput profunde in vaginam quidem, detruſum tamen adeo arcte inpactum eſt, ut manibus adiri, pedesque prehendi nequeant. Ut prudenter utaris, ne

vaginam conprehendas: cochlearium loco aperta funda eſt. Ad mortuum fetum educendum unco præfert. Inveniſſe ſe reticulum ſuper pueri caput ducere. Caput fere ob anguſtam pelvim retineri, quoties ima lumborum vertebra aut ſuprema oſſis ſacri, antrorſum prominet, quam quidem cauſam a JACOBO DOUGLASSIO fatetur ſe didiciſſe. Partus difficilis a capite nimium jam oſſeo, ut calvariæ oſſa nequeant ſupra ſe moveri. Ob peranguſtam pelvim nonnunquam unco eſſe opus. Ob abdomen pendulum partus difficilis. Ter ab obſtetrice rupta vagina. Utrumque pedem extrahit una, neque niſi invitus unicum. Non facile fetum inverti. Non debere ad DEVENTERII ductum brachia una cum capite educi. Gemellorum ſecundum nunquam non pedibus extrahit. Vitioſe funiculum nimis remote ab umbilico reſecari; ita locum herniæ parari umbilicali: duas uncias ſufficere. Secundas continuo a partu educit, & uterum manu everrit. De hæmorrhagia fuſe. A partu matrem denudat, tegitque pannis poſca inmerſis, felici ut certus teſtatur, eventu. In caſibus gravioribus uteri orificium quod ſe quærenti ſubducebat, detexit femoribus elevatis. Brachium ſe puerulo fregiſſe, ſed facile ſanari. Vaginam ab obſtetrice fuiſſe laceratam, cum pro membranis haberetur, aut digitis perforatam. Raro reticulo locum eſſe. Fetum facie ad os pubis converſa tamen eduxit. Caput relictum unco evulſit. Ob adnatam ſecundam evulſus ab imperita muliere uterus, funeſto eventu. Feminæ difformi vaginam diſcidit ad anum, ſic fetum extraxit, ut tamen mater perierit. A retento lotio mortes. In difformi femina caput incuneatum unco expedivit; eique inſtrumento locum eſſe putat, quoties præalto loco caput fetus hæret. Contra uteri, ſ. potius vaginæ, prolapſum taleola lignea peſſi loco. Ut peſſum unco evulſerit. Ovillum vellus ſuper puerperæ inponit, neque reclamantem DIONYSIUM audit.

EJ. *replic to Douglas's ſhort account of the ſtate of midwifery at* London 1737. 8.

§. DCXXIX. JOHANNES TAYLOR.

De quo nuper aliqua ſum præfatus. Multa ſcripſit, dum longis itineribus univerſam Europam & Aſiæ partem peragrabat. EJUS eſt *traité ſur les maladies de l'organe immediat de la vue* Paris 1735. 12. Amſterdam 1735. 8. Germanice Berlin 1735. 8. *. Morbos numeroſiſſimos ſubtiliter diſtinguit, atque ipſa tempora definit, qua in re putes varietatem neceſſario locum habere. Ita perſubtiliter etiam agit de nervi optici malis.

EJ. *new treatiſe on the diſeaſes of the cryſtalline humour of the eye, or of the cataract and glaucoma* London 1736. 8. *. Contra cataractam membranaceam, quam nunquam tot in ægrotis viderit. Veram cataractam ſedem habere in cryſtallina lente, & a muſculorum oculi irregulari contractione oriri, quæ partes corporis cryſtallini inæqualiter urgeat. Cataracta ſpuria, quæ fit lente in humorem reſoluta, lactea, purulenta, & opaca capſula. In glaucomate capſulam eſſe vitiatam, lentem mole auctam. Ut cataractam deponat, lanceola, qua con-

junctivam

junctivam & ſcleroticam perforat, deinde acu ex plana convexa utitur, qua lentem deponit; acu frequenter per pupillam inſpecta; inferiori in parte capſulæ perforata: hæc fuſiſſime, ut vix longum ſermonem ſequaris. Vera cataracta tremula, lens ſede emota. Ut ſpuria cataracta deponatur. Ut capſula acu amputetur.

Ej. *mecaniſme du globe de l'œil avec l'uſage de ſes parties* Paris 1738. 8. * etiam Hiſpanice a. 1738, & Anglice ni fallor, 1737. 8. Ducenti ſexaginta tres oculi morbi hic deſcribuntur, & inflammatio toties pro alio alioque morbo recenſetur, quoties in alia parte oculi reſidet. Nomina ſæpe barbara, quæ oportebat eſſe græca ut *Antoniadula*, *Aichicimy* &c.

Ej. *de vera cauſa ſtrabiſmi* Luſitanice Lisbon 1739. 8.

Ej. *de morbo & curatione* D. A. de SALDANHA Luſitanice Lisbon 1739. 8.

Opinion of the European univerſities London 1743. 8.

Ej. *the caſes of S. Jeremy* SAMBROOKE London 1743. 8.

Catalogue of 243 diſeaſes of the eyes Edinburg 1749. fol. qui idem forte fuerit liber, *deſcription exacte de 243 maladies différentes, aux quelles l'œil, ſes envelopes & ſes parties contigues ſont expoſées* Paris 1766. 4. Germanice recuſ. Francfurt 1751. 8. cum tabulis coloratis. Hos morbos ſolebat in vitris depictos oſtendere, quibus multum tribuebat.

Ej. *über abſonderliche Zufälle der Gräfin v. Windiſchgrätz* 1750. 8.

Ej. *über die menſchlichen Augen, und ihre Verdunkelung* Berlin 1750. 8.

Ej. *unterſchiedene Begebenheiten in dem Auge, ſeine Verdunkelung* &c. Frf. 1751. 8.

Ej. *recueil des ſentimens des principales univerſités de l'Europe &c.* Amſterdam 1749. 8. quod idem fuerit, *Samlung von urtheilen der vornemſten Academien von Europa über den beglückten Fortgang der Operationen des R. Taylors* Francfurt 1750. 8. Numeroſiſſima teſtimonia facultatum & collegiorum medicorum, potiſſimum etiam ex Luſitania & Hiſpania collectorum.

Ej. *detail des motifs pour lesquels le Chev. Taylor ne s'eſt pas arrêté dans le pays de Brandenburg* 1750. 8. *. Regem ſe juſſiſſe ſuis terris abſtinere, multos tamen ægrotos ex Brandenburgica ditione ſe Baruthum eſſe ſecutos.

Ej. *über abſonderliche Krankheiten und Wiederherbringung des Geſichts des h. v. Mecklenburg* 1752. 8.

Ej. *von der Krankheit und Wiederherſtellung des Geſichts des Prinzen von Holſtein* 1752. 8.

Ej. *accurate Beſchreibung verſchiedener Zufälle der Augen und wie ſie zu curiren* Coppenhagen 1752. 8. Danice.

Ej. *Beſchreibung des Zuſtandes und Wiederbringung des Geſichts der Gräfin v. Nariskin* 1753. 8. Ruſſice.

Ej. *Examen von einigen ſonderbaren Zufällen der Prinzeſſin von Georgien* 1753. 8. Ruſſice.

Ej. *Erklärung von einem general tractat von den Zuſtänden des menſchl. Auges* Venet. 1754. 8. ut puto Italice.

Ej. *Tractat von unterſchiedenen Zufällen des Auges* Trident. 1755. puto Italice.

Ej. *von der Wiederbringung des Geſichts der Fürſtin Juſtiniani* Rom. 1756. 8. Italice.

Ej. *Erörterung über die Kunſt das verlohrne Geſicht wiederum herzuſtellen, ſo durch Krankheit der cryſtalliniſchen Feuchtigkeit verloren gegangen* Peſaro 1756. 4. Italice.

Ej. *von der Kunſt das Geſicht zu erhalten* Peſaro 1756. 4. Italice. Venet. 1756. 4. Annon idem.

Ej. *diſſ. von der Kunſt der beſtändigen Wiederbringung des Geſichts, und vom Strabiſmo* Mayland 1756. 8. Italice.

Ej. *novus modus confirmandi viſus* ib. 1757. 4. Italice.

Denique *nova noſographia ophthalmica* Lipſ. 1766. fol. In ea ſculpti & picti habentur morbi, quos in vitro pictos oſtendebat, iterum omnino 243, multo nimis ſubtiliter diſtincti, ſed neque picturas probaſſem. Idem puto opus quod p. 181.

Ej. *neue Augenerhaltungskunſt* Francfurt 1757. 8. *. Iterum morbos aliquos, ſed paucos recenſet. Alios ſcriptores refutat. Ad finem Apologia reperitur Taylori.

Ej. *de morbo & reparato viſu Patris Cremona* Rom 1757.

Ej. *deſcriptio omnium morborum viſus humani & ejus obſervationes* Venet. 1757. 8. Italice.

Ej. *morbi oculorum ſyſtematice collecti* Rom 1757. 4. Ital.

Ejusd. *lettre à Mrs. de l'Acad. de Chir. ſur l'art de retablir la vue obſcurcie par la maladie connue ſous le nom de cataracte, où l'on demontre les dangereuſes conſéquences de l'operation de la cataracte par extraction* Paris 1764. 4.

Ej. *letter to the gentlemen of the faculty concerning a new diſcovery on the art of the reſtoring ſigth when loſt by a cataract.* Lond. 1764. 4.

Ej. *ſeconde lettre à MM. de l'Acad. Roy. de Chirurgie* 4. * abſque anno. Contra Davielii extractionem: eam primario chirurgo peſſime ceſſiſſe. Se poſteriorem faciem capſulæ lentis cryſtallinæ incidere, & ipſam, ſi opaca fuerit, capſulam abſque noxa perforare.

Paſſim idem videtur libellus repeti.

§. DCXXX. Varii.

Robert James *method of preſerving and curing the madneſs cauſed by the bite of a mad dog* London 1735. 8. 1741. 8. 1760. 8. *. Gallice a Bouilleto verſ.

in

in *Elém. de med. prat.* Beziers 1743. 4. *. Turpetho nempe minerali & canes curat, & ipſos demorſos homines. Exempla adducit ſalutaris effectus, etiam quando hydrophobia aderat. Non putat, abſque morſu malum vere propagari. Hydrophobiæ exempla abſque morſu natæ. Diu latere malum, & per annos nonnunquam. Vermem cani exſcindere vitat, qui nervus ſit. A lichene, a cancris nihil ſperat. Fabulam eſſe, quæ de Tarantula narrantur. Ab inunctione mercuriali initium facit curationis, quæ & ſola morbum ſuperavit, inde ad tria & ad octo grana turpethi progreditur.

In Ej. *modern practice of phyſik improved by Boerhaave and Hofman* London 1746. 8. 2. vol. * chirurgica etiam exſtant, & potiſſimum ad hydrophobiam conſilia, turpethum & arcanum Tunkinenſe cinnabarinum cum moſcho.

In Ejusd. *dictionario medico* London 1744. fol. & Gallice Paris 1746. fol. * chirurgica etiam traduntur, ex optimis ſcriptoribus collecta, potiſſimum ex Heistero.

In *Phil. Tranſ.* n. 441. experimenta protulit in homine inque animalibus facta, felicis inuncti mercurii potentiæ adverſus hydrophobiam.

J. Huwe', medici, *onderwys der vrouwen aangaande het kinderbaaren en desſelfs voor en tegen ſpoeden en heiltzamſte behandelinge* Haarlem 17 . . . 1735. 8. *, quæ ſecunda eſt editio. Auctor mihi cæterum ignotus, multas proprias tradit opiniones. Placentam ante partum emori vult, & impeditum ſanguinis per eam motum cauſam eſſe partus, quæ gallorum quorundam nupera eſt opinio. A forcipe & a ſimilibus inſtrumentis uteri vim contractilem deſtrui, ut abdominis tamen vis ſuperſit. Conatus puerperæ potius impedire dilatationem oſtii uterini. Feminam ſedentem non bene parere; veros labores debere in lectulo exſpectari. Fetum, quamdiu membranæ integræ ſunt, poſſe in ſitum reduci legitimum; ſi ruptæ fuerint, tunc quidem manus auxilium requiri. In femina decumbente caput non ita incuneari, & os uteri melius aperiri. Pelvim ſatis amplam eſſe, neque aut dilatari, aut figuram capitis puerilis mutari, neque os coccygis debere retrorſum premi. Nimis inclinatum uterum partum facere præternaturalem. De contactu, qui de multis nos doceat. Inſtrumenta omnia rejicit: malum uteri ſitum apto ſitu puerperæ corrigit: ſi brachium prolapſum fuerit, pedibus fetum educit. Non debere educi placentam, quæ hæmorrhagiam relicta avertat, & ſi adhæſerit cum periculo extrahatur, relinquatur abſque periculo.

Antonii Mombers *tractat vom Nier und Blaſenſtein nebſt einem Abriß des von Hern* Heister *glücklich aus der Blaſe* a. 1735. *geſchnittenen wunderſam gebildeten Steines* Helmſtätt. 1735. 8. *. De calculi formatione: de calculo ſub lingua loquelam impediente, quæ eo exciſo ſit reſtituta. Calculi icon, in qua noſter ſimilitudinem aliquam buſti humani ſibi fingit. Diverſi apparatus & Heisteri adminiſtratio.

A. D. *de uſu arenæ externo in curandis quibusdam morbis, præcipue ad illuſtrandum locum Suetonii* Lipſ. 1735. 4.

Sigmund

SIGMUND HAHN *ſchidia cyrtonoſus cum* J. G. de HAHN *reſponſ. cyrtonoſi tabulas exhibente* Breslau 1735. 4. Rachitidis hiſtoria.

B. B. *queſtion ſi c'eſt aux medecins de traiter les maladies vénériennes* Paris 1735. 4. *. Utique. Eruditum opuſculum.

Anonymi quæſtio de rara aut frequente deligatione, quæ a. 1735. de præmio academiæ chirurgorum contendit, exſtat in collectione.

HENRICH WINCKLER *Anleitung zu allen chirurgiſchen Wiſſenſchaften*, erſter Theil, *von den Augenkrankheiten* Berlin 1735. 8. *. PLATNERI diſp. *de fiſtula lacrumali.*

Zweyter Theil ib. 1736. 8. *. STAHL de affectibus oculorum in genere.

Dritter Theil. PLATNER de ſcarifatione oculorum ib. 1736. 8. *. In reliquis tribus faſciculis, qui ad a. 1738. ſucceſſerunt, WEDELII (de amauroſi), BURGMANNI, WALTHERI, SCHACHERI diſſ. continentur.

I. N. L. *diſcurſus medicus de abortu & medicamentis abortivis, item uterinis pellentibus* Ulzen 1735. 4. GUNZ.

LAURENTIUS PEREYRA de ROCA, Luſitanus. EJUS eſt *obſervagao cirurgica caſo uno ſo raro mas unico de huma hernia caſualmente diſcubierta animoſamente extraida e felizmente curada* Lisbon 1735. 4.

BERNARDI de SYLVA MOURA, archiatri Luſitanici, *diſſertagao medica en defenſa de ſangria da ſalvatella directa o ferecida aos Profeſſores de medicina* Lisbon 1735. 4.

EJ. *eſcrupulos medicos e reparos chirurgicos* ib. 1739. 4.

EJ. *diſſertagao medica iluſtrada ou ſangria de la ſalvatella defendida* Lisboa 1739. 4. C. de V.

BALTH. LUDOVICI TRALLES tr. *de vena jugulari frequentius ſecanda* Breslau 1735. 8.* In clinicis dicemus.

§. DCXXXI. CAROLUS FRIDERICUS KALTSCHMIDT.

Profeſſor Jenenſis, manu ſua curabat, & primum innotuit hepatis vulnere ſanato: inde numeroſas adminiſtrationes ſuas & curationes in programmatibus deſcripſit.

Prima ejus eſt diſp. præſide TEICHMEYERO *de vulnere hepatis curato* Jen. 1735. 4. * & in *ſelectis meis.* Vulnus hepatis in juvene, & in canibus de induſtria ſauciatis, neque difficulter ſanatum.

Contra eam diſputationem G. E. HAMBERGER ALETOPHILI nomine edidit *Antwortſchreiben über* D. KALTSCH. diſp. &c. Jen. 1735. 4. Repoſuit noſter, *Antwort auf Aletophili Schmähſchrift wider die Diſput. de vulnere hepatis curato* Jen. 1736. 4. *. Urſit objectiones ſuas HAMBERGERUS in l. *Unterricht wie* D. K. *ſeine diſp. de vulnere hepatis beſſer hätte defendiren ſollen* 1736. 8.

EJUSD.

EJUSD. eſt *emendati inſtrumenti chirurgici trocar ſchema, cum curatione virginis hydropicæ* Jena 1738. 4. * cannulæ nempe majoris cum epiſtomio.

EJ. progr. *de ileo in hernia incarcerata gangræna adfecto, ægra tamen ſuperſtite* 1747. 4. *.

EJ. *de neceſſitate exſtirpationis chirurgicæ herniarum ſpuriarum majorum inguinis, hydroceles & ſarcoceles, vel hydroſarcoceles.* In 1749. 4. * & in meis *ſelectis*. Monet ne aliud præter cultrum auxilium exſpectetur.

EJ. *de oculo ulcere cancroſo laborante feliciter exſtirpato* Jen. 1749. 4. *.

EJ. *chirurgia medicis vindicata* ib. 1749. 4. *.

EJ. *de otalgia* ib. 1749. 4. *. Membranam tympani caſu perforatam fuiſſe, neque læſum auditum.

EJ. *de virginitate* ib. 1750. 4. *. Puer ano imperforato, fæces per urethram emittens, recto inteſtino in veſicam patente. In cane ſimile exemplum.

EJ. *de morbis puerperarum* ib. 1750. 4. *.

EJ. *de partu Cæſareo* ib. 1750. 4. *.

EJ. *de intermiſſa funiculi umbilicalis poſt partum deligatione non abſolute lethali* ib. 1751. 4. *.

EJ. *de geneſi calculi renum & veſicæ* ib. 1751. 4.

EJ. *de variis præternaturalibus in ſectione cadaveris inventis* 1751. 4. *. Arteria femoralis anevryſmatica pro abſceſſu aperta, mors inde ſubita. Anevryſmata non raro preſſione ſanata.

EJ. *de caſu partus difficilis, in quo infanticidium licitum eſt* ib. 1751. 4. *. Ipſe puerum enecuit, qui ob nimiam molem non poterat partu edi.

EJ. *de hernia exulcerata incarcerata cum veſica, ita ut fæces & urina ex rupto perinæo profluerent, ægro per 17 annos conſervato* ib. 1751. 4. *.

EJ. *de tumore ſcirrhoſo trium cum quadrante librarum glandulæ parotidis exſtirpato* ib. 1752. 4. *. Amiſſa ſanguinis libra, eventus tamen felix.

EJ. *de neceſſitate exſecandi fetum ex gravida mortua* 1752. 4. *.

EJ. *de perverſo in vulneribus inveſtigandis ſpecillorum uſu* ib. 1752. 4.

EJ. *de mola ſcirrhoſa in utero inverſo exſtirpata* ib. 1754. 4. *.

EJ. *de puerpera hernia & ruptura vaginæ laborante feliciter reſtituta* Jenæ 1754. 4. *.

EJ. *de vulnere capitis a chirurgo intempeſtive conſolidato fiſſura cranii neglecta & trepanatione feliciter inſtituta detecta* ib. 1754. 4. *.

EJ. *de vulnere vaſorum intercoſtalium non lethali* ib. 1754. 4. *.

EJ. *de raro pædarthrocaces caſu* ib. 1755. 4. *. Oſſis humeri non exigua pars exemta.

Ej. *de raro ſpinæ ventoſæ caſu* ib. 1755. 4.* exoſtoſis in maxilla detruncatio.

Ej. *de methodo hæmorrhagiam vulnerum ſiſtendi optima* 1756. 4. *.

Ej. *de raro caſu ubi inteſtinum rectum in veſicam urinariam inſertum fuit* ib. 1756. 4. *.

Ej. *de variis partus impedimentis ex capitis vitio* ib. 1757. 4. *.

Ej. *de neceſſaria poſt paracenteſin abdominis deligatione* ib. 1757. 4. *.

Ej. *de ægro inflammatione ventriculi demortuo, calculis poſt mortem renum & veſicæ felleæ raræ magnitudinis & figuræ per ſectionem detectis* ib. 1757. 4.

Ej. *de inflammatione in genere* ib. 1758.

Ej. *de morbis perioſtei* ib. 1759. 4.

Ej. *de neceſſitate exſtirpationis chirurgicæ herniarum ſpuriarum majorum* ib. 1759. 4, ſarcoceles, hydroceles.

Ej. *de hæmorrhagia poſt partum nimia* ib. 1759. 4.

Ej. *de inteſtino in hernia incarcerata a chirurgo incaute læſo* ib. 1759.

Ej. *de ſcirrho in genere* ib. 1759. 4.

Ej. *de neceſſitate partus Cæſarei inſtituendi in omnibus gravidis mortuis* Jen. 1760. 4.

Ej. *de herniis, ſpeciatim oſcheocele vera* ib. 1762. 4.

Ej. *de exſtirpato ſcirrho in labiis vulvæ* ib. 1762. 4.

Ej. *de teſticulo* 3½ ℔ *exſtirpato* ib. 1762. 4.

Ej. *de parte oſſis humeri exſtirpata, brachio tamen poſt conſolidationem integram ſervante longitudinem* ib. 1762. 4. alii 1761.

Ej. *de partu cum hæmorrhagia uterina conjuncto* ib. 1762. 4.

Ej. *de ſcirrho glandulæ axillaris ſiniſtræ exſtirpato* ib. 1764. 4. *. Fruſtra tentata cicuta ſibi ipſi eam glandulam amputavit.

Ej. progr. *de puero duodecim annorum ancyloblepharo laborante curato* ib. 1764. 4. *.

Ej. *de maſticatione pueri ſeptem annorum per cartilaginem maxillas ligantem ſublata, ſed per operationem chirurgicam reſtituta* 1764. 4.

Ej. *de aquis in hydrope aſcite unica operatione evacuandis* ib. 1764. 4. dum abdomen ligatur.

Ej. *de hydrope thoracis ſaccato rariſſimo* ib. 1765. 4.

Ej. *de tumore tunicato peculiari* ib. 1765. 4.

Ej. *de inflammatione quatenus per venæ ſectionem diſcutitur, & quatenus inde gravior redditur* ib. 1766.

Ej. *de coſtis duabus primis veris in dextro puellæ latere per interpoſitam ſubſtantiam oſſeam cohærentibus* ib. 1767. 4.

Ej.

Ej. *de primipara dolores poſt partum paſſa ex intempeſtiva abdominis preſſione* Jen. 1767. 4.

Ej. *de noxis medicamentorum aquoſorum in quibusdam morbis chirurgicis* ib. 1769. 4. *. Exempla in ulceribus, in quibus ſpirituoſa profuerunt.

Ej. *de lethalitate vulnerum capitis in infantibus recens natis* ib. 1769. 4. *.

Ej. *de caſu herniæ incarceratæ* ib. 1769. 4. *.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 3 ileon inteſtinum in hernia incarceratum, gangrænoſum, hactenus reſtitutum, ut fiſtula maneret.

Obſ. 4 ileon inteſtinum a congeſtis meſpilis ruptum.

§. DCXXXII. Disputationes.

Herman Oosterdyk Schacht in oratione Leid. 1735. 4. calculum vidit quatuor unciarum in uretere hærentem, alterumque ſeptem unciarum in cane, cum nullo ſymptomate dum æger vixit.

Gerard le Maire *de empyemate* Leid. 1735. 4.

P. Wind *de abortu* ib. 1735. 4.

C. Hageman *de paronychia* Duisburg 1735. 4.

Conr. Wilhelm Strecker *de fide & legalitate medici in vulnerum inveſtiganda lethalitate* Erf. 1735. 4. *.

Erdman Finger *de ſphacelo* ib. 1735. 4.

Ern. Volkm. Francke *de ægro ex exulcerationibus ſcorbuticis in hydropem aſcitem delapſo* Marburg 1735. 4.

J. Martin Reichart diſſ. *exhibens uterum gravidæ una cum fetu vulneratum* Argent. 1735. 4. * & in *ſelectis meis.* Vulnus ſclopi utero gravido ante partum inflictum. Exempla rupti, eventu non funeſto uteri: partus Cæſarei temerarii cum inteſtini vulnere, neque tamen lethalis, etſi fiſtula ſuperfuerit. In mea editione ſubjeci plenam hujus vulneris curationem, ex Auctoris ad me data epiſtola ſumtam.

Augusti Wenker *de virgine ventriculum per* 23 annos perforatum habente Argent. 1735. 4. *. Tota diſp. tranſiit in fratris Christiani Wenker diſputationem a. 1744. editam, & a nobis in *ſelectis* recuſam. Ruptus abſceſſus ventriculi indeque natum vulnus per multos annos geſtatum, ut contractilis vis ventriculi manifeſta eſſet. Aliquot alia exempla perforati ventriculi, potiſſimum ex Hummelii relatione. Colon inteſtinum a callo pene clauſum, in quo parvum oſſiculum latebat. Os humeri ab abſceſſu fractum.

J. Christ. Themel, medicus Annabergenſis, *de abſceſſu teſtium venereo* Jen. 1735. 4. *.

Ejusd. *anatomiſche Nachricht von einem mit Blut angefüllten Sack im Unter-*

 leibe

leibe Chemniz 1740. 4. *. Cum feminæ, cui abdomen mire tumebat, aliquot libræ ſanguinis deceſſiſſent, ſaccus erat, in quo ad 166. ℔. ſanguinis effuſæ erant, qui demum funeſto eventu crepuerat.

In diario *obererzgebürgiſches Journal*, paſſim aliqua huc faciunt, ut tumor vaginæ magnus, reſectus, vinculo injecto, etſi jam putredine vitiabatur, & ſanguinis multum effluebat. Uterus prolapſus feliciter amputatus.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. n. 10. abſceſſus veſiculæ felleæ cum calculis.

EJ. *Hebammenkunſt, oder gründlicher Unterricht wie eine Hebamme in ihren Verrichtungen vernünftig verfahren ſoll* Leipzig 1747. 8. *. Cum ipſe auctor artem obſtetriciam exerceret, expertus ſcribit. Partus naturalis cum ea, quam requirit cura: partus præter naturam, vitioſi ſitus. Paſſim monita adſpergit ſuasque adnotationes. Malum ſitum fetus vinculis corrigit. Negat veſicam rumpi poſſe. Sellam laudat: ſi brachium fetus præcedat, rariſſime accidere, quin poſſit pedibus extrahi. Multum ſibi metuit a fetu, qui duplicatus prodit. Dum pedibus fetum extrahit, brachia cum capite vult prodire. Stantem obſtetricem fetum educere ſuadet. Inſtrumentis abſtinet. Membranas tamen duriores forfice aperit. A partu in natibus abſceſſus, de quo oſſiculum prodiit. Placentam & ſanguinis grumos injecta manu eximit.

MARCI PAULI DEISCH diſp. *de ſplene canibus exciſo* Hall. 1735. 4. * diximus in *anatomicis*.

DAVID VASSE & J. de DIEST *E. hæmorrhagia ex dentium evulſione chirurgi incuria, lethalis* ib. 1735. 4.

ANT. JOS. SERON & T. G. BOULLAND *E. cancro mammarum ſectio* Paris 1735. 4.

NICOL. le ROI de S. AIGNAN & JAC. ALB. HAZON *E. vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præſtat* Paris 1735. 4.

PHILIP. DAVIER de BREVILLE & FRANC. FELICIS COCHU *E. educendo calculo cæteris anteferendus apparatus altus* Paris 1735. 4. & in *ſelectis noſtris*. Cum magno & parvo conparat. Non eſt in Catal. *aut.*

JACOB TRANT & HENR. FRANC. BOURDELIN *E. ad extrahendum ex veſica calculum diverſa pro re nata oportet uſurpari chirurgia* Paris 1735. 4. * & in *noſtris ſelectis*. Commoda cujusque apparatus & vitia exponit, & cuique ſuum locum eſſe oſtendit. Bulbi inciſionem eſſe Gallorum inventum.

THOMÆ RENATI GAGNIER & LUD. FLOR. BELLOT *Ergo in artuum exciſione tutius a ligatura, quam ab alia conpreſſionis ſpecie ſiſtitur ſanguis* Paris 1735. 4. * & in *ſelectis*. Negat grumum durum arteriæ vulnus claudere, etſi id a GALENO jam dictus eſt. Amputationem, qua carnis ſegmentum reſervatur, CELSO tribuit. PETITI conpreſſionem reprobat.

§. DCXXXIII.

§. DCXXXIII. Diaria.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 439. aliqua de vi incantante viperæ caudiſonæ.

In *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1735.

Zampollo, chirurgus Guaſtallenſis, de calculo circa acum nato, & per laceratam veſicam extracto.

In *Eſſays of a ſociety at Edinburg* T. III. qui a. 1735. prodiit.

N. 5. Samuel Goolden gangræna poſt phlegmonem nata & conpreſſa uſu corticis Peruviani.

N. 6. Johan. Paisley eodem remedio curata gangræna nata a vulnere homini cacochymo inflicto.

Id. T. V. n. 70. calculoſi hominis inciſio. In renibus una papillarum diſtenta, tum ureteres toti, veſica circa calculum contracta fartum globulis, membranis multum craſſioribus.

N. 16. anonymi tumor naſi infeliciter curatus.

N. 20. Alexandri Butter forceps factus ex laminis incurvis, fere ut in Belgio.

Gallice recuſ. par A. Roux. 1766. 12.

In *Commerc. Lit. Nor.* 1735. n. 9. J. G. Andreas Dieterichs, chirurgus de hernia umbilicali congenita.

Franc. Balthasar de Lindern n. 11. de hydrophobia & morte ex felis morſu.

J. Wilh. Agricola n. 18. de cataracta vere in cryſtallina lente reſidente, cum rugoſa videretur & membranacea, quam materies mucoſa a lente ipſa diſtinguebat: ea vero membrana ipſa erat cryſtallinæ lentis capſula.

Blok, Bremenſis medicus, n. 19. de fetu per undecim annos in tuba Fallopiana retento & diſſoluto, ut pauca oſſa ſupereſſent.

Carolus Augustus a Bergen n. 26. de vulnere palpebræ ſanato.

A. 1739. n. 2. de magno quod detruncavit frontis ſteatomate.

Diſp. *de ſpina ventoſa* Francof. Viadr. 1746. 4. *.

De lethalitate vulnerum hepatis ib. 1753. 4. *.

De morbis auris externæ ib. 1754. 4. *.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 48 cum plumbum arſenici ope in ſphærulas granuletur, putat vulnera inde venenari.

Ej. tumor cyſticus in fronte exſtirpatus; & alia exempla, ſæpe vero ſimiles renaſci pro exſtirpatis.

J. Wilh. Albrecht, noſter in cathedra Gottingenſi anteceſſor, *Comm. Nor.* 1735. n. 41.

n. 41. de vulnere frontis, in quo lamina prima, deinde ſeorſim quæ deceſſerat ſecunda trepano terebrata, ferramentum evulſum quod inpactum fuerat, tum oſſis fragmenta exemta, & vulnus demum ſanatum eſt.

PETRUS CHRISTOPH WAGNER n. 46. de atreto ano, funeſto eventu.

J. CASPAR SOMMER n. 51. de calculo poſt alvi conſtipationem ex ano depulſo.

Ad *præmium Academiæ Chir. Pariſinæ* a. 1735. diſſ. de rara vulnerum deligatione Anonymus diſſertationem obtulit a. 1753. 4. Paris excuſam.

§. DCXXXIV. VARII.

C. FRANC. FAUDACQ *reflexions ſur les playes ou la methode de procéder à leur curation* Paris 1736. 12. * & forte jam 1735. 12. Chirurgus Namurcenſis, ſtylo uſus minus placituro, nimisque verboſus ratiocinator, cæterum expertus, & PETITI atque MORANDI non indignus diſcipulus. Interſperſæ paſſim adnotationes, etiam propriæ.

EJ. *nouveau traité des playes d'armes à feu, avec des remarques & des obſervations* Namur 1746. 8. *. Balſami vel unica gutta impedit vulneris ſanationem. Vulnera punctoria dilatatione aperit. Si duræ matris arteria in oſſeo canali violata fuerit, duobus trepanis opus eſt, ut os demoliamur. In dentis hæmorrhagia vitrioli oleum funeſto eventu adhibitum. A vulnere platysmatis myodis natus ſinus, late propagatus, funeſtus fuit. Aponeuroſes ſecundum longitudinem & in transverſum cultro debent dilatari. Sopor in capitis vulneribus frequens nulla parte læſa. Tumores ſenſim augeſcentes non faciunt ſoporem. Periculum ſummum eſt a commotione; ſolent vaſa aliqua rumpi & fieri ecchymoſes. Inter iſtas peſſimæ, quæ lente fiunt, & abſque ſymptomatibus. BELLOSTIANAS conpunctiones debere in partem oſſis ſanam penetrare: eas in contuſis vulneribus eſſe neceſſarias. Fragmenta ſæpe reconciliari. Sanam, tenſam, glabram duram matrem tamen ſcarifat. Ecchymoſis octava demum terebratione detecta, & æger ſervatus. Vulnera per naſum in cranium penetrantia ſubito fere necem inferunt. De repercuſſo in pulmone pure & ejus cauſis. Vulnus poſſe utrinque pectus perfodere, neque mortem ſubitam inferre. In magnis thoracis vulneribus ſutura utitur. Glandes plumbeas de pectoris cavea jubet eximere. Emphyſemata fere in vulneribus contuſis ſuperveniunt. Vulnus vere in cavum pectus penetrans poſſe fallere, ſi ea ſede pulmo adhæſerit. De profundis pulmonis abſceſſibus dum vulnus externum coaluit. A glande plumbea in diaphragma delapſa, ſubita, ut putat, mors. Vulnera abdominis non ſemper penetrant, quæ penetrare videntur. Vulnus a cornu bubulo inflictum abſque gaſtroraphia ſanatum.

Queſtion ſi c'eſt aux medecins qu'il apartient de traiter les maladies vénériennes Paris 1735. 4. *. Erudita contra chirurgos diſſ. ib. BARONIO tributa.

EJ.

Memoire où l'on fait voir en quoi peut conſiſter la prééminence de la medecine ſur la chirurgie Paris 1736. 4. * ut videtur. Medicos de operationibus earumque neceſſitate non poſſe judicare. Chirurgum medico nullum debere obſequium. Contra diſſ. LUDOVICI de SANTEUIL.

T. DAWKES *the midwife rigthley inſtructed or the way to acquire the true knowledge of the art of midwifery* London 1736. 8. *. Chirurgus, potiſſimum pro feminis ſcripſit, & pro obſtetricibus, quas in minoribus artis ſuæ curis informat. DEVENTERIUM fere ſequitur, & brachia una cum capite mavult educere, contra CHAPMANNUM. Adnotationes proprias paucas habet. Ut caput fetus firmius apprehendat, reticulum (fillet) ſuper mentum conjicit.

PIERRE DESAULT diſſ. *de medecine* T. III. Paris 1736. 12. *. Inter eas tertius tomus eſt, *ſur la pierre des reins & de la veſſie.* Eamdem eſſe naturam calculi & podagræ. Fabrica ex laminis conpoſita, quas in recenti lapide poſſis acicula diducere. Naſci a muco veſicæ laminatim concreto. Non ſemper fideliter catheterem nos de præſentia calculi docere: in celebri medico non potuiſſe detegi. Aquis Balnei regii (*Baréges*) ſoluta ancyloſis: calculum eadem ſolvit pota; aut in veſicam impulſa, aut deſtillans in hypogaſtrium ſedemque veſicæ: in ipſa vero ſcaturigine debere ægrum vires earum aquarum experiri. Calculos renales in iis aquis celerrime ſolvi; ſic veſicales, viſos eſſe tamen, quorum pondus auctum ſit. Scirrhus etiam uteri iis ceſſit. Sectionem non probat, & multos ſibi ægros grates egiſſe teſtatur.

In T. II. 1738. 12. * exſtat *diſſ. de rabie canina.* Exempla hominum a rabido cane demorſorum. Cauſam ponit in cerebri vermibus. Aquam averſari ob dolorem, quem in deglutiendo percipiunt. Nihil prodeſſe aut aquam marinam, aut medicamenta a religione petita. Non ſervavit ullos homines, qui aquam eſſent averſati; neque vidit ægros, qui amicos morſu petierint. Verum cæterum antidotum eſſe in mercuriali frictione. Negat felem rabidam fuiſſe, in cujus corpore nullum vermem invenerit.

Declaration du Roi portant, *que le premier Chirurgien ſera autoriſé a nommer les lieutenants & greffiers dans les communautés des MM. chirurgiens des villes du Royaume*, du 3. Sept. 1736. Paris 1736. 4.

Second memoire pour les Chirurgiens (par M. PETIT;) *en reponſe a la queſtion de Medecine* Paris 1736. 4.

Seance publique de l'Academie de Chirurgie in *Merc. de France* 1736. Juill.

Lettre d'un Medecin de la faculté de Paris (lego eſſe HECQUETUM) *ſur ce que c'eſt que le bridgandage de la Medecine*, Paris 1736. 8. 12. recuſum cum *brigandage de la Chirurgie.*

Lettre

Lettre d'un Docteur en Medecine a un Maître en Chirurgie Paris 1736. 4.

Reponſe a la lettre d'un Docteur en Medecine de la fac. 1736. 12.

Lettre de M. a un ami de Province Paris 1736. 12.

Reponſe a la lettre de M. a un ami de Province par DES ROSIERS *maître Chirurgien* Paris 1736. 12.

Lettre a l'auteur des obſſ. ſur les écrits modernes (alias *lettre d'un Pacificateur*) Merc. de France 1736. Aout.

Reponſe d'un Chirurgien a la lettre inſerée dans le Merc. de France du Mois d'Aout & adreſſée aux auteurs des Obſervations ſur les écrits modernes Paris 1736. 12. quæ eſt *reponſe d'un Pacificateur.*

ANTON. FORMELLINI *comm. ſopra il capitolo* XIII. in J. ANDREA a CROCE. Venet. 1736. 8. De vulneribus cum oſſium carie.

G. VAUSSARD *l'operateur des pauvres* Paris 1736. 8. Puto potius 1636.

ELIAS FRID. HEISTER, LAURENTII f. immatura morte ex cultri particula deglutita abreptus. EJ. ſunt *beſondere Nachrichten wegen des Oculiſten Taylors* Helmſtätt 1736. 8. *. Non favet homini. De ægroto, quem fruſtra curandum ſuſceperat; non levato & multa paſſo fruſtra factis maximis inciſionibus. Ad eam infelicitatem noſter commentatur, nimiaque TAYLORUM promittere monet, temereque amauroſin ipſam adgredi.

EJ. diſp. *de nova brachium amputandi ratione* Helmſtätt 1739. 4. * & in *meis ſelectis.* Brachium ambuſtum erat, neque poterat vulgaris amputatio locum habere, quare noſter arteriam acu intercepit, ſub eo vinculo carnes ſcalpello diſſecuit, denique os ſerra amputavit. In aliis arteriarum brachii & pedis vulneribus eamdem amputationem locum putat habituram, inque anevryſmatibus. Nervos majores abſque periculo ligari.

Reperitur hæc curatio etiam in E. N. C. *Vol.* V. *obſ.* 138.

Societas Hiſpalenſis *varias diſſertationes medicas theorico practicas, anatomico chirurgicas, chymico pharmaceuticas anunciadas y publicamente defendidas en la R. Societa de Sevilla* edidit Hiſpali 1736. 4.

Diſſ. III. eſt J. GALANTE, chirurgi, de polypo narium.

Diſſ. VII. LUDOVICI MONTERO, chirurgi, de gangræna & ſphacelo.

Diſſ. VIII. GEORGII ARIAS, chirurgi, de curatione vulnerum capitis cum fractura cranii, & aliquot laminarum, aut omnium.

Diſſ. DIDACI GAVIANA, medici, de inflammatione in genere.

Diſſ. XIII. LUDOVICI MONTERO de lithotomo ejusque adminiſtratione.

Diſſ. XIV. CASPAR PELLECER de vulneribus capitis & terebratione cranii.

Diſſ. XVI. GEORGII ARIAS de LEON, chirurgi, in aphor. 45. S. VI.

GOTTFR.

GOTTFR. HENR. BURGHART *ſchreiben an Herrn* TRALLES, *vom aderlaſſen* Breslau 1736. 8. potius practici eſt ſcopi: recuſ. in *ſat. Siles.* mantiſſ. I. Breslau 1736. 8. *. Hoc enim diarium BURGHARTO potiſſimum curante hoc anno cepit prodire.

In EJUS diarii ſpecim. II. 1737. de cataracta retulit poſt lotionem frigida factam, ſubito nata.

De inflammatione gravi oculi in ſuppurationem tranſeunte, inciſione demum ſanata.

Spec. V. eryſipelas mala curatione in cancrum mutatum.

EJ. *von der Venuskrankheit.* Aliqua huc faciunt. Ulcus pudendi ſubitum a tabaco ad anum tergendum adhibito.

Sat. Sileſ. ſpec. VII. cataractam putat ex ſanata per corticem Peruvianum febre natam fuiſſe.

§. DCXXXV. DISPUTATIONES.

THOMAS HUMPHREY *de calculi urinoſi generatione* Leid. 1736. 4. BOEHM.

GEORG CARLYLE *de cancro mammarum* Leid. 1736. 4. HÆNEL.

L. J. WOLF *de nephritide* ib. 1736. 4. HÆNEL.

MELCH. PHIL. HARTMAN *de verrucis* Regiomont. 1736. 4. PL.

JOH. de BUCHWALD *de deſideratis quibusdam in chirurgia, & quidem hac vice de turundarum abuſu* Hafn. 1736. 4. HÆNEL.

GALLUS ANTON. MULLER *de dolore renum* Argentor. 1736. 4. HÆNEL.

SAMUEL GOTTL. SCHREIBER *de partu difficili* Francof. ad Viadr. 1736. 4. PLATNER.

J. FRID. BEHRING *caſus rupti in partu uteri* Altdorf 1736. 4. * & in *ſelectis meis* T. V. Partus infelices ex uteri obliquitate, hanc a placentæ latenti adhæſione deducit; denique exemplum feminæ ab HUMMELIO inciſæ producit, cujus uterus ruptus fuerat.

PETRI STUART *ſecundæ ſalutiferæ & noxiæ* Argent. 1736. 4. *.

LUDOVICUS de SANTEUIL *non ergo eſt medico chirurgus certior* Paris 1736. 4. recuſa in ſequenti libello. Etiam Gall.-latine 1736. 4.

EJ. *des proprietés de la medecine par rapport à la vie civile* Paris 1739. 12. *. Contra chirurgos ad litem eo tempore ferventem. Anatomen rectius callere fatetur, phyſiologiam eſſe medici. Medici auxilium etiam in morbis chirurgicis requiri. Ab univerſitate Pariſina chirurgos inter diſcipulos medicæ facultatis numerari: anni 1724. lege teneri, ut jure jurando obſequium Decano promittant.

IDEM non addito nomine reſpondit Par. 1736. *reponſe d'un Medecin Anglois a la critique de la theſe de* M. MALOET ib. 1736. 12. Alia, anonyma, viri ſcripta alias dicemus.

PETRI MALOET & PAYEN *E. chirurgia non eſt medicina certior* Paris 1736. 4. & idem titulus cum nominibus GUILIELMI de MAGNY & LUD. JAC. PIPEREAU, Paris 1736. 4.

Extrait de la theſe de M. MALOET. *Obſſ. ſur les écrits modernes* 1736. T. V.

Refutation de la theſe de M. MALOET in iisd. *Obſſ.* Jan. 1736.

Replique a l'auteur des Obſervations ſur les écrits modernes a l'occaſion de ſon extrait ſur la reponſe d'un Medecin Anglois Paris 1736. 12.

TOUSSAINT GILBERT BOULLAND *E. turundarum intromiſſio pectoris vulneribus noxia* Paris 1736. 4.

EJ. & MACQUART *Non ergo faſciæ infantibus, loricæ puellis* ib. 1753. 4.

GASP. COCHON DU PUY & BARTH. MURRY *E. poſt gravem ab ictu vel caſu capitis percuſſionem non juvante etiam iterata terebratione dura meninx inciſione aperienda* ib. 1736. 4. CAT. Sub dura membrana materies puri ſimilis per eam inciſam exiviſſe.

§. DCXXXVI. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 440. EDUARDUS HODY refert de oſſeo concremento in utero reperto.

N. 442. MADDEN de oſſiculo pueri in membranas inteſtini recti innato.

N. 443. WILHELMI BURTON & CROMWELLI MORTIMER experimenta de olei olivarum ad morſus viperarum curandos poteſtate. Demorſos a cane rabido balneo calido mallet curare.

N. 444. JOSEPH ATWELL demorſi a vipera facillime ſanati.

In *eſſays of a ſociety at Edinburgh* T. IV. 1736. n. 7 ALEXANDER THOMSON laudat aluminis uſum ad conpeſcendas hæmorrhagias.

Varii n. 10. de ſalutari corticis Peruviani in gangræna uſu.

N. 15. ANDREÆ WILSON vulnus a vertebris per pelvim penetrans, ut in linea alba terminaretur, ſanatum.

ANDREAS BROWN n. 16. de calculo circa acum in veſica nato.

In *Comm. Lit. Nor.* 1736. h. 5. GRAPIUS de partu difficili ex membranis non ſatis ampliter laceratis.

ID. ib. 1741. de ſphacelo pedis repetita amputatione tandem ſuperato.

J. LUDWIG HOMMEL, noſter olim profector, cataractam cryſtallinæ lentis vidit, de qua capſula ligamento ciliari adhærens ſuperfuit, quam potuiſſes pro membranacea cataracta habere, n. 11.

Apud VOGELIUM exemplum habet herniæ per foramen ovale factæ.

Aliqua

Aliqua de lithontripticis medicamentis n. 27.

J. Conr. Zachman *Comm. Lit.* 1736. n. 13. cornu de feminæ capite reſectum.

J. Christoph Pohl, profeſſoris Lipſienſis, *de tumore capitis funeſto cum cranii carie & cerebri colliquatione rarum exemplum eſt in Act. Erud.* Lipſ. 1736. & in *E. N. C. obſ.* 100.

Ejusd. progr. *de abſceſſu abdominali* Lipſ. 1737. 4. *.

Ej. *de proſtatis calculo adfectis* ib. 1737. 4. *.

Ej. *de tumoribus cyſticis feliciter maleque curatis* ib. 1738. 4. *.

Ej. *de herniis & in ſpecie de ſarcocele* ib. 1739. 4. * exemplum hominis ab eo malo enecti, ex contuſo teſte nato.

Ej. *de callo ulcerum* ib. 1767. 4.

Ej. *de geneſi tumorum in contextu celluloſo* ib. 1776.

Ej. *de ſede obſtructionis inflammatoriæ* ib. 1768. 4.

Hoc anno 1736. prodire cepit diarium cum titulo *Selectorum Francofurtenſium, anatomen, chirurgiam, materiam medicam & univerſam medicinam illuſtrantium* Francof. Viadr. vol. I. 1736. 8. *.

Dislocatio colli abſolute lethalis.

In *E. N. C. Vol.* X. *obſ.* 35 mors ex cranio varie, etiam in aliena ſede fiſſo.

In *Sat. Sileſ. ſpec.* I. ophthalmiæ ab ambuſtione ſanatio narratur.

§. DCXXXVII. Vacher.

Chirurgus Veſuntinus. Ejus eſt *obſervation de chirurgie ſur une eſpéce d'empyéme fait au bas-ventre avec ſuccès en conſéquence d'un epanchement* 1737. Inciſo peritonæo magna vis ſanguinis effluxit, ſequente ſuppuratione, & demum integre malo ſublato.

Ej. *diſſ. ſur le cancer des mammelles Beſançon* (ou Bruxelles) 1740. 12. * Nulla hic hypotheſis, neque interni medicamenti quidquam, niſi diætam velis lacteam. Non omnes duros mammarum tumores continuo cancri habere naturam, eosque aliquando exſcindendo demum in cancrum exaſperari. Cancri gradus diſtinguit. Primum occultum, bonis cum ſignis, exſtirpat ſolum, ut una cutis amputetur. Majorem exulceratum cum tota mamma auferre neceſſe putat, ipſamque cutem in culpa eſſe, ut malum recrudeſcat, ſi ei peperceris. Hæc per exempla confirmat. Felicia exempla amputationum. In cancro exulcerato tota ſemper mamma, & una cutis infecta excidenda. Non facile ſuccedit curatio, niſi axillares glandulæ ſanæ fuerint. Exempla cancri, qui negligentius amputatus recruduit.

Ej. *hiſtoire de frere Jaques lithotomiſte de Franche Comté* Beſançon 1756. 12.*. Laudes viri equidem meritæ, quas ſuo loco inſeruimus.

In *Commentariis Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1741. refert de uteri exfoliatione, quæ abſque funeſto eventu facta pro utero decedente ſit habita.

A. 1743. de pure ſub duram matrem effuſo, quod calvariam eroſit, ægroto diu ſuperſtite.

A. 1746. de fracturis quibusdam & earum conſolidatione: callum eſſe perioſtei indurationem.

In *Merc. de France* 1758. *April & Mai* de noxia injectione in vulnera & ulcera. Ad duriora ulcera colcothar diſſolutum injicere permittit. Exempla ubi injectionibus optimo ſucceſſu abſtinuit.

In *Mem. de Chir.* T. III. de ano artificiali poſt gangrænam inteſtini, ſuperſtite.

§. DCXXXVIII. Varii.

Henricus Braken, D. chirurgus & veterinarius.

Ejus eſt *midwifery companion with a true method of menaging the ſmall pox* London 1737. 8. 1745. 8.

Ejusd. *lithiaſis Anglicana or a philoſophical enquiry in to the nature and origin of the ſtone and gravel* London 1739. 8.* Stephaniam exagitat ſumumque vendere criminatur: ipſum Hartleyum propria in veſica calculum alere. Laudat cereviſiam dauco conditam, etiam ſimplicem, qua ſanatus ſit, qui ſe lithotomo volebat committere. Exemplum funeſtæ iſchuriæ ex veſicæ urinariæ paralyſi natæ: ut id infortunium vitaret, ſuper os pubis inciſionem fecit, quinque pintas lotii emiſit. Non aliud medicamentum quidquam effeciſſe, præter Chyan pepper ardentem in faucibus pulverem, cujus doſis ſit a ſcrupulo ad drachmam. Capſicum ut puto.

Ej. *lettre to* D. Hartley *author of the caſes in behalf of miſs Stephens medicines* London 1739. 8.

Ej. *farriery* ib. 1743. 12.

Sarah Stone *complete practice of midwifry* ib. 1737. 8. Gunz.

Joseph Anton Pujati *decas rariorum obſervationum medicarum* Venet. 1737. 4. *. Eſt inter eas de iſchuria veſicali. Parotis ſcirrhoſa, os ſiccum in eo latere, neque poterat deglutitio fieri, niſi cibo digito in alterum latus depulſo.

J. Francisci le Fevre *de uſu miſſionis ſanguinis & aliarum artificialium ſanguinis evacuationum* Veſuntione 1737. 4. *. Potius practici eſt argumenti.

Caspar Neuman obiit a. 1737. In ejus poſthumis operibus præter alia medicamenta deſcribitur balſamum vulnerarium Dippelii, quod valde laudatur,

ex

ex aceto & ſempervivo potiſſimum factum, pro fomento. Tum aliud ex lapide hæmatite. Aliud balſamum vulnerarium Stahlii, tum FIORAVANTI *& du Commandeur*.

GERAUDLY *art de conſerver les dents* Paris 1737. 12. Germ. *Abh. von den Zahnkrankheiten* Argentor. 1754. 8. Laudant in J. des ſavans.

J. GEORG WAGENTRUZ *wohl examinirte und approbirte Hebamme* Nürnberg 1737. 8. BOECL.

JOSEPH RUYZ, chirurgus Madritenſis, *diſcurſo practico methodo ſeguro para curar las fracturas y ſubintraciones* Madrit 1737. 8. C. de V.

JOSEPH RODRIGUEZ, Chirurgi, *methodo ſicuro per curar las fracturas ſobre la diſſertacion de las heridas de cabeça que defendro la Real ſocieta da Sevilla por* GASPAR PELLICE ib. 1737.

JOSEPH ANTON FORTEZA, med. chirurgus, *medula de la cirurgia explicada, carrtilla, impugnada* D. PORRAS *defendido* ib. 1737. 4. C. de V.

J. GOLDHAMMER *offenherziger Weiber und Kinderarzt mit einer Hebammenprobe* Mülhauſen 1737. 8. 1750. 8. * habet morbos parientium, puerperarum & infantum.

A. P. QUEITSCH *totius corporis medicinæ archetypus* Francf. Viadr. 1737. fol. *. Habet etiam tabulam iſagogicam ad ſtudium chirurgicum.

Fervebant eo tempore lites medicos inter & chirurgos Gallos. Contra medicos prodierunt *Lettres ſur les diſputes entre les medecins & les chirurgiens* Paris 1737. 4.

Contra chirurgos, *le Baillon, ou reflexions adreſſées a l'auteur de la lettre inſerée dans le Merc. de France Août dernier au ſujet de la diſpute qui s'eſt élevée entre* M. MALOET *& un medecin Anglois d'une part, & les chirurgiens de l'autre par* Mr. . . Medecin Paris 1737. 4. In PETITUM aliosque ejus gregis. Tribuerunt LUDOVICO de SANTEUIL.

Reſponderunt chirurgi in *reponſe de M. D. M. chirurgien d'Orleans au Medecin auteur du Baillon* Paris 1737. 4.

Hoc anno prodierunt quinque epiſtolæ d'ASTRUC. Conf. p. 48.

Reponſe d'un chirurgien de S. Côme à la premiere lettre de M. ASTRUC Paris 1737. 4. PETIT.

Lettre de J. L. PETIT à M. ASTRUC ib. 1737. 4. cum ejus epiſtolis recuſa, alii 1738. 4. PORT.

Douze lettres de M. ASTRUC, PETIT *& autres ſur les differens entre les medecins & les chirurgiens ſur le droit, qu'à* M. ASTRUC *d'entrer dans ces diſputes, ſur la preference qu'il ſe donne en comparant ſon ouvrage a celui de Thierri de* HERY *par M. Chirurgien de Rouen a M. Chirurgien de Namur avec leurs reponſes* Paris 1737. 8. alii 1738. 4.

Lettre de M. *Maitre és arts & chirurgien juré a un de ſes amis & reponſe a celle de M.* PISTOUS *D. de Montp. Med. de Martigny* 1737. 12.

Second memoire pour les chirurgiens Paris 1737. 4. Ita lego.

Der Statt Kaufbeuren Ordnung nach welcher ſich die Hebammen zu verhalten haben 1737. 4. TREW.

§. DCXXXIX. DISPUTATIONES.

J. PHIL. METZ *diabetis obſervatio rara* Baſil. 1737. 4. *.

CHRISTIAN AREND SCHERER *de calculis e ductu ſalivali exemtis* Argentor. 1737. 4. * exemplum proprium.

WOLFG. AD. SCHOEPF I. C. *de infanticidio præſervato* Tubing 1737. 4.

JOSEPH MOSES BENDIEN *de renibus & eorum affectibus* Utrecht 1737. 4. *.

BERNARD JOACHIM NEISSKE *calculorum in corpore humano reperiundorum geneſis & cura* Götting. 1737. 4. *. Præſide ILL. SEGNERO.

CHRISTOPH PHILIP GLASS *de inflammatione oſſium* Hall. 1737. 4. * luculentus tractatus, de inflammatione oſſis ipſius, de tumoribus ex oſſibus progerminantibus, de polypis &c.

J. SWALMIUS *de urinæ incontinentia* Leid. 1737. 4.

DAN. LOEZEL *de partu difficili* Leid. 1737. 4.

§. DCXL. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 445. EDUARDUS NOURSE, chirurgus, de homine refert, a morſu canis rabidi poſt elapſos 19 menſes hydrophobia exſtincto.

STEPHAN WILLIAMS de GUILIELMI OLIVER curationibus, oleo olivarum in ſe ipſo peractis.

CHRISTIANI WOLF, viri ſummi, de ileo inteſtino rupto, ex contuſione, velamentis univerſi corporis non violatis.

N. 446. ANDREÆ CANTWELL, medici Pariſini, inteſtinum colon & cæcum ruptum, ileon inflammatum, pelvis oppleta enormi tumore, qui conpreſſa veſica urinæ iter erat moratus. Os ſacrum molle.

ID. 1741. in *Trivultinis* oſtendit, urinam ab uſu medicamentorum Stephaniæ ita reddi medicatam ut calculos ſolvat.

EJ. & præſidis LUD. MARIÆ POUSSE *non E. calculo veſicæ ſcalpellum ſemper neceſſarium* Paris 1742. 4. * & in *meis ſelectis*. Calculi hiſtoria: experimenta a CANTWELLO inſtituta, quibus vis ſalutaris aquæ calcis confirmatur, & diſſolutorum

torum calculorum, quos tamen catheter tetigerit. In lixivio ſaponaceo inque urina ejus vi imbuta calculos contabeſcere, certe qui molles ſint & friabiles.

Ej. & Hazon diſſ. *E. in calculi ætate & temperamento ægrotantis remedium alcalino ſaponaceum anglicum* Paris 1742. 4.* Fuſa & docta diſp. Calculum vidit in ureteris exitu adhærentem, ex quo gangræna & mors. Pro medicamentis Stephaniæ. Decoctum ſaponarium etiam abſque calce ſquamas per urinam pellere. In ſola calce animali vim eſſe, quæ calculum ſolvat, non in calce lapidea. Morandum ſua experimenta referre, neque ſe citare, queritur.

Ej. *lettres ſur le traité des maladies de l'urethre* de Daran Paris 1749. 12. Dari omnino carunculas. Qui de cereis ſcripſerint. Formulæ cereorum, qui Daranianorum ſimiles ſint.

Idem ad S. Yvesii de morbis oculorum l. addidit diſſ. *l'hiſtoire d'un remede pour les maux des yeux & contre la morſure du chien enragé* Amſterdam 1767. 12.

In *hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1737, Farcy, chirurgus de exoſtoſi enormi tibiæ a contuſione nata.

In *Eſſ. of a Society at Edinburgh* T. V, qui reſpondet anno 1737, etſi demum a. 1742 & 1744. prodiit, magna pars chirurgici eſt argumenti.

Johannes Love n. 9. lignum Guaiaci in cancro & in mali ingenii tumoribus laudat expertus.

J. Patch n. 27. ex inguine lacteum humorem manaſſe vidit.

Duncan Bayne puerum ſanavit, cui calvaria ab equo fracta fuerat, & pars cerebri amiſſa.

William Cookesley n. 33. ægrum curavit, cui neceſſe fuerat in hernia inteſtini partem gangræna adfectam amputare.

Josias Cole n. 34. retulit de abſceſſu abdominis, de quo oſſicula ceraſorum & prunorum deceſſerunt, felice eventu.

Johannes Gemmel de tumore circa anum prægrandi partum impediente.

Duncan Stewart n. 37. vidit ſectionem Cæſaream feliciter eveniſſe.

Gabriel King n. 38. de puero partim per inciſum abdomen, & partim per alvum excreto. Hernia ſucceſſit.

William Johnston de oſſe tibiæ educto & regenerato.

N. 51. Andr. Plummer rabies canina funeſta.

N. 60. Carl. Alston Douglas phthiſis a tumore externo nata.

N. 62. Patrik Murray tumor ſingularis abdominis cum hydrope, ſolutus diureticis.

N. 63.

N. 63. WILLIAM JOHNSTONE hydrops aſcites ortus a tumore de umbilico dependente.

In *Acad. Nat. Curioſorum Ephemerid. Volum.* IV. a. 1737.

JACOB ANTONIUS de LUPIN obſ. 1. polypum prægrandem anguſta forcipe exſtirpavit.

GODOFREDUS OBST obſ. 6. in apoplectico ſphacelus dorſi tamen ſanatus.

CASPAR PHILIP LINDNER abſceſſus meſenterii ſolutus & per alvum egeſtus obſ. 73.

J. FRID. HENKEL n. 134. dyſpnœa ſanata fragmento coſtæ bubulæ excreto, quod videbatur in aſpera arteria latuiſſe.

JOH. FRIDERICH WAHRENDORF n. 149. calculoſi inciſio. Ren alter in ſacculum mutatus, alter tumoribus deformis: in veſica calculus ureteres conprimens.

In *Comm. Lit. Nor.* h. 5. TRUMPHIUS de bubone agit ulcerato, perforato, de quo vermes prodierunt, magnam tamen ſanationis ſpem faciente.

PROSKY magna ſanguinis in juvene per umbilicum jactura.

J. CONR. GMELIN hebd. 35. de cornu vere reſecto, de quo ZACHMANNUS.

H. 41. calculus de abſceſſu perinæi exciſus.

Utcunque huc referas AUGUSTINI BUDDÆI diſſ. qua oſtendit, oſſa præter naturam nata non eſſe vera oſſa: in *Contin.* IV. *Miſcell. Berol.*

In *Satyris Sileſiacis Spec.* II. a. 1737. TIMOTHEUS CHRISTOPHORUS BURGHART aliqua ad confirmandam efficaciam ſympathetici pulveris vitriolici adfert, in hæmorrhagia adhibiti.

J. GOTTLIEB BERGMANN, chirurgus, de contuſione gravi cum multo ſanguine effuſo, denique ſanata.

Spec. III. abſceſſus in capite poſt quartanam febrem.

Spec. VIII. tumor a carioſo dente fungoſus.

Tumor in genu a coagulato humore articulari.

Tumor in genu dolens, ferro feliciter ſublatus.

Antiqua ancyloſis, hactenus levata.

CAR. WILH. SACHS in *Spec.* IV. de placentis lini in hernia reſolvenda utilibus.

In *Select. Francof.* 1737. cæcitas ſubita ex hæmorrhagia narium frigidæ uſu ſuppreſſa.

Luxatio brachii cum mala curatione funeſta.

GOTTFRIED

Gottfried Behr, medicus, de duro tumore diuturno poſt aurem feliciter reſecto.

§. DCXLI. J. Ernest Hebenstreit.

Profeſſor Lipſienſis, chirurgiam parcius adtigit.

Huc tamen facit *funiculi umbilicalis humani pathologia* Lipſ. 1737. 4. * & in *meis ſelectis.* Varii partus difficiles a funiculo collo circumdato, ex utero propendente rupto, aut diſſecto neque deligato. Aliqua de funiculo quatenus in medicina forenſi ejus conſideratio locum habet.

Ej. *de dentitione ſecunda juniorum* Lipſ. 1738. 4. * & in *ſelectis anatomicis.*

Ej. *de partium coaleſcentia morboſa* ib. 1738. 4. *.

Ej. *de capitonibus laborioſo partu naſcentibus* 1743. 4. * & in *ſelectis meis.* De variis capitis majoris cauſis, etiam de hydrocephalo: de minuendo capite & Friedii eo pertinente inſtrumento.

Ej. *de corpore delicti medici culpa incerto* 1743. 4. *.

Ej. *de oculo lachrymante* ib. 1743. 4. *. Morbi palpebrarum & viarum lacrumalium. A lacrumis rupta conjunctiva, & palpebra, ulcus ſanatum injecta aqua nitrata. Eſſe ubi canalis naſalis in fiſtula non poſſit aperiri, & os unguis neceſſe ſit aperire.

Ej. *de officio medici forenſis* ib. 1748. 4. * progr.

Ej. *de chirurgia partium mollium* ib. 1753. 4. *.

Ej. *de chirurgia efficaciori eorum, quæ auferenda* vel *reponenda ſunt* Lipſiæ 1754. 4. *.

Ej. *de chirurgia oſſium* ib. 1755. 4.

Ej. *de læſionibus ex diſpoſitione morboſa vulnerati lethiferis* ib. 1755. 4. *.

Ejusd. *anthropologia forenſis, ſ. medici circa rem publicam cauſaſque dicendas officium* ib. 1751. 8. * 1753. 8. *. Ad chirurgiam ſpectant, quæ vir Cl. habet de arte obſtetricia, de vulnerum æſtimatione, ad quam putat medicos per anatomes cognitionem ſe debere præparare: & de infanticidio. Neceſſe eſſe funiculum deligare. In vulnerum lethalitate ſeverus eſt, eoque tendinum diaphragmatis læſiones refert, & arteriæ axillaris. Multum etiam tendinum tribuit vulneribus. A laborioſo partu capita fetuum ſæpe ſanguine turgere. Leve hepatis vulnus ſanari poſſe.

Poſterior editio aliquanto auctior eſt.

Ej. *Verſuch eines mediciniſchen Wörterbuchs* Lipſ. 1755. 4. *. Huc etiam pertinet.

Ej. vita Platneri Lipſ. 1748. 4.

§. DCXLII. Robertus Whytt.

Medicorum in Scotia præſes, clinicus, vir ingenioſus.

Primum occaſione arcani Stepheniani in T. V. *Eſſays of a ſoc. at Edinburg* dedit *an Eſſay toward the diſcovery of a ſafe medicine for diſſolving the ſtone*, quem deinde libellum auctum dedit excuſum Edinburg 1752. 12, & 1755. 12. *. Gallice Paris 1761. 12. 1766. 12. Poteſtatem ſolvendi calculi potiſſimum aquæ calcis tribuit, quæ etiam ſola calculum diſſolvat, & calculoſorum tollat ſymptomata. Ex teſtis oſtreorum potentius medicamentum obtineri, quam ex calce lapidea. Ipſe ſaponis quidem unciam in diem jubet ſumere, neque in pilulis, ſuperbibere vero tres partes aquæ calcis, cum pauco lacte. Poſſe etiam in veſicam ſiphone injici. Fatetur tamen, aquæ calcis potentiam adjecto ſapone augeri, & multum cedere vi ſolventi lixivii ſaponarii. In poſthuma editione, quæ eſt inter opera omnia, multa nova acceſſerunt. Aquæ calcis vires tamen repetita aquæ adfuſione debilitari. In calce videri ignei quid ſubeſſe, quod calculum diſſolvat. Vim lithontripticam lixivii ſaponarii a calce eſſe. Exempla felicis efficaciæ aquæ calcis, qua calculoſi homines ſanati fuerint: ipſum ab ejus uſu lotium vim accipere lithontripticam. Cum ab uſu hujus medicamenti cum ſapone conjuncti, ſed interrupto, æger obiiſſet, in calculo veſtigia fuerunt, quæ oſtenderunt partem ejus ſolutam fuiſſe.

In *Philoſophical letter of a ſoc. at Edinb.* T. II. Edinb. 1756. 8. aliqua Whyttii de opii exterius admoti effectis.

A lapſu vera luxatio femoris in inguen facta, extenſio fruſtra tentata, ſubito demum cum ictu facta & fragore.

In *Phyſiological Eſſays* Edinburg 1755. 12. *. 1761. 12. * aliqua huc faciunt. Sanos tendines non ſentire fatetur, ægros putat tamen ſenſu pollere.

In *obſervations on the nervous hypochondriac or hyſteric diſorders* Edinburgh. 1765. 8. * pluſcula huc faciunt. Ad tumores ſtrumoſos corticem Peruvianum laudat, & ſaponem, qui tamen confirmatos ſcirrhos non reſolvat.

Opera omnia prodierunt 1768. 4. * paſſim caſtigata.

§. DCXLIII. Justus Godofredus Gunz.

Profeſſor Lipſienſis, vir acris ingenii, præter clinicen potiſſimum etiam chirurgiam coluit, & ſuis laboribus ornavit, ut tamen ab immatura morte ſit abreptus.

Poſſis utcunque huc referre ejus diſp. *de puris in bronchia derivatione* Lipſ. 1738. 4. *.

Ej. *de calculum curandi viis* ib. 1740. 8. *. Ex Gallia redux noviſſima Gallorum inventa exponit, inſtrumenta depicta dat, judicium ſuum addit. Cadavera aliqua hominum a calculo peremtorum inciderat, omnia minute rimatus. Obſerva-

Obſervationes ſunt quinque; I. de FOUBERTI methodo, quam rejicit; II. GARENGEOTUM MERYUM exſcripſiſſe, & CHESELDENIUM, neque unquam ſerio ipſum calculum ſecuiſſe. PERCHETUM MORANDUM eſſe ſecutum. III. LE DRANIUM aliqua ſua ipſum mutaſſe, urethræ bulbum incidiſſe. Ejus inſtrumenta. PERCHETUM veſicam non incidiſſe. IV. LE CATIO favet, MORANDI diſcipulo: de ejus duobus ſcalpellis: incidi vero eas partes, quas GARENGEOTUS jubeat incidere. V. de ſingulis judicat. RAVIUM ſolam veſicam aperuiſſe vult, quem alii putant, veſicam omnino non adtigiſſe. Inſtrumenta LE CATII ſe non bene depinxiſſe fatetur (ad PLATNERUM).

EJ. *de commodo parturientium ſitu* Lipſ. 1741. 4. *. Ad artis obſtetriciæ hiſtoriam. De ſella, quæ olim ſibi in uſu fuerit. Oſſa pubis in partu diduci poſſe. In partu naturali mulier in ſella ſedeat. (Quoties femina ſuis viribus fetum debet eniti, ſella conſtanter præferenda eſt). Ubi manu utendum, & naturæ conatus reprimendi, femina ſupina ſit, aut in ſella, aut in lecto (recte).

EJ. *obſervationes anatomico chirurgicæ de herniis* Lipſ. 1744. 4. *. Novas herniarum ſpecies proponit, in Gallia nuper dictas, ad vaginam, per foramen ovale. Multa contra GARENGEOTUM. In curationibus brevis eſt. Herniæ ventriculi exemplum. Hernia ventriculi, quam inciſurum chirurgum medicus continuit; reperiri apud PAULUM BARBETTE, neque eo videri hernias referri debere, quas GARENGEOTUS dixit. Putare ſe ejusmodi herniam vidiſſe & ſanaſſe. Ventrales hernias nonnunquam cum umbilicali conjungi: eas facile ſanari. Tria exempla herniarum incarceratarum ab HÆNELIO communicata, ſanatæ unum, tertium funeſtum, cum inteſtinum gangræna eſſet vitiatum. Vidiſſe ſe herniam in ſeptuagenario fomentis ſanatam. HÆNELII peſſus ex ſpongia factus &c. Ab epigaſtrica arteria in herniæ femoralis curatione inciſa duæ mortes. Ideo ſcalpellus introrſum dirigendus. In ſenibus ea hernia frequentior eſt & rigidior tendo. Per foramen ovale herniam vidit le MAIRE & aliquoties CASSEBOHM, quæ iter vaſorum obturatoriorum ſequebatur. Arduam eſſe eam operationem & periculoſam. Omentum potius in ſphacelum abire quam inflammari, facile adhæreſcere, ſcirrhoſum non abſque inciſione poſſe reduci. Ne in feminis quidem herniæ inguinales raræ ſunt. Rarius a ruptura herniam fieri, ab ictu frequentius. Eſſe ubi introitus ſacci hernialis anguſtiſſimus ſit, ut ab eo incarceratio fiat. WINSLOWI proſtrationem deridet. Solas immobiles hernias ſcalpellum deſiderare. Si fieri poſſit, ſaccus ligandus, non tamen reponendus.

Recenſeo hic *duas epiſtolas*, quarum altera a chirurgo anonymo, altera a COGHLANO dicitur ſcripta eſſe. De FULBERTI calculum ſecandi ratione; aperiendum abdomen, tollenda cauſa adhæſionis. Gallice ſcripta ſunt Lipſ. 1745. 4. * & GUNZIUS auctor eſt.

EJ. diſſ. *de ſtaphylomate* Lipſ. 1748. 4, & in *ſelectis meis*. Nuſquam aut raro uveam tunicam per corneæ vulnus prolabi: ſtaphyloma vero vocat, qui corneæ

tunicæ ſit prolapſus. Lapide infernali corneæ labia tangit &c. Multæ cæterum bonæ adnotationes intercedunt.

Ej. *de enteroepiplocele obſſ.* Lipſ. 1749. 4. *. Minuta deſcriptio morbi. Omentum erat elapſum, cum ſolum inteſtinum exſpectaretur: in ipſo velamento vaſorum ſpermaticorum appendix inteſtini deſcenderat: Herniæ ſacco obliquus externus muſculus fibras tendineas circum jecerat.

Ej. *de ſuffuſionis natura & curatione animadverſiones* Lipſ. 1750. 4. * & in *meis ſelectis.* Morbi antiquitates. Non credit, vere WINSLOWUM membranaceas vidiſſe cataractas, dari tamen aliquas fatetur. Inſtrumenta, curatio. Poſteriorem partem capſulæ mavult aperiri ægre admittit. De acus figura & loco, in quo capſula aperitur, ſubtiliter. Solam veram cataractæ membranaceæ hiſtoriam eam videri, quam DUDDELL habuit.

Ej. *lapilli glandulæ pinealis in quinque mente alienatis inventi* ib. 1753. 4.

Ej *obſervatio ad ozænam & dentium ulcus pertinens* ib. 1753. 4. *. Ulcus inter HIGHMORI ſinum & dentem ipſum poſitum, ut differat ab ulcere ſinus HIGHMORI & curetur.

In *chirurgia* PLATNERI conplenda, quæ præſtiterit diximus p. 67.

§. DCXLIV. ZACHARIAS VOGEL.

Chirurgus Lubecenſis, gratioſus & multa expertus, amicus olim noſter.

EJUS ſunt *Abhandlung aller Arten von Brüchen, auch wie die Herniotomia ohne Caſtration zu verrichten, mit einer Vorrede* J. G. WAGNERS Lipſ. 1737. 8. * 1746. 8. * quæ editio aucta eſt. Glogau 1769. 8. Belgice Utrecht 1743. 8. LAMBERG. Gallos diligenter legit aliosque nuperos, inque arte ipſe verſatus eſt. De faſciis fuſe: de herniis, quæ ſpuriæ dicuntur; ventrali, ſarcocele, hydrocele &c.: hernia per magnum foramen, adve vaginam. De operatione bubonoceles, quam nollet noſter valde reformidari; neque caſtrationem putat eſſe neceſſariam. Saccum vincit, quando inteſtina repoſuit. GUNZIUM paſſim refutat. De hernia gangrænoſa. Omentum gangrænoſum non neceſſe eſſe ligari. Gangrænoſum inteſtinum perſanatum. Ex ſaltu epiplocele, omentum inflammatum, ſuperfluum reſecuit, ſanum feliciter ligavit. Apertus cum eſſet anulus, ſaccus tamen gangrænoſus fuit. Novas GARENGEOTI hernias non adgnoſcit. Hydrocele ab aſcite, paracenteſi: inſtrumentum tradit, ſuper quod ſcrotum aperuit. Ob anaſarcam ſcarifatio funeſta. Hydroceles ſpecies variæ. Dartos in hydrocele præcraſſa.

In *Præfatione* Cl. WAGNER dicit pro hernialis ſacci non inciſi repoſitione.

Ej. *merkwürdige Krankengeſchichte und nützliche Erfahrungen aus der Geneskunſt und Wundarzney, erſte Samlung* Roſtock und Wiſmar 1756. 8. *. Aliquæ *obſervationes* ad ſarcocelen pertinent; adque ſpermatocelen, ſ. grandem teſtis tumorem

ſalivatione

ſalivatione ſuperatum. In teſtis amputatione arteriam ipſam ſeparat & ligat, ita ſpaſmum vitat cynicum. Ex veſicula fellea feliciter calculum exemit. A lotio in celluloſam telam effuſo ſcroti tumor: inciſione facta, ſcroto ſenſim emollito, calculus qui iter intercepiſſet, ſenſim ſe paſſus eſt per vulnus exprimi. Calculus ex bulbo urethræ exciſus. Magnum malum ex ligato pene, ut intumeſceret, & denique urethra coaleſceret, quam tamen ſenſim introductæ cylindri ope aperuit. Gangræna pedis critica ex febre miliari. Duo caſus herniæ cruralis: inteſtinum incuneatum in altero dato medicamento emetico reductum. Reſtituta maxilla, quæ retrorſum elapſa fuerat. Nævi feliciter reſecti, & penis amputatus, ut tamen truncus pergeret rigere.

In *Nov. Act. E. N. C.* II. *obſ.* 61 calculus ex veſica fellea exciſus.

Obſ. 62 cancer mammæ a contuſione feliciter amputatus.

Obſ. 63 cancer a cauſa interna feliciter exſtirpatus, ſed in genitalibus funeſto eventu recrudeſcens.

Obſ. 64 maxilla inferior retrorſum luxata reſtituta.

Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. III. *obſ.* 22 cataractæ extractio DAVIELIANA.

Obſ. 42 labium leporinum inſigne & palatum dividens.

In *appendice* de ſarcocele integer tractatus.

In *Hamb. Magaz.* T. XXIV. agit de incidenda fellis veſicula, ad excidendos calculos; addit felicis operationis exemplum.

BARBARA WIEDMÄNNIN, obſtetricis Auguſtanæ, *kurze Anweiſung chriſtlicher Hebammen* Augſpurg 1738. 8. * SIEGMUNDIAM ſequitur: membranas proprio unco rumpit, pedes laqueo adripit. Ad vertendum fetum proprium cochlear habet.

§. DCXLV. SAMUEL SCHAARSCHMID.

Medicus Berolinenſis, & aliquamdiu Archiater, inſignis clinicus, paſſim in chirurgia etiam perficienda laboravit. In ejus *mediciniſchen und chirurgiſchen berliniſchen wöchentlichen Berichten* multa ſunt chirurgica. Annus 1, ſ. *erſter Jahrgang* anni 1738. eſt recuſus a. 1742. 4. *. Exempla dat aliqua. Ulcus ex venereo malo natum, colli veſicæ vicinarum partium, feliciter ſanatum. Calculus laterali ſectione eductus, qui circa ſpicam hordei coactus fuerat. Calculus ex femina expulſus, circa ſurculum ligneum natus. Oſſis ſincipitis caries terebrata calvaria ſublata. Ulcus veſicæ, & lotii per perinæi fiſtulas exitus, lethali eventu. Cor diruptum. Ex peſſo, vaginæ & recti inteſtini ulcus. Coli inteſtini vulnus, & anus inde natus artificialis. Ab ictu abdomini inflicto ruptum hepar. Vulnus ſtlopetarium tendinis Achillis feliciter ſanatum. Carioſi brachii felix amputatio. Anus cæcus infantis feliciter apertus. Ex vermibus in ſinu maxillari ozæna & cephalea. Calculus in maxillari glandula natus, & per abſceſſum prodeuns.

deuns. In febre acuta auris abſceſſus criticus. Calculum in rene ſiniſtro frequentius habitare. In homine, qui ſanus videbatur, brachium ſponte ruptum. Ex enormi abdominis ſteatomate hydrops. Herniæ incarceratæ feliciter ſectæ duo exempla. Ex lapſu coma, ſanguis de aure manans & diuturnus ſtupor, felici tamen eventu. Vulnera pectoris ſtlopetaria aliqua utrinque perforantia, ſanata.

T. II. anni 1739, qui prodiit a. 1742. 4 *. Exemplum hominis, qui ſibi ipſi crus, & felici eventu, amputavit. Scrotum gangrænoſum reſectum & reparatum. Aſpera arteria gravi vulnere ſaucia, ſanata. Ob gravem contuſionem pedis amputatio. Otalgia. Poſt vulnus capitis terebra adhibita, pus in ventriculo cerebri, & de vulneribus capitis in genere. De clavo. Funeſti tumores glandularum axillarium, ruptusque in collo ante mortem abſceſſus. Paronychia cum carie & ulcere longe ad brachium adſcendente, nulla facta inciſione. Ex febre male judicata caries maxillæ ſuperioris ſanata. Ab arthritide gangræna ſerpens.

T. III. a. 1740. Berlin 1743. 4. *. Pes gangrænoſus diu circumgeſtatus, demum feliciter amputatus: de artubus ſphacelatis ſponte decedentibus. In hernia ulceroſum inteſtinum cæcum, tamen ſanatum. Ex ulcere antiquo pedis ſiccato funeſta apoplexia: deinde de ulceris tibiæ natura dyſepulota. Salivatio funeſto eventu in cancro mammæ mota, quod infortunium etiam ipſe vidi. Teſtis intus oſſicula & capillos includens. Ex ulcere ſub lingua vermis. Ex rupto liene mors. Hydrocele a contuſione, ſanata reſecta tunica vaginali, quæ ſcirrhoſa erat. Steatoma meſenterii & fæcum per umbilici abſceſſum exitus. Duplex labium leporinum curatum exciſo medio oſſis fragmento. Poſt funeſtam cardialgiam ventriculus foramine apertus. Ex orbita inpacta pars fiſtulæ tabacariæ exciſa, ex qua magna ſymptomata orta fuerant. Per vulnus abdominis dilatatum elapſum omentum, feliciter repoſitum. Inteſtinum in hernia incarcerata læſum, bono tamen eventu. Sic hydrocele cum cancroſo teſte.

Tomus IV. prodiit a. 1745. 4. *. Hydrocele cum ſarcocele conjuncta, exciſo vitiato teſticulo ſanata. Mors ex duro meſenterii tumore. Cum vulnus capitis præmature ſutura ſicca uniretur, pus plurimum ſubnatum, ægerque ſervatus. Alio modo contuſa vulnera, alio inciſa debere curari, fuſe, tum ſeorſim de contuſionibus, in quibus ſanguinem ſtagnare quidem docet, non vero extra vaſa effundi. Hernia incarcerata inciſione ſanata, omentum ligatum. De vulneribus ſtlopetariis tractatus: non incaleſcere glandes plumbeas. Feliciter ob herniam incarceratam caſtratus æger, etſi inteſtinum gangrænam ſenſerat. Alias inteſtinum ileon per valvulam BAUHINI propendebat: id inteſtinum apertum, ſanatum, manente ano artificiali.

T. V. 1746. 4. *. Fungus malignus ex virulenta gonorrhœa natus. Ex venere etiam caries cranii funeſta, etſi trepanum admotum, oſſeum fragmentum exciſum fuerat: alius ſed felicior pene ſimilis caſus. Iterum de vulneribus ſtlopetariis plenus libellus: Ad LE DRANII ejuſdem argumenti librum adnotationes.

Mali

Mali eventus amputationis ob cariem ſero nimis adminiſtratæ. Commotionem non ſemper nos cogere, ut artum ſupra articulationem amputemus. Non ſolum, quando eſchara delabitur, ſed longo poſt tempore hæmorrhagias periculoſas ingruere. Feliciter evenientia vulnera cum cerebri ipſius jactura. A vulnere per orbitam inflicto funeſta cerebri deſtructio. Funeſtus volvulus a colo glanduloſis tumoribus obſito & calloſo. Non adeo liberaliter propinanda medicamenta vomitum cientia. Felix ſectio lateralis ad RAVII modum, cum diu arctatum collum veſicæ catheterem excluſiſſet. De iſchuria nephritica bonus tractatus, & cadaverum inciſiones. Vulnus ſtlopétarium pectoris ſanatum, cum glans in pulmone hæſiſſet, inque altero exemplo loco ignoto fuiſſet retenta. Vulnus oſſis maxillæ ſuperioris ſtlopetarium, & glans plumbea amiſſa, longo poſt tempore per os rejecta. De vulneribus ſtlopetariis gravioribus. A nervo in amputando ligato magna ſymptomata, & mors ipſa. Amputari artus, nullo arteriæ vinculo injecto, nihilo infelicius.

T. VI. Berlin 1748. 4. *. Eum annum a fratre inceptum AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT perfecit. Vulnus ſtlopetarium ſanatum, quo os temporum comminutum fuerat, & globulus ex cranio exiit. Vulnus ſtlopetarium ventriculi ſanatum; ſic pectoris vulnus, per quod lobus pulmonis eruperat. Eryſipelas in abſceſſum tranſeuns. Gravis tibiæ fractura, & tendo tibialis muſculi antici læſus, nullo ſymptomate neque dolore, etſi eam luxationem cum fractura conjunctam abſceſſus ſecuti ſunt. Abſceſſus glandulæ proſtatæ, qui eam glandulam deſtruxit. Arteriæ intercoſtales diſſectæ, & alias diaphragma perforatum, & aliquot aliæ inciſiones varie vulneratorum, etiam a fuſtibus enectorum.

EJ. *kurzer Unterricht von den krankheiten der Knochen*, quam Berolini anno 1749. 8. *. 1768. 8. frater AUGUSTUS edidit, ex noſtri chartis. Fracturæ, luxationes, morbi oſſium, ad ductum PETITI, & ex propria adnotatione relatio de oſſibus per morbum emollitis.

EJ. *Abhandlung von der Geburtshülfe* Berlin 1751. 8. *. 1762. 8. edente ERNESTO ANTONIO NICOLAI. De obſtaculis partum impedientibus breviter agit, fuſior in phyſiologicis.

EJ. *Anweiſung zu dem ſtudio medico chirurgico, welche die Pathologie, Chirurgie und Praxis in ſich hält* Berlin 1752. 1754. 8. 3. vol. * edente eodem. Clinici potius quam chirurgici argumenti.

EJ. *Abhandlung von Wunden* auctius edita ab ERNESTO GODOFREDO KURELLA Berlin und Stralſund 1763. 8.

EJ. *getreue und vorſichtige Wehmutter* Fr. Leipz. 1738.

§. DCXLVI. GEORGE de la FAYE.

Chirurgus Pariſinus & Profeſſor.

EJUS ſunt *principes de chirurgie* Paris 1738. 12. 1744. 12. 1747. 12. 1757. 12. 1761.

1761. 12. Ita PORTAL. 1773. 12. Germanice Berlin 1754. 8. Strasburg 1751. 8. iterum 1763. per D. SUBREIN Italice 1751. 8. Hiſpanice, Madrit. 1761. per J. GALISTEO y XIORRO. Suecice cum notis Cl. SCHUTZERI Stockholm 1763. Prima editio nomen non habet additum.

Pars chirurgica perbreve eſt ejus artis compendium, etiam materies chirurgica. Verſionem Germanicam non probes. Aliqua paulo uberius dixit, ut venæ jugularis ſectionem.

IDEM Pariſiis 1740. 8. * novam dedit editionem operis PETRI DIONIS. Titulus eſt, *cours d'operations de chirurgie demontrées au jardin royal par M.* DIONIS, *revu & augmenté de remarques par G. de la* FAYE. Pro ſutura clavata in magnis transverſalibus vulneribus. De vulneribus, quæ videntur abdomen utrinque perforaſſe, neque perforaverunt. Ut optime inteſtini ſtrangulatio ſolvatur, quæ fit ab anulo abdominali. In abdomine etiam utiliter inciſionem fieri, quando aliqua ibi materies effuſa eſt, productis etiam experimentis oſtendit. Ad herniam umbilicalem opus eſſe ſcuto continente. Tela ad inteſtina continenda. Herniæ ventralis curatio, cujus alias ſaccus adeſt, alias nequaquam. Omnem una vice aquam poſſe de abdomine emitti, dum comprimas. PETITI acum triquetram & ſulcum, quo eam auxit, eſſe perfectiorem. Sectionem Cæſaream bene ſuccedere poſſe, periculo tamen plenam eſſe & difficilem. De iſchuria ejusque remediis multa addidit. CHESELDENIANÆ lithotomiæ laudes. Eamdem fere eſſe adminiſtrationem D. BOUDOU. Vitia methodi FOUBERTI. Ipſe ſecat lateraliter proſtatæ bulbum, collum veſicæ, aliquantum tamen lacerat. Hernialem ſaccum ſæpe ſolam ſtrangulationis cauſam eſſe. Laceratum omentum abſque ligatura repoſitum. Exemplum tubi de inteſtino decedentis, & quaſi exfoliationis. Inſignis curatio FRANCISCI GIGOT; Inteſtinum nempe gangræna corruptum, reſecta parte emortua, unico utrinque filo trajecto ad meſenterium firmavit, quod feliciter eſt reconciliatum. Hydrocelen (Pariſiis) ægre ſola inciſione curari. Caſtratio ut adminiſtretur in vitiato teſte. Prolapſus vaginæ, & in eo prolapſus uteri. Uterus a ſarcomate detractus & prolapſus. GERARDI ligatura arteriarum intercoſtalium. Certiora ſigna fracti cranii. Oſſa non deponere neceſſario ſquamam. Palpebræ vulnera ſutura confirmari. Ad trichiaſin laminas duas invenit, ſatis ſimiles BARTISCHIANIS. Non alias dari cataractas membranaceas, præter ipſas oculi tunicas opacas. Capſulam de lente ſeceſſiſſe, uveæ tunicæ eam adhæſiſſe. Niſi aperiatur capſula lentis, cito eam adſcendere depoſitam. Non debere labia leporina forcipe conprimi. Anevryſma verum, recte: ſanguis in aneuryſmate aliquando fluidus. Vagina tendinis ſanguinem coercens. In brachii anevrysmate nervum, dum arteria vincitur, facile vitari. Vulnus contuſi digiti cum laceratis tendinibus, adpreſſis ad ſe invicem partibus feliciter ſanatum, etiam motu reſtituto. Iterum F. de la PEYRONIE brachium conſervavit, quod pene totum ipſo cum oſſe diſciſſum fuerat. Duabus inciſionibus in amputatione debere cutem incidi. Ut GERARDUS cultri fragmentum coſtæ inpactum extraxerit.

In

In *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. I. de labio leporino duplici curato.

In *Mem. de Chir.* II. de amputatione in qua carnis ſegmenta reſervantur. Commoda ejus adminiſtrationis, diverſa artificia, etiam VERMALII & HUGONIS RAVATON, atque inſtrumenta.

De le DRANII amputatione humeri ipſa in articulatione conſilia dedit.

Lectulus pro transvehendis hominibus graviter vulneratis.

De nova extractione cryſtallinæ lentis. Inſtrumenta ſimpliciora, felices eventus.

Contra novam editionem DIONISII anonymus GARENGEOTI amicus edidit *Lettre de M. Chirurgien en Province à M. Chirurgien à Paris au ſujet de la remarque* p. 249. *de l'Ed. du tr. de* DIONIS par la FAYE Paris 1740. 8. *. Non ſatis merita PERCHETI & GARENGEOTI laudari. Lateralem operationem eſſe F. JACOBI, ab eo viro reliquos omnes ſua ſumſiſſe. MORANDUM ſua artificia ex Anglia petita vix unquam tentaſſe. Pro FOUBERTO, quem G. de la F. præter meritum depreſſerit, & præcipuam ejus laudem omiſerit, neceſſitatem ablatam catheteris.

COGHLAN, chirurgi Hiberni *obſervations critiques ſur la lettre d'un chirurgien de Province &c.* Paris 1741. 8. *. Pro GEORGIO de la F. Non præter rem minus laudaſſe FULBERTI adminiſtrationem. FULBERTUM bis acu ſua triquetra a veſica aberraſſe, cultro demum veſicam incidiſſe. Utique urethram diſſecuiſſe, & ſymphyſeos ligamentum arteriasque varias, etiam hæmorrhoideæ truncum. Quæ meliora habeat eſſe a LE DRANIO.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1745. aliqua contra FOUBERTUM.

ELIAS COL de VILLARS, medicus Pariſinus.

EJUS eſt *cours de chirurgie dicté aux écoles de medecine* T. I. II. Paris 1738. 12. *. 1752. 12. T. III. ib. 1741. 12. *. 1746. 12. P. T. IV. 1741. 12. * 1747. 12. reliqua non ſunt ELIÆ. Opus collectitium, neque ex optimis fontibus. Plurimum formularum. Ulcus lethale thoracis cartilagine coſtæ perforata. Vulnus cordis duodecimo demum die enecans.

EJ. *Dictionnaire françois-latin des termes de medecine & de chirurgie* Paris 1741. 12. *. 1753. 12. HOUSS. 1754. 1760. 12. P. Valde laudat PORTALIUS. Commodum pro tironibus compendium.

EJ. diſp. *Ergo leucophlegmatiæ leves ſcarificationes* ib. 1738.

EJ. *Ergo vera cataractæ ſedes in lente* ib. 1742. 4. Acum per corneæ inferiora jubet inferri, ut turbidus humor aqueus educatur.

EJ. *Ergo in reſecandis artubus carnis ſegmina reſervare ſatius* ib. 1744. 4. & cum nomine JULIANI BUSSON recuſ. 1764. 4. Methodum VERDUYNII laudat PORT.

Alia eſt collectio ab ea p. 197. *lettres ſur les diſputes des medecins & des chirurgiens. Lettre de M.* L. M. à M. P. C. *Reponſe de* M. P. C. *Seconde lettre de* M. P. C. 1738. 12.

Lettre d'un avocat de Paris a un de ſes amis de Province (au ſujet des diſputes, qui ſe ſont élevées entre les medecins & les chirurgiens) Paris 1738. 12. pro medicis.

Reponſe a l'écrit intitulé CLEON & EUDOXE *touchant la preéminence pretendue des medecins ſur les chirurgiens adreſſée par M. des* ROZIERS *Chir. d'Eſtampes a M.* ANDRY D. *regent de la fac.* Paris 1738. 4. Conf. p. 192.

Aliqua in *reflexions ſur les ouvrages de literature* T. IV. Paris 1738. & in *obſerv. ſur les écrits modernes* tom. 13. 1738. Juin. Sur la ſeance de l'Acad. de Chirurgie.

PROCOPE COUTEAUX *trois lettres pour ſavoir, ſi les chirurgiens ſavent la medecine, & s'ils peuvent l'exercer* Paris 1738. vel 1739.

Cas des perſonnes, qui ont uſé des remedes de Miſſ. Stephens Lond. 1738. 8. ASTR. Suſpicor Anglice eſſe ſcriptum.

§. DCXLVII. ITALI.

CAIETANUS TACCONUS, medicus, inciſor & chirurgiæ profeſſor.

EJUS *notizia della ferita e della cura chirurgica ſeguita di* GIOV. PINTI *in Bologna* 1738. fol. Vulnus coli inteſtini ſanatum.

EJ. *de raris quibusdam hepatis aliorumque viſcerum adfectibus obſervationes* in *Memoire de Valent'uomini* T. II. Lucca 1744. 8. *. Pluſcula ad chirurgiam faciunt. Tumor durus rectum inteſtinum amplexus. Manifeſtius de vulnere cornu bovis inflicto, vermis prodierat; inde hernia femoralis, inteſtinum ileon lacerum. Icon herniæ cruralis ab ileo inteſtino egreſſo ad exteriora anuli, & in ſpeciem piriformem contractam terminato, fundente lumbricos. Hernia in virgine ſanata, ſacco herniali imo ob gangrænam reſecto & ligato. In volvulo pars inteſtini ilei in colon, pars in ileon illapſa. Inteſtinum a cultro exiguo vulnere læſum, inque gangrænam verſum, exeuntibus alvi fæcibus, inciſo abdomine ut pus educeretur, tamen ſanatum.

EJUSD. *de nonnullis cranii oſſiumque fracturis eorumque conjunctione, itemque de oſteocolla, de variis herniis quibusdam &c. diſſertationes* Bonon. 1751. 4. *. Bonum opus. Ut ex vulnere cranii de dura matre & de pericranio fibræ effloruerint, in cartilaginem ſint induratæ, & denique oſſe vero vulnus repleverint. Ut ſeparato perioſteo ſuccus oſſeus de tibia undique pullulaverit, qui in gluten cartilaginem & os fuerit confirmatus. Ut maligne coaluerint oſſis diviſi fragmenta, quæ ſolis membranis continebantur; ut oſſis humeri magna portio deſtructa ſit & reparata. Contra vim ſanatricem oſteocollæ. In antiqua hernia colon elapſum, muſculo præter naturam nato obductum: una hydrocele aderat. Saccus

herniális

herniałis gangrænoſus partim reſectus, partim ligatus, bono eventu. Hernia congenita cerebri.

In *raccolta* FABRIANA Bologn. 1757. 4. * confirmat, corticem Peruvianum in gangræna opem ferre.

In *Comm. Acad. Bonon.* Vol. II. P. I. agit de abſceſſu cum calculis bilioſis, & de hernia a tauri ictu cornupeti.

NICOLAI CYRILLI, profeſſoris medicinæ Neapolitani, *Conſulti medici* Neapoli 1738. 4. 3. vol. *. Aliqua ſunt argumenti chirurgici, tumores, cancri, mala nephritica: conſilia vero ſola hic habentur, abſque eventu. Ab infarctu vaginæ ſuppreſſæ fæces & urina. Bis de lingua pueri enormi, a qua chirurgos vult abſtinere.

JOSEPHUS MARTINEZ de CARMONA, chirurgus, *triumfo conſeguido del cancro obſtinado por el cirujano inſtruido* Madrit 1738. 4. C. de V.

FRANCISCUS CORREA de AMARAL *obſervagao Apollinea chirurgica de hum caſo raro extraordinario eſcrita en eſtilo conſultativo* Lisbon 1738. 8.

§. DCXLVIII. ANGLI.

JOH. FREKE, chirurgus Noſocomii D. Bartholomæi, cum J. ASTRUCII libello *de ani fiſtula* edidit London 1738. 8. * deſcriptionem novi inſtrumenti ad hernias incompletas curandas. Cultellus eſt incurvus, qui elaſtri ope de ſimili ſpecillo ſulcato prodit.

EJ. *Eſſay on the art of healing in which pus laudabile or alſo incarning and cicatriſing &c.* London 1748. 8. *. Miſcellanea boni ſenis, qui theoriam geſtit invenire, cui malorum curationem ſuperſtruat. Pus oriri ex lympha cum aere ſubacta & ſpumante. Clavos naſci ex glandulis cutis conpreſſis. Morbos cutaneos negat ab internis medicamentis levari. In vulneribus valde ſibi ab aere metuit, quem propria vernice ſuadet arcere. Vulnera ſtlopetaria tamen veneno non carere, neque a cortice chinæ chinæ curari. In oculorum aliarumque partium corporis inflammatione acria ſuadet, quæ vaſa lacerent, materiæ mali viam aperiant. In fiſtula lacrumali omnem terebræ uſum abrogat, rodentibus medicamentis ulcus ſacci lacrumalis curat. In articulationum ulceribus aperit malum, & fiſtulam inmittit. Exoſtoſin malleo detruncat. Subluxatis in prima deligatione frigida adfundi poteſt, non perinde in ſecunda. Feliciter ſe empyema ſanaſſe, digito ſe pleuram rumpere. Contra perforationem oſſis unguis. Se fiſtulam aperire, & digeſtivo medicamento ſaccum conſumere.

In *Phil. Tranſ.* n. 470. amben cum polyſpaſto conjunctam ad humeri luxationes deſcribit.

BROWNE LANGRISH, medicus, ſcripſerat Londini a. 1738. 8. *the modern practice of phyſik*, quæ huc non facit; ſed ib. 1746. 8. excudi fecit *Phyſical experiments upon brutes*, Pariſiis Gallice recuſ. 1749. 12. * Potiſſimum ad chirur-

giam facit pars I, ſ. injectiones variorum ſuccorum ſalinorum, in quibus vis medicamenti Stephaniani ponitur, & quos in ipſam animalis veſicam inpulit. Aqua calcis facile fertur, quæ vulnera potius ſanat; nimis acrem amylo admiſto reddidit tolerabilem. Vim calcis non eſſe in parte volatili. Sed neque lixivium ſaponariorum in aqua dilutum veſicam lædit, etiam ſi multo fuerit meracius, quam ad ſolvendum calculum neceſſe ſit. Calx teſtarum multo fortior eſt: Aqua calcis cum ſapone non nocet.

PETRI STUART *new diſcoveries and experiments on anatomy and ſurgery* Lond. 1738. 8. *. Multa promittit. Narrat curationem ſuam vulneris inteſtini cum gangræna conjuncti: magna ulcera & gangrænas curavit.

PETR. SHAW *new practice of phyſick* Lond. 1738. 8. 2. vol. habet etiam morbos chirurgicos.

EJ. *a diſſertation on the ſtone of the bladder* ib. 1738. 8. *. Calculi generatio. Arenulas non abire in calculum. A medicamentis non multum ſpei eſſe, niſi in veſicam injiciantur.

EJ. *Examen of the reaſons for and againſt the ſubſcription for a medicament for the ſtone* ib. 1738. Redit in *recueil &c.* p. 373. ſi recte titulum verto.

EJ. *inquiries on the nature of Miſs Stephens medicaments* ib. 1738. 8. ib.

§. DCXLIX. DISPUTATIONES.

FRANC. van de WYNPERSSE *de amauroſi* Leidæ 1738. ſi huc facit.

EM. FRANC. SANCHEZ *de gangræna* ib. 1738. 4. BOEHM.

J. BAPT. SYLVESTRE *de ſymphyſi* ib. 1738. BOHM. ſi huc facit.

CORNEL van REVERHORST *de ægilope ſ. fiſtula lacrumali* ib. 1738. 4. *.

ADR. KOOG *de vulneribus thoracis* ib. 1738. 4. PLATNER.

ABRAHAM KAAUW *de ſcirrho* ib. 1738. 4. CH

CHRIST. ANDR. KOCH *de affectu in libris & praxi rariſſimo ab* H. BOERHAAVE *in noſocomio Leidenſi Batavo ſanato* ib. 1738. 4. * & in *meis ſelectis*. Seceſſio nempe tunicæ internæ veſicæ, & una emotio vaginæ a veſica adtractæ.

AUGUSTIN LEYSER *de homicidio culpabili* Witteb. 1738. 4. J. C. opus.

FRANC. CAR CONRADI *de inſpectione cadaveris occiſi a ſolis medicis peracta vitioſa nec ſufficiente ad pœnam ordinariam irrogandam* Greifswald. 1738. 4. & 1740. 4. pariter J. C.

CL. MARCHAND diſp. *de nephritide* Baſil. 1738. 4. HÆNEL.

FRIDERIC. KNOLLE *de artis obſtetriciæ hiſtoria* Argent. 1738. 4. HÆNEL.

EJ. *de extremitatum ſuperiorum luxationibus* ib. 1738. 4. *. Acromii & claviculæ luxationem reſtitui vidit. Humerum centies abſque machinis repoſuit, cum vis non major ducentis libris ad eam operam requiratur: hinc inutilem eſſe

PETITI

PETITI machinam. Radii luxationes. In claudo inciſo vidit partem capitis femoris, & acetabuli, & ſacri oſſis conſumtam.

HENR. DANIEL HOELLING *de officio obſtetricantium in partu naturali* Argent. 1738. 4. *.

J. A. GULCH *de urina purulenta* ib. 1738. 4. HÆNEL.

FR. BAILLY & J. JAC. BELLETÈTE *E. in peſte ut carbunculi ſic & bubones ſtatim ab initio ferro adgrediendi* Paris 1738. 4. *.

EJ. & LALLEMANT *E. ubi partus difficilis & deſperatus, tentanda etiam in matre viva ſectio uteri Cæſarea* ib. 1744. Ad verbum deſcripta a CORNELIO o CONNOR Leid. 1751. 4.

NIC. le TELLIER & G. A. GARNIER, *E. rabies ab acido* Paris 1738. 4.

PETR. ANT. L'EPY & ANT. FERREIN *E. fiſtulæ lacrumali cauterium actuale* Paris 1738. 4.

J. BESSE & N. JOH. MAIIAULT *non E. ingruente in artubus gangræna a cauſa interna eorum artuum amputatio imperanda* ib. 1738. 4.

J. BAPT. SILVA & M. PHIL. BOUVART *E. qui tumores deleri debent, ferro potius quam cauterio potentiali delendi* ib. 1738. 4.

J. BAPT. MARTINENQ & GED. de RABOURS *non E. in plagis abdominis vulnerato inteſtino pellionum ſutura* ib. 1738. 4.

HENRIC. BESNIER & CAR. DIONIS *E. in phlegmone curando repercutientibus reſolventibusque præferenda maturantia* ib. 1738. 4.

FRANCISCI POUSSE & GUID. ANDR. GARNIER *E. tumoris cancroſi radicitus ablati regeneratio non rurſus chirurgiæ tradenda* ib. 1738. 4.

EJ. & PETR. ARCELIN *E. tumorum externorum ſuppuratio reſolutioni præponenda* ib. 1744. 4.

ANTONII de JUSSIEU & LAURENTII FERRET *E. herbis quam ferro promtior tutiorque abſceſſuum a congeſtione curatio* ib. 1738. 4.

J. HENRICI KESSELRING *hiſtoria & examen methodi Foubertianæ pro extractione calculi* Hall. 1738. 4. * & in *meis ſelectis chirurgicis*. Experimenta & inſtrumenta hujus methodi exponit, qua veſica urina retenta repleta acu triquetra perforatur, ſuperque eam acum gracili ſcalpello aperitur, ureterem inter & proſtatam. CHESELDENIUM etiam ſecantem vidit, ejusque adminiſtrationem deſcribit; eam adminiſtrationem optime a M. GILLO exerceri. Pro FOUBERTIANA, quam & F. a. 1731. exercuit. Ejus commoda, catheteris evitatio, ipſius veſicæ apertio, firmitas acus triquetræ, quæ ſcalpellum tuto ducat: denique quod ſola ægrotum ſanare apta ſit, quoties catheter nequit ſubire. Incommoda & periculum non adtingendæ veſicæ non diſſimulat, ut eam eo minus probet. Ex octo tamen ægrotis unicus periit.

§. DCL. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 448. GUILIELMUS FULLER teſtimonium producit morſus canis rabidi curati, ut nullus aquæ metus ſuccederet, uſu Lichenis terreſtris cinerei. (Sed ego puto pleroſque homines, qui hoc medicamento, aut roſæ ſylveſtris ſpongia radiceve, aut ſtanno ſanati dicuntur, omnino nunquam a cane vere rabido fuiſſe commorſos).

FRANCISCUS WOOLLASTON de eodem malo profuſa ſanguinis miſſione ſuperato.

N. 449. P. BELCHIER de viro feliciter curato, cui ala molendini a vento agitata totum cum ſcapula brachium evulſerat.

GEORGIUS Lord CARPENTER de glande plumbea multis annis prope gulam latente.

N. 450. GUIL. GREGORY in nuper nati pueri veſica aciculam reperit.

Marquis de CAUMONT de eodem calculo aſperrimo & ramoſo, de quo chirurgum SALIEN citavimus.

HANS SLOANE de eodem calculo & de aliis lapidibus circa acus, glandesve plumbeas concretis. Exemplum calculi ſumme dolorifici, cujus pauci fuerunt aculei.

N. 451. de ſplenis parte de viro exciſa bono eventu.

DU FAY oleum olivarum in Gallia ad viperæ morſum non perinde reſpondere.

THOMAS STEWARD de ſpecifico DAMPIERII ſ. MEADII ad morſum rabidi canis medicamento. Non eſſe Lichenem, neque Lychnidem viſcoſam, ſed omnino Coronopum. Ita RAIUM ſenſiſſe. Totum arcanum ſumtum eſſe ex GREYI veterinaria. ROBERTI MURRAY hiſtoriolam & ipſam videri ex eo GREYIO ſumtam eſſe. Additum teſtimonium pro ſalubri effectu plantaginis Coronopi.

In *hiſt. de l'Acad.* 1738. comes de BIEVRE de puerpera, quæ ſecundas omnino non egeſſerit.

De ſectione calculi aliqua, etiam potiſſimum de LE CATI & MORANDI ſucceſſibus.

In *Comm. Lit. Nor.* n. 17. de collegio chirurgico Hafniæ conſtituto.

Ib. n. 33. A. JOERDES de variis iſchuriæ cauſis & caſibus.

In *Act. Lit. Suec.* 1738. PETRUS LUNDBERG de ſanata pectoris fiſtula.

Robuſtiſſimus homo, qui maxima vulnera ſuperaverat, etiam gangrænam inteſtini recti evaſit.

In *Satyr. Sileſ.* Spec. VI. D. SIGISMUND FERDINAND MEISNER de angina puerorum, quæ ab injectionibus deterior reddita miſeros ſuffocaverit.

In

In *Selečt. Francofurt.* Vol. 5. A. O. GOELIKE, ut videtur, a funiculo umbilicali non ligato funeſta hæmorrhagia.

In *Merc. de France* 1738. BERTRAND de felici uſu pulveris Palmariani in morſu canis rabidi.

PREVOT magnum apparatum ad parvos calculos convenire. Ejus 16. felicia exempla.

§. DCLI. DAVID HARTLEY.

Pii viri, ſingularis ingenii, & calculoſi, ut eo accuratius in ſuo negotio putes verſatum eſſe.

EJUS *view of the preſent evidence for and againſt Miſs Stephens medicines or a ſolvent of the ſtone* London 1739. 8. *. Gallice Paris 1750. 12. *. Virgo erat, medicamenti auctor, ei nomen JOHANNA STEPHENS. Ea medicamentum vendebat, quo calculus diſſolveretur, & miſeri mortales a tormentis vindicarentur, quæ ab eo inimico pati ſolent. Laudantibus medicis, factis experimentis, Senatus Regni (*Parliament*) quinque millibus librarum Anglicarum a. 1739. arcanum redemit. Pluſcula erant medicamenta, ſed princeps pulvis ex teſtis ovorum & cochlearum calcinatis: & decoctum, in quo ſolutus ſapo Alonienſis. Novum medicamentum inter primos commendat noſter, ediditque *obſervations made on ten perſons who have taken the medicament of Miſs Stephens* London 1738. cum nonnullis experimentis.

Deinde juſtum librum. *A view of the preſent evidence for and againſt Miſs Stephens medicines as a ſolvent for the ſtone, containing* 155 *caſes, with ſome experiments and obſervations* Lond. 1739. 8. *. Gallice in *recueil d'experiences & d'obſervations ſur la pierre* Paris 1740. 12. *.

Non ubique idem eventus fuit; in univerſum tamen multi ægri levati: de omnibus ſquamæ & fragmenta lapidea dejecta, paſſim etiam calculi notis aliquibus inſcripti inceptæ eroſionis & diſſolutionis. Integre ſanatos, certe ex eorum cenſu, ægros viginti & unum, totidem nihil adjutos, aliquos medicamentum non potuiſſe ferre, paucos inutiliter eo uſos, levatos plurimos. Ipſum etiam lotium ab eo medicamento poteſtate ſolvendi calculi imprægnatum. In aliis non videtur, medicamentum vim aliquam exſeruiſſe. Diarium JACOBI KIRKPATRIK medici, calculoſi ab uſu medicamentorum Stephaniæ multum levati. Utique calculum ab aqua fluviatili conſumi.

EJ. *ſupplement to the view of the preſent evidence* London 1739. 8. * & Gallice in eodem *recueil* Paris 1743. 12. *. Brevis hiſtoria medicamenti STEPHANIÆ & curationum ante redemtionem ab eo arcano præſtitarum, modique quo ſanatur; & eventus in proprio corpore ab HARTLEYO adnotatus. Icones calculorum ab ejus medicamenti efficacia adroſorum.

EJ. *de lithontriptico* A. J. STEPHENS *nuper invento diſſertatio epiſtolaris* Lond. 1741.

1741. 8. *. Lond. 1746. 8. *. Baſil. 1741. 8. *. Eædem decem ab eo medicamento curatorum hominum hiſtoriæ. Deinde experimento facto calculus in urina medicata reſolutus. In ultima editione medicamentum ſimplicius redditur, ſapone cum calce in electarium & rotulas reducto.

Ej. *Epiſtolæ variæ* ad MORANDUM datæ in *Recueil &c.* Paris 1740. 12. *. & 1743. 12. *.

Et ad D. CANTWELL in *Merc. Gall.* 1740.

In *Phil. Tranſ.* n. 456. refert de calculo ſponte per vetuſtam in perinæo cicatricem erumpente.

JACOBI KIRKPATRIK *relation of the ſucceſs of Miſs Stephens phyſik in the caſe of* D. KIRKPATRIK. Belgice *naauwkeurlyk verhaal van het ſucceſs van de medicyn van* J. Stephens *tegens de ſteen in de blaas* Amſterdam 1739. 8. Gallice in T. II. *Recueil*, quem dixi. Diarium morbi in ſe ipſo uſu medicamenti Stephaniani ſanati, poſtquam ſupra mille calculorum fragmenta deceſſerant, quæ putat quinque calculorum eſſe fragmenta, ab eo remedio diſſolutorum. Aliqua conſilia ad prudentem ejus medicamenti uſum.

THEOPHILI LOBB *treatiſe on the diſſolvents of the ſtone, and on curing the ſtone and the gout by aliments* London 1739. 8. Latine Baſil. 1742. 8. *. Gallice Paris 1744. 12. Variis ſuccis & humoribus calculos, partim naturales, partim in hominis veſica genitos adgreſſus, ducentis & ultra experimentis reperit, a pluſculis liquoribus ſolvi, neque tamen ab ullo, qui ſit alcalinus: potentius vero a ſucco limonum, & porri, & a panis decocto. Diætam vegetabilem plurimum poſſe ad calculum curandum, cum ejus maxima pars ſit a ſale animali, adjectis hominum curatorum teſtimoniis.

In Ej. *treatiſe on painfull diſtempers* London 1739. 8. * varia. Dolores a partu eſſe a ſanguine, quem contractus uterus retineat.

An adreſs to the faculty of phyſik relating to Miſs Stephens medicine ib. 1739. 8. Contra Stephaniam, pro vindicando ordine medico, quem ajebant virginem ſuis odiis opprimere.

WILLIAM SHAW *diſſertations on the ſtone in the bladder* ib. 1739. 4. Varias movet difficultates, ſucceſſus medicamenti dubios reddit, malletque in veſicam medicamentum inmitti.

DIONYSII COETLOGON *treatiſe on the ſtone, and analyſis of Miſs Stephens medicines* ib. 1739. 8. Acerbum ſcriptum: medicamentum Stephaniæ per ſingula carpit, & HARTLEYI curationibus contra eum utitur.

A letter to the gentlemen of the faculty in anſwer to a letter on Miſs Stephens medicines ib. 1739. 8.

Miſs Stephens receipt for the ſtone and gravel, with proper obſervations ib. 1739.

formula

formula nempe revelati arcani cum breviſſimis notulis. Belgice puto, J. STEPHENS *middel tegen den ſteen* Amſterd. 1739. 8. LAMBERGEN.

Eſtimation of the merits of the medicaments of Miſs Stephens &c. ib. 1739. In Recueil T. I.

OMELIO PITCARNE *the truth unveild for the public good or treatiſe on the ſtone &c.* ib. 1739. Utique Stephaniæ medicamenta calculum diſſolvere. Modus utendi. Reſponſio ad objectiones HENRICI BRAKEN.

§. DCLII. RICHARD MANNINGHAM.

Medicus & eques. EJUS *artis obſtetriciæ compendium tam theoriam quam praxin complectens* Londini 1739. 4. * prodiit. Tabulæ, quibus ars obſtetricia morbique etiam gravidarum & puerperarum continentur, cum adnotationibus & aphoriſmis. Situs fetus vitioſi & auxilia. Coccygem poſſe repelli, manu tota in vaginam data, & eam encheireſin eſſe ex præcipuis in partu difficili adminiculis. Primiparis oſtium uteri arctum eſſe. Falſos dolores fieri a fetu ſe ſubvertente. De uteri prolapſu. Molam non fieri niſi a coitu adgnoſcit, quod neque funiculum habeat, neque placentam. Uteri obliquitati plurimum tribuit, aque ea fere partus deducit difficiles: a membranis etiam durioribus ſibi metuit. DEVENTERIUM fere ſecutus inſtrumentis abſtinet.

Novam editionem curavit PHILIPPUS ADOLPHUS BOEHMER, duasque addidit diſſ. quas ſuo loco dicemus Hall. 1746. 4. * recuſ. Lovan. 1755. 4.

MANNINGHANS Aphoriſmos, ut videtur ſolos, cum titulo *aphoriſmata medica, quibus tambona quam mala valetudo mulierum, præcipue utero gerentium a conceptu uſque ad puerperium depingitur*, video prodiiſſe Lond. 1756. 8.

EJUSDEM *an abſtract of midwifory for the uſe of lying in woman* ib. 1744. 4. * Eſt quoddam quaſi prioris operis compendium, omiſſis, quæ minus ad puerperium difficile ejusque auxilia faciunt, & officiis obſtetriciis breviter expoſitis.

§. DCLIII. VARII.

JOS. MARIA FRANC. de la SONE, reginæ Galliæ archiater, vir inſignis; a. 1739. præmio ad cancri mammarum curationem conſtituto proximus acceſſit, diſſertatione, quæ Gallice & latine in primo volumine *collectionis* eo pertinentis prodiit. Medicamentorum topicorum nullam eſſe efficaciam, ſpem omnem in ferro poni.

EJ. & ARCELIN diſp. *Starene poteſt viſio abſque cryſtallino* Paris 1743. 4. & in *meis ſelectis*.

Ej. *in vulneribus profunde contuſis inciſiones cultro chirurgico profunde inſtitutæ neceſſariam præparant aut promovent ſuppurationem* Paris 1748.

Ej. & VACHER *E. magni abſceſſus ferro non cauteriis aperiendi* ib. 1762. 4.*.

In NICOLAI GRANITI, Salernitani, *antica e moderna medicina teorica e pratica* Venez. 1739. 4. * etiam chirurgica continentur.

In MICHAELIS CHRISTOPHORI HANOW, profeſſoris philoſophiæ Gedanenſis, *ſeltenheiten der Natur und Oeconomie*, quæ ab a. 1739. ſingulatim prodierunt, paſſim aliqua huc faciunt, ut de medicatione congelatorum: de calculo biunciali, qui ſponte de femina deceſſit. - De exoſtoſi maxillæ digitis defracta: de tibia a carie eroſa: de magnis vulneribus curatis: de morte RICHMANNI ab electrico fulmine occiſi. Collectæ prodierunt hæ ſchedæ Lipſ. 1753. 8. * & 1755. 8. *.

FRANCO FALESE *tr. della idrofobia* Lucca 1739. 8. RICHT.

GUYEPPE CIGNOZZI *le cura delle piaghe* Venet. 1739. 8. SMITH.

BARTHOLOMÆI PERALBO y PARRILLA *Manifeſto medico y chirurgico y defenſorio juridico y theologico a fabor del duche de* D. DIEGO de AYLON *en la cauſa criminal de homicidio que con impropriedad medica ſe le atribuice* Cordubæ 1739. 8.

ARTHUR CONRAD ERNSTING in Exercit. *de Phellandryo* Bonon. 1739. 4. * vires ejus ſeminis vulnerarias prædicat.

IDEM dedit a. 1741. 4. * *Lexicon chirurgicum* germanice ſcriptum.

De CHAMPCORNU *traité des operations de chirurgie aveç un traité de toutes les maladies du corps humain* Amſterdam 1739. 8. 2. vol.

Die Kunſt chirurgiſche Berichte und Wundzettel abzufaſſen Budiſſin 1739. 8.

§. DCLIV. DISPUTATIONES.

TH. BOWDEN *de uſu & abuſu veſicantium* Leid. 1739. 4. HÆNEL. PL. 1749. 4. puto rectius.

D. LOEZEL *de partu difficili* ib. 1739. 4. HÆNEL.

PETRI SNELLEN *de lethalitate vulnerum* ib. 1739. 4. BOEHMER.

FRID. SCHRADER *de vulnerum cura* ib. 1739. 4. BOEHM.

CAR. OTTO SPRANKE *de partu difficili* Hardervic. 1739. 4. *.

FRIDERICI CRELLII, prof. Wittebergenſis, inde Helmſtadienſis progr. *de tumore fundo uteri adhærente* Witteberg 1739. 4. *, & in *ſelectis meis.*

Ej. *de tumore capitis fungoſo poſt cariem cranii enato* Helmſtätt 1743. 4. *. Enorme malum ſerius funeſtum, late deſtructo bregmatis oſſe.

Ej. *de ſanguinis jactura &c.* ib. 1744. 4. *.

Ej. *ſectio puellæ gibboſæ progr.* 1745. 4.*. Redit in *E. N. C. Vol.* IX. *obſ.* 60.

Obſ.

Obſ. 62 in cadavere viſum caput utriusque oſſis femoris inſolito loco, & exterius quam oportebat, ad os innominatum adaptatum. Deficiebat ligamentum teres. Femur longius erat.

HENRIC. JOH. MEIBOMII *de methodo præcavendi in conſolidandis vulneribus & ulceribus cicatricem* Jen. 1739. 4.

J. BAPT. BICHON de LAPINSONIERE diſſ. *med. chir. de phlegmone ac eryſipelate* Monſpel. 1739. 4.

MICHAEL PHILIP. BOUVART *E. oſſa innominata in gravidis & parturientibus diducuntur* Paris 1739. 4. & in *ſelectis anatomicis.* In enixis alterum os pubis ſuper alterum eminere.

EJ. & JOSEPHI PHILIP auctoris, *E. apud nos perperam obſolevit cucurbitularum uſus* ib. 1764. 4. *.

§. DCLV. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 452. JEREMIAS PEIRCE de enormi exoſtoſi ſemicartilaginea, cum calloſa aponevroſium vicinarum degeneratione.

N. 459. THOMAS BAKER vulnus corneæ feliciter ſanatum.

BEZALEEL SHERMAN, magna portio femoris deſtructa & reparata, tum caries maxillæ. In utroque caſu ab oſteocollæ uſu callus prægrandis. In abſceſſu ani oſſiculum piſcis repertum.

In *Comm. Nor.* 1739. h. 3. WALTHERUS, phyſicus Uffenheimenſis. EJ. eſt partus difficilis ob hydropem & enormem tibiarum tumorem, vagina prolapſa: inciſione facta aqua emiſſa, fotu adhibito femina ſervata. (Hunc tumorem aliquot puerperas vidi occidiſſe).

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1739. DU FAY de corio capillato amiſſo, & pene toto reparato.

Enormis cyſtis pene totum abdomen replens.

Le RICHE tumor enormis imi femoris & tegumentorum.

In *Memoires de l'Acad.* ejus anni 1739. CLAUD. JOS. GEOFROI de STEPHANIÆ medicamento. De nonnullis ægrotis, in quibus catheter calculum præſentem oſtenderat, ab uſu hujus arcani ſanatis. De calculis & cryſtallis, calceque, quæ omnia cum lotio ſolent egeri, quæ non ſint a calcaria terra ejus medicamenti. Urinam ab ejus uſu ea vi imprægnari, ut calculum diſſolvat. Ut ſimplicius & facilius fiat remedium. In *Comm. Litt. Nor.* 1740. n. 15. ejus epiſtola huc-faciens reperitur.

In Gallica collectione T. I. epiſtola eſt ad HARTLEYUM ejusdem argumenti.

§. DCLVI. PETRUS DEMOURS.

Medicus ocularius Pariſinus. Cum verſione ſua *Actorum Edinburgenſium* Paris 1740. 12. Amſt. 1741. 12. * edita, Italice verſa Venet. 1751. 8. dedit duas diſſ. de morbis oculorum, pupilla nimis dilatata, & adparentia objectorum aucta: de utilitate ſacchari, aut partis ejus certe pinguiſſimæ. Porro de iridis ad corneam tunicam adhæſione & ejus mali curatione aliquot exempla. Eſſe ab aliqua corneæ tunicæ ſuppuratione.

EJ. *lettre à M.* PETIT Paris 1767. 8. *. De cancroſo oculo, quem ANTONIUS PETIT exſtirpavit, ut tamen id malum recruduerit. De abſceſſu corneæ tunicæ, quem a noſtro nimium eſſe factum objectum eſt, cum tamen a noſtro curatus ſit.

In *Journ. de Med.* T. XVI. D. de FOREL, bene mihi noti, etiam a DAVIELIO deſcriptus morbus, cataracta nempe congenita cum iride ad corneam tunicam adglutinata poſt extractam lentem. Id ut impediat jubet gypſo oculum ſuperfundere.

§. DCLVII. SAMUEL SHARP.

Diſcipulus CHESELDENII, celebris chirurgus noſocomii GUYANI. EJUS eſt *treatiſe on the operations of ſurgery: a deſcription and repreſentation of inſtruments, an introduction on the nature and treatment of wounds abſceſſes and ulcers* London 1740. 8. *, quæ tertia eſt editio, primam vero ignoro. Gallice vertente D. JAULT Paris 1741. 8. Belgice Amſterdam 1751. 8. Acris ingenii vir, ſimpliciſſimas ubique quærit adminiſtrationes, neque valde metuit a recepta via decedere. Ubique adeo novi quid adfert. In *introductione* vetat abſceſſus aperire immaturos: mavult ſpecillo ſulcato & ſcalpello uti. In profundum abſceſſum laciniam lineam inmittit, non turundam, quæ fiſtulas faciat. Ulcera calloſa lapide infernali tangenda, ulcus dyſepuloton aqua calcis. Fungus non exſecandus ſed erodendus. Cancroſæ cutis tumores aut urendi, aut ſubito reſecandi. Pro turunda in fiſtulam mavult cannulam inmittere. Abſceſſus articulorum procurata ancyloſi ſanari. De uſu aquæ. Injectiones in fiſtula lacrumali vix alicujus eſſe uſus, ſed potius conpreſſionem. Novam viam non debere aperiri, niſi os unguis jam carioſum fuerit. Lacrumalem ſaccum cæterum aperit, & carpto replet. Si neceſſe fuerit, urget ſpecillum per viam naſalem. Pro perforatione ſuum habet inſtrumentum. Trepano manubriato non utitur, verum ſimplici cylindrico, quod ipſa manu circumagitur. Duram cerebri membranam aperire jubet, ſi ſub ea ſugillatio fuerit. Duodecies terebrationem repetiit. Polypi aquoſi tempori committendi, quoad evelli poſſint. Tonſillæ non reſecandæ, ſed ligandæ, ſpecillo perforato filum ducente. Reſecuit duas uvulæ uncias. Bronchotomen facilem eſſe, & abſque periculo adminiſtrationem. Ob ſanguinem effuſum aut pus, pectus non perforandum, ſed utique ob aquam hydropicam, medio inter ſpinam dorſi

&

& ſternum loco. Gaſtroraphia rariſſime opus eſſe. Inteſtinum vulneratum, elapſum, ſecandum fine utrinque libero, adque labia vulneris figendum. Ad paracenteſin abdominis habet maximam acum triquetram, quæ accuratiſſime fiſtulam repleat. Fuſe de hydrocele, ſæpe funeſta: excidit ipſe & vulnus dilatat. Hydrops ipſius teſtis. In hernia inguinali cauſtica medicamenta nonnunquam bene ſuccedere, crudelem tamen eſſe medicationem, etſi poſt eam curationem tamen inteſtina elabantur, idque cum maximo periculo fiat. Inteſtinum perforatum ſanari vidit. Saccum hernialem integrum non reponit, cum fœtidam aquam præſtet emittere, & gangrænæ ſi fuerit aliqua. Omenti partem corruptam reſecat, vulnus per cutem conſuit. Inteſtinum adnatum ſæpe caſtrationem requirere. In hernia femorali inciſio extrorſum dirigenda, ut arteria femoralis vitetur, epigaſtricam enim timere non eſt neceſſe. In hernia ad foramen ovale adminiſtrationem nunquam voto reſpondiſſe. Fiſtulas urethræ callo reſecto poſſe ſutura intertorta conjungi. Catheterem debere oblique ad ſiniſtra converti, duas fieri inciſiones, per alteram proſtatam tangi; tum quando catheter bene firmus eſt, cultri acie ſurſum verſa cutem & proſtatam diſſecari, ab interioribus extrorſum, dum digitus rectum inteſtinum removet. Quando tumorem cyſticum excidit, ovalem una cutis particulam exſcindit. Cyſtidem ſi aperuerit elevat, decidit, neque ſuppuratione conſumit. Tendinem ad dimidia diſſectum debere totum diſſecari. Anevryſma cum apta deligatione ſæpe multis annis ferri poſſe, plerumque tamen operationem requirere. Non oportere nervum una ligare. Non ideo continuo ſphacelus fit, etſi pulſus evanuit. Ob gangrænam artum non debere amputari, niſi convaleſcentia aliquos jam progreſſus fecerit. In cancro amputationem tamen non ſemper funeſtam eſſe. Cum magno ſcirrho cutis late excidenda.

Ejusd. *critical inquiry in to the preſent ſtate of ſurgery* London 1750. 8. *. Gallice Hiſpanice *critica ſynopſis de la cirurgia*, vertente Andr. Vasquez Madrit 1753. 4. Germanice *critiſche Unterſuchung &c.* Berlin 1756. 8. De nonnullis morbis & adminiſtrationibus chirurgicis: Pariſinorum encheireſes poſt nuperum iter cum Britannicis conparat. De hernia. Sæpe omentum cum inteſtinis & teſte in eodem ſacco reperit, ſeptumque inter vaginam vaſorum ſpermaticorum & teſtis vaginam ruptum. Suturam regiam laudat. Ad reponendum inteſtinum neque perforari vult inteſtinum, neque frigidam inponi; ſed neque integrum ſaccum ſuadet reponere: & eum unica, ſed parva inciſione aperit. Annulum incidit, cultro curvo, cujus mucro obtuſus ſit. Arteriam epigaſtricam non facile lædi. Omentum gangrænoſum non ligatum reſecat. Inteſtinum ſuit punctis repetitis. In hernia umbilicali nupera ſæpe nullum ſaccum reperiri, qui ſenſim ſubnaſcatur; eum ut reponat incidit a ſiniſtris: vidiſſe ſe in ea hernia peritonæum multis locis ruptum. Parvum malum poſſe ligando ſanari: idem ab operatione raro feliciter curari. Omentum fere gangrænoſum eſſe. Saccum debere in circuli ſpeciem ipſa cum cute excidi. Inteſtinum gangrænoſum poſſe reſecari. Hydroceles duas tantum ſpecies admittit, ſuperficiei propiorem & profundam, neque ſeparat hydrocelen ſolius funiculi. Sarcocele duplex, funiculi, hæc minus

nus periculoſa; & teſtis, facile in gangrænam abitura. Teſtem eo in caſu amputare vetat, dum malum exiguum eſt, laudat in magno & confirmato malo. In ea exſtirpatione ſcroti partem ovatam excidit. Vaſa ſpermatica abſque periculo convulſionis ligari. Tumorem epididymidis exſtirpationem non requirere, teſtis utique; prius id malum eſſe cirſocelen CELSI, in qua teſtis nihil patiatur. Cancer autem & ſcirrhus teſtis amputationem requirunt. Scirrhus indolens diu toleratur, neque nimis facile teſtem debere reſecari, cum ab ipſa ſectione facile in gangrænam abeat. Mors a funiculo ſpermatico longe ſuper anulum tumente. In herniæ femoralis curatione arteriam epigaſtricam non poſſe vulnerari. Saccum hernialem repoſitis viſceribus quæ elapſa fuerant, ſolere extra abdomen manere, & vaginali tunicæ adhærere. Saccus ſtrictus dilatandus. Omentum non neceſſe eſt ligare, neque ex eo ſanguinis metuenda jactura; quod nimium id reſecandum. Inteſtini pars gangrænoſa reſecanda, ſana labiis vulneris aut alteri inteſtini parti adſui. Frigida etiam inteſtina nonnunquam convaleſcere. Adhæſiones digitis fere ſolvuntur. Saccum integrum reponi non probat. Sutura poteſt pro pila eſſe. Peritonæum rumpi poſſe, ut inteſtinum & omentum ſint in vaginali tunica. Satis probat ſuturam regiam. Maximas hernias diuturno decubitu fuiſſe ſanatas, dum ſaccus ad vaginalem tunicam non adhæſerit. Non probat frigidæ in ſtrangulatione uſum. Herniam veſicæ bis vidit cum bubonocele conjunctam. Fuſe de incidenda urethra, de punctione veſicæ, quæ acu fit triquetra ſupra os pubis defixa, quam adminiſtrationem laudat. De cereis, tamen pus ciere, ubi proſint, frequentius in anguſtiori urethra dilatanda. In ſecando calculo & FOUBERTI adminiſtrationem rejicit, & productam retrorſum ſectionem apparatus magni. CHESELDENI encheireſin præfert, ſimplici ſcalpello longaque forcipe. Excuſat altum apparatum; ex ALBINI præceptis veſicam non aperiri. Contra magnum apparatum. Contra Gallos. Calculum adhærere poſſe incluſum in veſicæ cellulam, etiam abſque cyſtide. De calculis adhærentibus & in cellula latentibus. De paracenteſi thoracis in empyemate. Commoti cerebri ſigna a Gallis obſcure proponi. De fiſtula lacrumali, & ſeta per nares ſubmittenda. De gangræna & amputatione. Non debere ob gangrænam artum amputari, niſi ea jam conpreſſa ſit. Non laudat corticem Peruvianum; ſcarifationes præfert non profundas. Arterias tamen ligat. Cutem trunci duabus acubus perforat, & ſuper truncum adducit. Bacillo funem intorquente mavult uti. Non metuit nervo injectum vinculum: contra carnis ſegmenta reſervata. Conpreſſio univerſi artus periculoſa.

Epiſtola ad MORANDUM exſtat in *recueil d'exper. & d'obſerv. ſur la pierre.* Incidit hominem, qui a ſumto medicamento STEPHANIÆ levatus, ejus uſum dimiſerat: vetuſti erant duo calculi, valde eroſi, nova levique cruſta tecti. Exempla ſanatorum, in quibus catheter calculum ſenſerat.

Alia epiſtola agit de inſtrumento, quod invenit ad fracturas tibiæ conbinandas. Recuſa Gallice cum POTTII libello Paris 1771. 12. *.

In *Phil. Tranſ.* T. XLVIII. P. I. deſcribit DAVIELII extractionem lentis cryſtallinæ

cryſtallinæ aliis inſtrumentis factam, & gracili ſcalpello. Inde curationes recenſet, plerasque felices. Accidit tamen perito viro, ut iridem vulneraret.

In P. II. habet aliqua experimenta agarici BROSSARDIANI, alias feliciter, alias minus fauſto eventu, ad compeſcendas hæmorrhagias adhibiti.

§. DCLVIII. VARII.

GIUSEPPE LAVINI, medici dentarii Florentini, *trattato ſopra la qualità de denti, col modo di cavargli, mantenergli e fortificargli* Firenze 1740. 4. *. Inter inſtrumenta tenaculam elaſticam ſibi tribuit inventam. CARMELLINI diſcipulus, magiſtrum ait magis poliendis & conſervandis dentibus occupatum fuiſſe, quam evellendis.

JOSEPHUS FERREIRA, chirurgus Olyſſiponenſis. Ejus eſt *chirurgia medico pharmaceutica deducida della doctrina Stahliana, acomodada ao curativo deſte paiz* Lisbon 1740. 4. C. de V.

LEONARDO de PRISTO de BARREIRA *practica de barbieros phlebotomos au Sangradores reformada* ib. 1740. 8. C. de V.

CHRISTOPH HENRICH KEIL *compendioſes doch vollkommenes Handbüchlein* Lipſ. 1740. 8. 1744. 8. 1747. 8. * tironibus ſcriptum.

P. VINK *aanmerkingen over de chirurgicale operation van* DIONIS Rotterdam 1740. 8. WACHEND. Gallos veſicam ad RAVII modum incidere &c.

A full examination and impartial account of Miſs Stephens cures and medicines London 1740. Novem caſus a HARTLEYO publicati, ſed ita expoſiti, ut contra eum faciant. Medicamenta Stephaniæ dudum ſibi nota fuiſſe. Formulæ eorum & ad ingredientia adnotationes. Sed neque ipſum HARTLEYUM a calculo liberatum fuiſſe, levamen poſſe a diæta eſſe, aliisque cauſis.

Recueil d'experiences & d'obſervations ſur la pierre, & en particulier ſur les effets des remedes de Mle. Stephens pour diſſoudre la pierre Paris 1740. 12. *. Continentur hac collectione HARTLEYI *view of the preſent evidence.* Lex a ſenatu Anglico rogata pro redimendo arcano Stephaniæ. Ejus formula authentica. Epiſtolæ eo pertinentes HARTLEYI, MORANDI, CHESELDENI, AMYANDI, GEOFROI. In epiſtola AMYANDI commendatur medicamentum Stephaniæ, cum veſtigia virium diſſolventium in calculis adparuerint.

A full examination and impartial account of all relating to Miſs Stephens cures and medicines for the ſtones London 1740. 4. Auctor medicamentum Stephaniæ vult divinaſſe, dudum antequam publicatum ſit.

FRID. GOTTL. HAUPT *zuverläſſige Nachricht wie die in Engelland erfundene Steinarzney præparirt und angewandt werden muß* Königsberg 1740. 4. Ex Anglico verſum eſſe lego.

J. ANDREAS DEISCH, medicus Auguſtanus, primum a. 1740. edidit *diſſ. de*

de neceſſaria in partu inſtrumentorum applicatione Argentor. 1740. 4. *. Oſſa pubis vidit diſceſſiſſe. FRIEDII inſtrumenta dicit, acum triquetram, ſerram, cochlear, acum vaginatam ad rumpendas membranas, forcipem dentatam ad extrahendum cranium.

EJ. *kurze Abhandlung daß weder die Wendung noch engliſche Zange in allen Geburtsfällen vor Mutter und Kind ſicher gebraucht noch dadurch die ſcharfen Inſtrumenten gänzlich vermeidet werden können* Aug. Vind. 1754. 8. *.

EJ. *vermehrte und in der Erfahrung gegründete Abhandlung, daß weder die Wendung noch engliſche Zange &c.* Augſpurg 1766. 8. * quæ prioris eſt aucta editio. Numeroſos caſus producit, in quibus, cum nulla alia ad ſalutem via ſupereſſe videretur, fetum diviſit, caput abſcidit, aperuit, & mortuo fetui & etiam vivo, matremque alias letho eripuit, alias eripere non potuit. Inteſtina per vaginam vidit elabi, uterumque rumpi. Malum omne eſſe a malo uteri ſitu, vel anguſta pelvi. Mors ex retenta & putreſcente urina, & alias a rupta omnino veſica. De herniæ incarceratæ ſectione. Carere periculo. Cruralium herniarum exempla, exeuntes in ea coli & cæci appendiculæ. Felices aliquæ operationes & inciſum ligamentum: alias funeſtus a gangræna inteſtini ſucceſſus.

EJ. *de uſu cultrorum atque uncinorum ſcindentium eximio in partu præternaturali, nec verſione fetus, neque adplicatione forcipis Anglicanæ vel Levreti, ſectionisque Cæſareæ matre adhuc vivente inſtituendæ ſecuritate atque utilitate* Aug. Vind. 1759. 4. *. Sæpe ſe in difficili partu neceſſario ad inſtrumenta ſcindentia confugiſſe, fetus diſſecuiſſe, caput abſcidiſſe & unco eduxiſſe, aut demum terebraſſe uncoque traxiſſe, etſi quidem mallet forcipe uti. Numeroſos ſe fetus expediviſſe, 29 ſolos amiſiſſe. Fuiſſe ubi ob anguſtam pelvim oportuiſſet uti terebra, cum mater perinde ex ſanguinis fluxu perierit (quo in caſu noſter vivum fetum diſſecuit). Exempla fetuum ex morientibus exciſorum. Mors ex placenta ad os uteri adnata. Contra CRANZIUM pleraque.

J. WILHELM JUTTING *de vera herniarum inteſtinalium cauſa, & ſpeciatim de curatione herniarum ſcrotalium* Berlin 1740. 4. BOEHMER.

JAC. HENR. CHRISTIAN ADAMI *de materia calcaria poſt diuturnam arthritidem per veſicam urinariam educta obſ. ſingularis* Lubec 1740. 4. *. Hactenus huc facit, quod ejusmodi materiam reddant, qui Stephaniæ medicamento utuntur, & pro ſoluti calculi habeant particulis.

§. DCLIX. DISPUTATIONES.

J. WILH. WERNER *de medicamentis corroſivis* Regiomont 1740. 4.

RICHARD KETEL *de hydrophobia* Leid. 1740. 4. HÆNEL.

J. STERK *de rabie canina* Leid. 1740. 4. HÆNEL.

ANTON a SETTEN *de nephritide* Utrecht 1740. 4.

CHRISTIAN BERN. v. SANDEN *de cutis exterioris morbis* Hall. 1740. 4. *. fuſiſſime.

MICH. LUDWIG KNOBLOCH *de cancro mammæ ſiniſtræ obſervato & curato* Erford. 1740. 4. *.

FRANC. ANT. BRUNK *de mictu cruento* Argent. 1740. 4.

ERN. HENR. KECK *de dolorum præcipue ad partum cauſis illorumque cura rationali* ib. 1740. 4. *.

JOH. CONRAD SCHMID *de vulnere thoracis & pulmonis ſiniſtri feliciter ſanato* Baſil. 1740. 4. *.

J. SIGM. PAISKER *de ſtranguria* Erford. 1740. 4.

J. JAC. HUBER *de partu difficili ex prolapſu brachii* Gotting. 1740. 4. *.

ID. in *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 24 fetus ano clauſo.

In progr. a. 1760. de ſabulo in pelvi pueri quadraginta dierum.

CAR. FRID. HUNDERTMARK *de ſingulari uſu frictionis & unctionis in curatione morborum* Lipſ. 1740. 4. *.

EJ. *caſus rarior oſteoſteatomatis* Lipſ. 1757. 4. *. Magnus in facie tumor cruſta tectus oſſea, intus adipoſus, quod malum noſter ad ſpinam ventoſam refert.

EJ. *de ozæna venerea* Lipſ. 1758. 4. *. Cum carie fere oſſium narium cariem jungi, eam etiam a ſcorbuto oriri. De remediis, tum univerſo corpori communibus, tum topicis, inter quæ etiam mercurius ſublimatus eſt, in ſpiritu frumenti diſſolutus.

EJUSD. *de urina cretacea* ib. 1761. 4. *. Exemplum copioſiſſime excretæ, materiei nempe calcariæ.

BALTHAS. JOH. de BUCHWALD *theſium decas de muſculo* RUYSCHII *in uteri fundo* Hafniæ 1740. 4. *. RUYSCHIUM hactenus contra LEPORINUM tuetur, ut etiam poſt annum placentam editam viderit. Negat eam ad eamdem conſtanter uteri ſedem adhæreſcere.

EJ. & auctoris BARTOLD JUNGE (chirurgi) *ſpecimen de vulneribus* Hafniæ 1753. 4. *.

PETRI ROUSSIN de MONTABOURG & LUD. G. le MONNIER *Non ergo in oſſium carie delenda cauterium actuale* Paris 1740. 4. CAT.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX & LUD. ALEX. VIELLARD *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta ſolis diæta & venæ ſectione ſanantur* Paris 1740. 4.

J. Baptista Mongin & Benj. Lud. Lucas *E. prægnanti mulieri acutiſſimo dentis dolore laboranti ejusdem dentis evulſio* Paris 1740. 4.

J. Claud. Adr. Helvetius & Lud. Baude de la Cloy *E. amputatione tutius quam decuſſata ſectione anthrax ſerpens curandus* ib. 1740. 4.

Ej. & Claudii Bourdier *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum* ib. 1744. 4.

Ej. & Lud. Mar. Maloet *E. oſſa prope articulum fracta poſt calli geneſin leni motu exercenda* ib. 1762. 4.

Claud. le Cerf & Exuper. Joseph Bertin *E. in aſcite paracenteſin tardare malum* ib. 1740. 4.

§. DCLX. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 456. J. Sesley de calculo per ſcrotum erumpente.

Mizael Malfalguerat de tumore enormi femoris ligato & exſtirpato.

N. 458. Joh. Cagua de fractura & depreſſione calvariæ cum laceratione cerebri & meningum, tamen curatis.

J. Mackarness enormis calculus per anum feminæ egeſtus.

In *hiſt. de l'Acad.* 1740. Duluc de argenteo nummo deglutito, quem infuſo argento vivo ſenſim diſſolverit.

In *Eph. Acad. Nat. Cur. Vol.* V. Noriberg. 1740. 4. *.

Danielis Fischer *obſ.* 37 mors ſubita ex rupto arteriæ coronariæ ramo.

Otto Philip Wildung ab Hartung *obſ.* 47 ſcrotum a retropulſa ſcabie gangrænoſum reſectum & reſtitutum.

Rudiger Friderich Ovelgun.

Obſ. 81 alvus obſtructa a calculo inteſtinali, inde funeſtus volvulus.

Vol. VI. *obſ.* 77 candela cerea feliciter pro cathetere adhibita ad expediendam urinam.

Vol. VII. *obſ.* 24 globulus cereus in uteri prolapſu alias felix, alias funeſtus, cum violenter evelleretur.

Obſ. 126 ani poſt dyſenteriam prolapſus ſero curatus.

Vol. VIII. *app.* aliqua de ſuſpicione infanticidii.

Vol. X. *obſ.* 50 de partu difficili & retentis ſecundis.

N. E. N. C. Vol. II. *obſ.* 43 de gangliis aliqua.

Obſ. 44. acetoſellam ad enterocelen laudat.

Obſ.

Obſ. 46 cariem dentium a potu calido oriri, in ſeqq. aliqua ad odontalgiam.

PAUL HENRICH VOGEL.

E. N. C. Vol. V. *obſ.* 123 iſchuria nephritica ſublata.

HENRICH GOTTFR. ZOPF.

Obſ. 125 mors ſubita ex rupto liene.

JOH. JACOB FREYLING.

Obſ. 126 inteſtino ſimile coagulum fiſtuloſum de alvo excretum.

Obſ. 127 fiſtula pene cartilaginea perforata.

Obſ. 128 calculi in veſica numeroſiſſimi in glebam congeſti novem unciarum pondere.

Obſ. 129 calculus renalis & una fellei lapilli.

Obſ. 130 tumor ſcirrhoſus & ſcrophuloſus ſcroti.

PAULUS HAAS, Noribergenſis, *obſ.* 155 vagina uteri in partu rupta.

JOH. v. WOENSEL *obſ.* 154 calculus cathetere ab OOSTERDYCKIO ruptus & excretus, cum jam ſectionem chirurgus moliretur.

In *Comm. Lit. Nor.* 1740. *hebd.* 31. J. BERNARDUS FISCHER refert de malo effectu medicamenti Stephaniani deque veſica gangrænoſa, calculis in ea intactis.

In EJ. opere *de ſenio*. Cataractæ curandæ adhibita ſalivatio adeo non bona, ut malum augeat & præcipitet.

N. E. N. C. Vol. III. *obſ.* 48 de ſphacelo ſpontaneo a febre acuta.

In *Miſcell. Berolinenſium Tomo* VI. ſ. *contin.* V. Berol. 1740. 4. *. THEODORI SPROEGEL, noſtri diſcipuli & amici pater, egit de cataracta membranacea: ea vera deſcribitur in homine cæco nato, nempe pupillaris membrana ſuperſtes, quæ ſolet circa partus tempora evaneſcere; acu eam noſter diviſit, æger vidit, diſtantias non dignovit.

In *ſelect. Francofurt.* 1740. locus eſt de venis ſponte ruptis.

§. DCLXI. GOTTWALD SCHUSTER.

Phyſicus Chemnizenſis, varia ſcripſit, partim ad medicinam legalem, & hactenus ad chirurgiam ſpectantia, partim ad ipſam proprie dictam chirurgiam.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. ejus eſt *obſ.* 12 de renum ulcere tamen ſanato.

Obſ. 13 de fungo articuli genu ex lapſu nato, eventu lethali.

Vol. VI. *obſ.* 14 vulnus ſtlopetarium faciei curatum.

Vol. VII. *obſ.* 47 vulnus corneæ ſanatum & aqueus humor reſtitutus.

Ejusd. *commentationes & difficiliora quædam themata, tam ad medicinam quam ad Jurisprudentiam pertinentia* Chemniz 1741. 4. *. Varia huc pertinent, ut Quæſtio tertia, num mors ſero ſuperveniens demonſtret, vulnus non fuiſſe abſolute lethale. Noſter defendit maſcule, non demonſtrare, & conſentiunt Lipſienſes. Oſtendit vulnera longe poſt nonum diem, etiam 25to & 37mo demum mortem intuliſſe, quæ tamen omnino nunquam potuiſſent curari: ſic medullæ ſpinalis & thoracici ductus vulnera mortem inferre inevitabilem, etiam ſi ſerius ea ſupervenerit. Sugillationem de vita partus teſtari. Mors a ſquama oſſis in cerebrum depacta. Aliqua alia in S. IV. De obſtetrice uteri prolapſum male adgnoſcente: relationes aliquæ de vulneribus lethalibus, aut per malam curationem funeſtis; de homine verberibus enecto.

Id. certe ejus nominis auctor, *obſ. de chimoſi ſummo inflammationis gradu* Lipſ. 1754. 4.

In *obſervationibus therapeuticis* Lipſ. 1755. 4. * aliquæ argumenti ſunt chirurgici, ut tumor ingens fungoſus, ſpiritu tartari fætido tandem reſolutus: de ulcere vetuſto tibiæ digeſtivis & ſpirituoſis curato, incipiente gangræna diſcuſſa. Demum de mechaniſmo venæ ſectionis ſtabilito & ruinoſo qui tr. practici potius eſt argumenti.

Ej. *gründliche Anweiſung zur alten und neuen practiſchen Chirurgie mit Obſervationen beleuchtet* Chemniz 1765. 4. *. Et antiquos legit & nuperos, encheireſes ex iis decerpſit, rariorum caſuum adnotationes dedit proprias, ut cervicis femoris deſtructionem. Varices ad antiquorum morem jubet excidi. Tendines conſuit.

Ej. *mediciniſcher Journal über allerhand in die Arzneywiſſenſchaft und deren Ausübung einſchlagenden Materien* T. I. Chemniz 1767. 8. *. Inter adnotationes varias auctoris, chirurgica aliqua intercedunt, ut cirſoceles ſubitæ curatæ per fotus vinoſos. Atretam mulierem vetat cultro medicari.

In T. II. etiam 1767. 8. *. Morbus chronicus circa urethram, cum exitu ſanguinis, & ulcere ad veſicæ collum.

T. III. 1768. 8. *. Mors ex ictubus acceptis & perpeſſo frigore.

T. IV. 1769. 8. *. Pro Sloanii unguento oculario, cui tamen ſuum præfert. *Relationes* pluſculæ de vulneribus nonnullis lethalibus & contuſionibus: de venæ ſectione infelici indeque nato ſpurio anevryſmate funeſto.

T. V. 1770. 8. *. Caput fetus in partu abruptum. Ab avulſo funiculo umbilicali funeſta hæmorrhagia, & vaſa omnia inania. De aliis infanticidiis varii generis.

Ej. *der im Felde und auf der Reiſe geſchwind heilende Pferdarzt* Berlin 1767. 8. editio 2.

In

In *vermiſchte Schriften als einer Fortſetzung des mediciniſchen Journals* Chemniz 1772. 8. pauca huc faciunt.

§. DCLXII. J. Hieronymus Kniphof.

Profeſſor Erfordienſis.

In *Vol. V. Ephem. Nat. Cur. obſ.* 18 agit de prolapſu uteri reſtituto proprio peſſo manubriato, cujus pediculus a cingulo ſuſtineatur.

Ej. *vexatorum theoria & hiſtoria* Erford. 1748. 4. *. Mors ſubita ex contuſo hepate.

Ej. *de lactis diſcuſſione* ib. 1749. 4. *.

Ej. *de capite coniformi fetus partum facilitante* ib. 1752. 4. *.

Ej. *de ſectione venæ medianæ nonnunquam periculoſa* ib. 1752. 4. *.

§. DCLXIII. Jacques Bagieu.

Chirurgus equitum gravis armaturæ.

Ei tribuit Portal *lettre de M. Chirurgien de province à M. Chirurgien de Paris* 1740. 8. *, quam diximus p. 209.

Ej. *deux lettres d'un chirurgien de l'armée, l'une ſur pluſieurs chapitres du tr. de la gangréne de M. Queſnai, l'autre ſur le tr. des armes à feu de M. Desports* Paris 1750. 12. *. Primum contra Franciscum Quesnai, ſtuporem in vulneribus ſtlopetariis non frequenter ſupervenire, neque fere niſi a globis tormentorum majorum. Setaceum fere rejicit, inciſiones defendit.

In altera epiſtola vulgarem curationem contra Bellostium tuetur, ſuppurationem negat vitari poſſe. Transverſa vulnera periculi plena eſſe, inque ſaccum media ſubſidere. Vulnera jubet obliqua reddere, aut longa inciſione inter duos fines dilatare: glandem utrinque penetrantem minus putat adferre periculi; vetat non repurgata vulnera ſanare. Amputationum frequentiam apud Gallos improbat; ubique ad ſuam experientiam provocat. Vulnus, cui ſaccus ſubeſt, debere in parte oppoſita aperiri, ſic fiſtuloſum. Bellostii conſilia fefelliſſe, cum utilitatem dilatationis & ſuppurationis ignorarit. Pro inciſionibus in vulneribus ſtlopetariis, earum vices ſetaceum male tueri. Eſſe ubi evaſerint vitales, quibus globus tormentarius artum amputavit. Fuſe contra amputationes.

Ej. *nouvelle lettre de M.* Bagieu *ſur pluſieurs chapitres du traité de la gangréne* Paris 1751. 12. *. Pluſculi libelli. I. *Obſervation addreſſée à* M. Bagieu *par un chirurgien de ſes amis.* Contra F. Quesnai: nimis ab eo reſtrictum fuiſſe inciſionum in vulneribus ſtlopetariis uſum. Tum noſtri epiſtolæ. Inter eas de ſuppuratione. Pro experientia adverſus theoriam. Non poſſe lumen per experientiam natum cum aliis communicari. Alia epiſtola: Pareum veram metho-

 dum

dum inveniſſe mollientibus & inciſione medendi. Oleo fervido opus non eſſe; ex eodem. Contra ſetacei uſum. Venæ ſectionem a F. QUESNAI laudatam non ſupplere inciſionis neceſſitatem. Suppurationem mollientibus debere adjuvari. Non adeo perpetuo convenire purgantia medicamenta, & ægros utique alendos eſſe.

EJ. *examen de pluſieurs parties de la chirurgie d'après les faits qui peuvent y avoir raport* Paris 1756. 12. 2. vol. *. Ad vulnera ſtlopetaria & amputationem artuum fere pertinent, & nuperorum, RAVATON, LOUIS, ANDOUILLE' & SHARP conſilia expendunt. De extrahendis corporibus peregrinis, veſtibus etiam potiſſimum. De glande plumbea inter duas coſtas impacta. Eas glandes geſtit eximere, neque plumbi vim ſalubrem admittit. Itinera obliqua, etiam circumflexa, glandium plumbearum aut ad angulum reflexa. Ut poſſint eæ glandes retentæ ſenſim ad ſedem aliquam periculo plenam migrare. Faſciam latam ampliter optimo eventu diſſecuit. Eſſe ubi glans eximi nequeat: exemplum ubi in orbitam inpacta dudum poſt acceptum vulnus de ore ſit elapſa. Glandes ferreas deteriores eſſe. Ut ex maxilla glandem exemerit, ſpirali tortili inſtrumenta eſſe. Non debere artum amputari, niſi ſumma neceſſitas eo nos coegerit. De caſu in quo amputandum eſt diſſertatio. Præſtare ante amputationem ægrum in noſodochium transferre, in quo cura ejus geratur: male in ipſo fatali campo amputari, & ſaucios milites non raro inter chirurgi manus mori. Prius commotionem debere ſedatam eſſe, ex qua magna ſymptomata, & ipſe ſingultus, oriantur. Periculoſam etiam eſſe virium jacturam. Læſam in contritis artubus arteriam amputationem promtam poſcere, non ipſam contritionem. Difficiliorem eſſe læſionem articuli. Adnotationes in RAVATONI conſilium exſcindendi ex acetabulo femoris. Arterias in ea adminiſtratione lædi, quarum vulnera confeſtim mors ſequatur. Cl. LOUIS ſollicitus erat, ut os amputati trunci probe carne tegeretur: at muſculos oſſi inſertos reſecuit, ut ſatis ad id officium carnium haberet, id conſilium noſter reprobat. SHARPIUM in eo ſequitur, ut duabus inciſionibus caro dividatur. Emplaſtra laudat glutinoſa. Ægrotum cui L. ſegmen carneum brachii reſervaverat, noſter exemtis oſſis fragmentis ſero curavit. Fragmenta oſſis propius articulum fracti ſperat per ſuppurationem deceſſura. Contrita oſſa non continuo amputationem requirere. In L. acrior.

In T. II. Paris 1757. 12. *. De amputatione artuum, iisque numeroſis exemplis, in quibus hoc crudele genus auxilii vitari poteſt. Quot modis hæc amputatio humanitati repugnet. Sæpe mortem etiam cum optima curatione ex ea ſequi, etiam in optimæ ſpei ægrotis. Rejicit amputationem in vulneribus articulorum, quoties eorum capſulæ apertæ ſunt. Ipſe enim ſæpius ejusmodi vulnera ſanavit, ipſumque motum artus ſatis commode reſtituit (& in brutis animalibus ſumma facilitate ſanari vidimus). Tendines abſque dolore rumpi & ſecari, & abſque ulla dubitatione incidi debere, quoties commoda ægroti eam adminiſtrationem poſtulant. Neque difficilius artum ſervari, cujus præcipuum os fractum eſt; ſic artum contritum, ejusque felicitatis numeroſa exempla adducit, etiam chirurgi

chirurgi caſtrenſis, qui nunquam artum reſecuerat. Non valde tamen laudes, quod arteriam cubitalem volens diſſecuerit. Naſum pene abſectum reconciliavit. Contra D. FAVRE, qui ſexta demum hebdomade poſt acceptum vulnus jubebat amputare.

Contra SHARPIUM, qui tum demum amputationem permittit, quando gangrænæ incrementa conpreſſa ſint. Defendit noſter profundas inciſiones, etiam muſculorum, etiam ante ſpirituoſorum fotuum uſum. Non ſperat corticem Peruvianum gangrænam coerciturum. Cum ipſa natura gangrænæ limitem poſuiſſet, tamen amputationis infauſtum fuiſſe eventum. Ita ſex ſuas diſſertationes (*Memoires*) de amputatione numerat.

§. DCLXIV. J. GRASHUYS.

Medicus Amſtelodamenſis. EJUS *exercitatio medico chirurgica de ſcirrho & carcinomate, in qua etiam fungi & ſarcomata pertractantur* Amſterdam 1741. 8. * Belgice *over de knoeſt en kreft gezwel* ib. 1744. 8. Omnia iſta mala in celluloſa tela ſedem ſuam hebere: etiam cerebri fungos potius de diploe efflorеſcere. Paſſim varia collegit. Fungi articulorum aliqua exempla cum carie.

EJUSD. diſſ. *de generatione puris* (quæ a. 1746. præmium ab Academia chirurgorum Pariſinorum retulit) Amſterdam 1747. 8.* Latine & Belgice. Anglice 1748. 8. Bono ordine ſcripta diſſertatio. Pus adipe fieri: ſuppurationis ſedem eſſe in celluloſa tunica. Claſſes medicamentorum ſecundum indicationes. Quæ aerem arceant: quæ perſpirationem inſenſibilem repellant: quæ partes humani corporis emolliant, quæ motum cieant inteſtinum, quæ ad putredinem conferant. Ad eas claſſes medicamenta proponit, & formulas, paſſimque aliqua adnotat.

EJ. *van de operatien der heelkonde* ib. 1748. 8. WACH.

EJ. in *Vol.* X. *E. N. C. obſ.* 40 de curato ulcere pectoris: terebinthinato remedio, cujus ſaporem æger percipiebat.

Obſ. 43 de capite fetus hærente, ſed extracto cum avulſum eſſet.

In *verhandel. der Holl. maatſch.* T. V. de amputatione penis refert.

PETRI IDEMA M. D. *ontleed en natuurkondige verhandeling van t'oog* Leeuwaarden 1741. 4. *. Ad cataractam varia, in qua putat ſe membranaceam adgnoviſſe naturam, dum eam deponebat, etſi non vidit. Diſſolutam fuiſſe inter deponendum cataractam, ut per particulas deponere neceſſe fuerit.

§. DCLXV.

§. DCLXV. Bunon. Martin.

Bunon, chirurgus dentarius Pariſinus.

Ejus eſt *diſſertation ſur un prejugé concernant les maux de dents des femmes groſſes* Paris 1741. 12. *. Dentes gravidarum abſque periculo evelli. Caninis nihil eſſe cum oculis commune, cum ab infraorbitali nervo nervos ſuos habeant, molares a ſecundo Quinti ramo. Eas porro gravidarum mulierum odontalgias eſſe a retento ſanguine menſtruo.

Ej. *eſſai ſur les maladies des dents, où on propoſe de leur procurer une bonne conformation dès la plus tendre enfance* ib. 1743. 12. *. Eroſionem malum eſſe a carie diverſum, quo dentes tententur ſuos intra alveolos, prius quam erumpant, & vitiati de alveolis prodeant. Deinde dentes multum pati ab anguſtia maxillæ, quæ intercedat, ne ordinem ſuum dentes novi inveniant, hinc extra ordinem prodeant. Quære ſuadet eo in caſu evellere dentes lacteos interiores, ut ſecundis locus paretur. Aliqua contra Andryi orthopædiam. De carie; de tartaro; de medicamentis dentariis. Ruſticorum dentes non eſſe integriores.

Ejusd. *experiences & demonſtrations faites à l'Hôpital de la Salpêtriere & à S. Côme en préſence de l'Acad. de chirurgie pour ſervir de ſuite & de preuves à l'eſſai ſur les maladies des dents* ib. 1746. 12. *. D. Puzos & Gervais ſua inventa expendiſſe, prædictiones in ægrotis factas experimento vidiſſe confirmatas, de ea felicitate ſibi teſtimonium publicum ab Academia chirurgorum eſſe conceſſum. Morbum ſe novum dentium detexiſſe, eroſionem, quæ a variolis, a rachitide, a ſcorbuto, ab aliis morbis infantilibus naſcatur; dentes ſubnaſcentes ſuis in alveolis adgrediatur, vitream partem punctis & foveolis erodat, inde reliquum dentem corrumpat. Eum morbum a cauta feminæ gravidæ & nutricis vivendi ratione præcaveri. Ex ſola dentium inſpectione ſe ægrotis variis morbos edixiſſe, quos ſint in ſua infantia paſſi, admirantibus chirurgis. De aliis dentium morbis, topho pernicioſo, laxatione radicum, ulceribus alveolorum, molarium a dentibus oppoſitis ejectorum lapſu, tenuitate vitreæ partis in aliqua ſui parte. Curationes variæ feliciſſimæ. Medicamenta odontalgica. Contra Fauchardum & Geraudly.

Martin M. D. (Avenionenſis) *traité de la phlebotomie & de l'arteriotomie recueilli des auteurs anciens & modernes avec des remarques critiques ſur les uns & les autres* ib. 1741. 12. *. Pleraque quidem pertinent ad derivationem & revulſionem, aliqua tamen ad dirigendum chirurgum venam ſecantem, ad ſymptomata venæ inciſæ ſupervenientia, ad anevryſma, arteriotomen, cucurbitulas, hirudines. In maximis malis arteriam radialem jubet incidere, quoties ſanguinis iter ab arteriis in venas impeditur.

§. DCLXVI.

§. DCLXVI. Paulus Valcarenghi.

Comes, medicus Cremonenſis. Ejus ſunt *de aortæ anevryſmate obſervationes binæ* Cremon. 1741. 8. *. Nitidum fuſumque ſcriptum. Prius anevryſma cum ſquamis oſſeis in aortæ trunco, inde plurima per multos annos mala, & poſt anxietates ſummas, mors. Alterum enorme aortæ trunci anevryſma ſubito ruptum.

Ludovici Visone *utile uſo delle battiture nella medicina* Venez. 1741. 4. *. In clinicis dicetur, quæ de efficacia medica plagarum, etiam in morbis acutis ſperat.

Franc. Mich. Disdier, chirurgi, *traité des bandages, ou methode exacte pour appliquer les bandages les plus uſités* Paris 1741. 8.

Ej. & Car. de Villiers *de abſceſſibus & fiſtulis ex urinæ fluxu* Paris 1760. 4. *.

Ej. *de coſtarum fractura* ib. 1764. 4. *.

Ej. & Lesaux *de vulneribus cum amiſſa ſubſtantia* ib. 1768. 4. *. Simpliciſſimam & ſiccam deligationem commendat.

Ej. & A. Leger *de fractura claviculæ* ib. 1768. 4. *.

Ej. & P. L. Colon *de diaſtaſi* ib. 1770. 4. *.

Martin Joseph Izuriaga, chirurgus Pampelonenſis; Ejus eſt *tomo primero de la cirurgia completa de C. Muſitano annadido con advertencias* &c. Pampelona 1741. 4.

Georgius Mancia, chirurgus Valentinus; Ejus eſt *diſſertacion cirurgico mechanica de la ſupuracion . . . adjuntas dos obſervaciones.* Valent. 1741. 4. C. d. V.

§. DCLXVII. Varii.

Philippi Maximiliani Dilthey *obſervationes anatomico medico practicæ rariores* Herborn 1741. 8. *. Aliqua huc referas: noxam a deglutitis in colico dolore globulis plumbeis. Ulcus faucium & cariem oſſium palati mercurii dulcis uſu ſuperatam. Calculus ingens in homine volvuloſo.

Meninto in *Augenarzte* Hamburg 1741. 4. morbos oculorum breviter perſtringit: addit medicamenta.

Nonne idem Henricus Meiners cujus *liſta delle operazioni e ſciolta delle piu ſingulari curazioni fatte in Turino ſulle malattie degli occhi.* Turin 1742. Ambulantis ocularii curationes; pupilla artificialis, cataracta depoſita.

Ej. ocularii periodeutæ *liſta delle operazioni fatte a cento dodeci perſone per cataratta &c.* Pariſiis nempe factæ curationes.

Ej. *Liſta delle operazioni fatte per la cataratta, gotta ſerena, glaucomi, prunelle artifiziali, &c.* Mediolan. 1742.

CHRIST. MELZER *gangræna metallica in hermunduris* Lipſ. 1741. 8.

. . WARTH *caſus ex calculo veſicæ orti deſcriptio* Arnheim 1741. 4.

RICHARDI GEM *account of the remedies for the ſtone* Lond. 1741.

§. DCLXVIII. DISPUTATIONES.

DANIEL THEOD. OLIER *de vulneribus ſclopetariis* Leid. 1741. 4. CHIV.

JAC. v. ROSENDAEL *de gangræna & ſphacelo* Leid. 1741. 4. BOEHM.

JACOB van VELSEN *de ophthalmia* ib. 1741. 4.

JOH. BLANCKERT *de nephritide* ib. 1741. 4. BOEHM.

J. ANTON. JOSEPH SCRINCI *de inflammatione, gangræna & ſphacelo in genere* Prag 1741. 4.

J. CHRISTOPH BOHLII, amici noſtri & J. C. LAUBMEYER, auctoris, *medicamenta lithontriptica Anglicana reviſa* Regiomont. 1741. 4. *. Formula STEPHANIÆ & hiſtoria.

ID. J. C. BOHLIUS in *Erfahrungen von der unempfindlichkeit der Sehnen* Königsb. 1764. 4. * teſtis eſt vaginam tendinum muſculorum abdominis abſque ullo ſenſu aut ſymptomate ſe jubente diſſectam fuiſſe. Latine etiam prodiit.

GOTTFRIED THIESEN *de calculo raræ magnitudinis a virgine per urethram ſponte & feliciter excluſo* Regiomont. 1741. 4. *.

CHR. LUD. MOSSEN *de animalibus pſeudomedicis, hippopotamo & ibide* Hafn. 1741. 4.

J. BOECLER & PHILIP HENRIC BOECLER *decas quæſtionum medicarum* Argentor. 1741. 4. *. Vulnera cerebri non eſſe lethalia.

MICH. PHILIP. BOUVART & PETRI LALOUETTE *E. optima arthritidi epiſpaſtica* Paris 1741. 4.

ANTON. FERREIN & ANTON. BERGIER *E. febri malignæ veſicantia* Paris 1741. 4.

§. DCLXIX. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 459. HENRICUS ETTRICK machinam deſcribit ad extendendam tibiam aptam, quæ per rotas dentatas vim ſuam exſerit.

NOAH SHERWOOD de calculis in rene ramoſis.

N. 460. JOHN POWELL de cruſtis per lotium egeſtis.

HANSIUS SLOANE addit ſimilia exempla, & acum deglutitam, quæ per abſceſſum inguinis prodiit: de acu crinali cruſta tecta calcaria.

N. 461.

N. 461. WILLIAM WRIGTH, chirurgus, de magno fragmento femoris exemto & per callum reparato.

Anonymi de femina, cui acus in brachium infixa abiit per mammam.

ROBERTUS, Epiſcopus in Cork, de ſceleto mirifice deturpata ancyloſibus & ſpinis atque laminis oſſeis paſſim efflorеſcentibus.

JOH. COPPING, Decanus, de eadem ſceleto. De fetu ex abdominis abſceſſu exciſo.

JOHANNES SHADWELL de eadem ſceleto.

ARCHIBALD CLELAND invenit catheterem fiſſilem, qui aptam ſedem pro compungenda veſica demonſtret.

IDEM proponit acum fiſſilem, qua poſſit aut deponi cataracta, aut eadem in forcipem converſa extrahi. Ad mala aurium cognoſcenda ſpeculi genus & aptus ſipho.

In *Comm. Lit. Nor.* 1741. n. 15. J. IGNATIUS MAYER refert de mamma enormis molis lympha plena.

N. 32. ETTLINGER de noxiis emplaſtrorum effectibus.

In *Mem. de l'Acad. Roy. des ſcienc.* FRANCISCUS LUDOVICUS DU HAMEL a. 1741. cepit agere de callo oſſium, qui non a ſucco fiat, ſed a perioſteo oſſeſcente. Ea occaſione aliqua adfert ad fracturarum in animalibus conferventium hiſtoriam. Pergit a. 1743. & varia phænomena chirurgica interpretatur. Exoſtoſes artificiales ſe feciſſe, corporibus peregrinis inter oſſium laminas introductis. Ancyloſes variæ femoris, tibiæ. Exempla oſſium exemtorum & renatorum, etiam totius oſſis humeri.

In *volumine* III. tomi ſecundi *Selectorum medicorum Francofurtenſium* de hernia umbilicali congenita agitur.

In *Satyr. Med. Sileſ.* VII. *vol.* GOTT. WILH. MULLER de ſteatomate refert, quod per uterum exierit, & a ſuppuratione conſumtum ſit.

§. DCLXX. GUILIELMUS BROMFIELD.

Chirurgus regius in Britannia.

In *Phil. Tranſ.* n. 460. de fetu agit, quem cum novem annis femina in utero geſſiſſet, apparuit in ventre adoleviſſe.

In EJUSD. *account of the English nightshades and their effects* London 1757. 8. *. Belladonnam in ulceribus nocuiſſe, ea potius exacerbaſſe, ſitim auxiſſe, oculos obſcuraſſe, demum occidiſſe.

Ita & vulgare Solanum ad venena pertinere. Scirrhos ab uſu interno argenti vivi reddi deteriores.

Idem ad excidendum calculum novum inſtrumentum invenit, cui nomen fecit *double gorgeret*, quod ob facilem & expeditum uſum multis cum placuiſſet, deſcriptum eſt in libello Florentiæ 1761. 4. *, excuſo cum titulo, obſervationes ad lithotomiam pertinentes. Duo ſunt utique ſemicanales, quorum alter vulgaris eſt fabricæ; alter laminam ſecantem exſerit, qua ab interioribus extrorſum proſtata findatur. Forceps quatuor brachiis calculum prehendens.

Ej. *narration on certain particular facts who have ben mis repreſented relative to the conduit of* M. Bromfield London 1759. 8. Contra chirurgum, qui una cum noſtro ægrotum nomine Benwell curaverat.

Ej. ſunt *chirurgical obſervations and caſes* Lond. 1733. 8. Sero bona conſilia prævalere. Nondum Monroi repetitam inciſionem in amputatione uſu receptam eſſe. Terebrandæ calvariæ loco venam repetito ſecat. Empyematis inciſio: inter duas coſtas dolori proximas. Fontanellas in vicinia ſuturarum cranii funeſtos ſortitas eſſe eventus, corrupta dura cerebri membrana. Ad ſuturam vero ſagittalem excitatum fontem in amauroſi profuiſſe. Sæpe amputatu poſſe ſuperſederi, etiam quando oſſa per cutem eminuerint. Ob fungum articulorum male artum amputari: id malum de ſcrophularum eſſe genere, & deterius redire. Gangrænam utique articulationis amputationem poſcere. Mercurium ſublimatum in ſcorbuto & morbis cutaneis, tincturam antimonii in tumore glandularum lymphatico prodeſſe. Tumores indolentes bene cauſticis medicamentis aperiri, non ita inflammatos: cutis vitiata tota auferenda, ſana tota ſervanda. Ut tumor ſub muſculo maſtoideo incidatur, aut collecta ſub patella materies emittatur. Ulcera ſinus maxillaris; os ipſum perforat. Anthrax. Gangræna celluloſæ telæ: ejus curatio. In gangræna vitrioli oleum efficaciter mederi; tum extus etiam impoſitum peruvianum corticem. Ad amputandum muſculi loco repellendi. Agaricum Broſſardi ſanguinem non compeſcere. Arteriam abſque nervo ligari debere, unco obtuſo ſuſceptam: periculoſe nervos etiam in funiculo ſpermatico ligari. De crure ſervandum quantum poteſt, ſegmentum bene reſervari. Tendines abſque dolore ſecari. Tibiam ob cariem oſſis non recte amputari: os perforari poſſe: trajici lineam laciniam & ſecari. Aliquoties ob cariem feliciter brachium de articulatione excidit; facile arteriam etiam valde ſuperiori loco ligari. Id ut fiat, & ut humerus excidatur, accurate docet. Humeri luxatio: ad eam reponendam ſcapulas debere retrorſum compelli. Non adeo frequenter in luxatione ligamenta articulationis rumpit. Aneuryſma fruſtra ligari in cacochymis. In amputatione plures, quam vulgo putant, arterias ligari debere. Cartilago in articulo genu mobilis: eam noſter excidit. Arteriam ſpermaticam unco elevat, ſolam ligat.

T. II. Caries a piſo in fonte excitata. Spinam ventoſam in medulla oriri, tunc demum dolere, quando nunc perioſteum erodit. Argenti vivi interno uſu glandulas meſenterii obſtructas optime aperiri. Corruptio glandulæ Haversianæ in articulatione femoris non poteſt pro luxatione aut fractura imponere. Vincula & ciſtulæ luxatis, vulneratis. Ex ſubluxatione cartilaginis ſemilunaris claudicatio.

dicatio. Luxatio tendinis muſculi bicipitis. Fractam fibulam motum tibiæ vitiare. Non nova operatio, paracenteſis pectoris, ut aer effuſus emittatur. Ferulæ; optimæ, quæ longæ. Calculi ſectio fuſiſſime. Calculorum varietates. Qui in cellula latuerint, inquirenti chirurgo ſe ſubduxerint. Ut calculus excidi debeat, fuſe ut hic repeti nequeat. Alia adminiſtratio, quæ duplici fit ſemicanali, optimo, noſtro judicio, inſtrumento. Per peritonæum inter veſicam & rectum inteſtinum ruptum, elapſus calculus a noſtro feliciter eductus. In feminis veſica urinalis paulatim urethram dilatat: absque malo forfice vaginam cum urethra diviſam. Pro caruncululis. De cereis, quos non vult cauſticos facere. Abſceſſus circa inteſtinum rectum in veſicam patens feliciter curatus. Mala teſtium. Inſtrumenta. Icones calculorum lamellatorum. Icon Celſianæ lithotomiæ.

In *Phil. Tranſ.* vol. LIV. de hernia veſicæ dicit, in qua calculus fuerit.

§. DCLXXI. Percival Pott.

Celebris noſtri ævi chirurgus.

In *Phil. Tranſ.* n. 459. refert de viro, cui durus tumor ſternum & ſeptem coſtas diſſolverat: alii tumores vertebras urſerunt, alii oſſa ilium, alii os femoris.

Ejusd. eſt *treatiſe on the ruptures* London 1756. 4. *. Nuperam chirurgiam laudat, quæ minus ſit ſæva, quæ machinas terrificas ad artus reponendos excogitatas, quæ inutilem corporum peregrinorum ex vulneribus ſtlopetariis evulſionem aliaque crudelia auxilia abrogaverit. Inter utilia inventa Anglorum recenſet duplicem in artuum amputatione inciſionem, deligationem varorum & valgorum, aquæ hydropicæ emiſſionem, quæ ſimul & ſemel fit. Inter infantes tenerrimos ſolos fere pueros herniis infeſtari. Saccum hernialem eſſe peritonæum deorſum, ad digitalis modum depulſum. Neque reponitur facile ſaccus, neque rumpitur. In hernia ſubinde colon & cæcum & vermiforme inteſtinulum continetur. Porro in infantibus nondum anniculis magna mala ex hernia naſci, eſſe tamen, ubi ea ætate incarcerata ſit, & in gangrænam abierit. Cauſa mali anguſtia eſt anuli, hujus iterum cauſa margo tendinis muſculi oblique deſcendentis. Solum inteſtinum elapſum gravius nocet; ſi omentum una exciderit, omnia mitiora ſunt. Facilius hernia ſanatur in infante, in adulto difficilius, in ſene nunquam. Vetuſtus ſaccus inferne lateſcit, anguſtus ad anulum, qua ſede in puero apta preſſione poſſis anulum claudere. Inteſtinum & omentum per minimum aditum in ſaccum elabi poteſt, quare bracherium nunquam licet deponere. Venæ ſectione valida inteſtini repoſitio poteſt adjuvari, poſt quam continuo oportet vinculum admovere. Suſpenſorium vinculum adjuvat concretionem elapſarum partium, & periculum auget. Hernias ſecari abſque magno periculo, neque fere majori, quam reponantur: ſupra digitum optime anulum aperiri. Saccum utiliter pene totum reſecari, niſi qua vaſa tegit ſpermatica. Non deſperandum de

 ſolvendo

ſolvendo inteſtino, quod cum ſacco conferbuerit. Gangrænoſum inteſtinum ad ſuperiorem ſui partem adſui poteſt, aut portio corrupta inteſtini reſecari, uterque inteſtini finis ad vulneris oram adſui. Gangrænam corticis Peruviani uſus arcet: malum tamen ſemper inſigne eſt. Non probat injectum ſacco vinculum, ſi vel leve adfuerit inflammationis ſignum. Herniam cruralem in feminis frequentius reperiri. Tendinem obliqui majoris parce debere incidi, venæ epigaſtricæ parci. Integrum ſaccum reponi non probat. Periculo plenam eſſe curationem, quæ uſtione aut roſione fit: ſic & punctum aureum rejicit & caſtrationem. In hernia umbilicali ventriculi pars aut hepatis elabi viſa eſt, & in vetuſto malo ſaccus fere ruptus reperitur. Vinculum perpetuum id malum coercere debet, ne nimium cieat periculum. Non poſſe incidi. Operationem raro felicem ſucceſſum conſequi. Herniam ventralem nunquam ſe vidiſſe: elapſum vero per anulum ovarium feliciter reſecuiſſe Noursium.

Ej. *account of a particular Kind of rupture frequently attendent upon newborn childern and ſometimes met with in adults* London 1757. 8. *. Herniam deſcribit congenitam, qualem dudum dixeram; ita fieri, ut teſtis in eodem cum inteſtino ſacco reperiatur, quod malum alii rupto imputaverint peritonæo. Id in adultis vidit hominibus, ut aut in ſcroto, aut in inguine, aut in abdomine teſtis eſſet, in ſacco vero ſemper contineatur.

Ej. *obſervations of that diſorder of the cornea of the eye commonly called fiſtula lacrymalis* Lond. 1758. 8. *. Ut vera fiſtula differat a craſſiori ſacco album mucum ſudante. Ut is lacrumalis ſaccus erodi poſſit a pure in celluloſa tela nato. Ut demum ſaccus fungoſa carne repleatur, & oſſa carie corripiantur, quod equidem rarius accidat. Neque a ſiphunculis, neque a ſpecillis multum noſter ſperat, neque fere a preſſione. Quando pus jam natum eſt, neceſſe eſt ſaccum aperire, tunc ductum ad naſum liberare, ſpongia dilatare, apertum tenere, fungoſam carnem argento cauſtico conſumere. Si nativus in nares ductus omnino perierit, & non adfuerit caries, os unguis utique perforandum ſtylo, paulo anterius quam ſit eminens in oſſe unguis ſpina: hoc foramen apertum tenendum turunda linea, deinde cereo; fungos conſumere oportet lapide infernali. Belgice, vertente Hans v. Someren Haarlem 1772. 8.

Ej. *obſervations on the nature and conſequences of wounds and contuſions of the hand, fractures of the skull, concuſſions of the brain* London 1760. 8. *. Artis principes patresque ſtudioſe legit. Calvariæ fragmentum ſi depreſſum fuerit, cerebrumque urſerit, poſcere terebræ uſum. A duriori ictu decedere fere de calvaria duram membranam, exque ruptis vaſculis ſanguinem effundi, & cerebrum conprimere, unde periculum inminet, indies majus. Pericranium abſque periculo incidi & lacerari. Effuſi ſub dura matre humores terebram reddunt neceſſariam. Calvariam fractam eſſe nullo ex ſigno, & unice ex ipſa inſpectione cognoſci, quæ requirit ut calvaria denudetur. Sub fiſſura quacunque duram membranam fere inflammatam eſſe, & neceſſe videri cranium aperire. Depreſſum & fiſſum

fiſſum calvæ fragmentum optime tamen totum auferri. Suturis non parcendum, neque temporali muſculo. Non amat duram membranam incidere. Germanice vertit, notas adjecit vir gen. CHRISTOPH GOTTLIEB de MURR, qui etiam catalogum ſcriptorum de fracturis & vulneribus cranii addidit.

EJ. *practical remarks on the hydrocele or watry rupture and other diſeaſes of the teſticles* London 1762. 8. *. *Von dem Waſſerbruche* vertente J. C. TODE Hafniæ 1770. 8. De tumore aquoſo totius utrinque ſcroti. De tumore vaginalis teſtis tunicæ, qui uno in latere reperiatur. Iterum de hernia congenita. Alius tumor ſcroti anaſarcodes, diverſus ab hydrocele. Aquam emitti poſſe, ſed parvis vulnuſculis; magnorum malum fere eſſe eventum. Alia hydrocele in vaginali tunica funiculi, quando teſtis abſque malo eſt; aut quando in ea quidem vaginali tunica, cæterum in propria veſica aqua congeritur; & de caſu in quo utrumque malum conjungitur: ejusmodi veſicas noſter totas aperit. Herniæ pro ventoſis habitæ ſunt aquoſæ *originales*. Denique hydrocele in vagina ipſius teſtis, quam oporteat anterius aperire, & inferius, ſcalpello potius, quam lapide infernali, ſed amplo vulnere. De hæmatocele, cujus mali multa hic exempla narrantur, & de eo definitur, quando inciſionem requirat. Eſt ubi teſtem oportuerit amputare. Cirſocele & ſarcocele, in qua teſtem aufert, ut tamen neque hoc crudele auxilium ſufficiat, ſi malum vetuſtum fuerit. Non poſſe vaſa ſpermatica ligari. Cicutam nihil poſſe. Verum ſcirrhum aut cancrum non poſſe abſque exſtirpatione teſtis ſanari.

EJ. *remarks on the diſeaſe commonly called fiſtula in ano* Lond. 1765. 8. *. Germanice, vertente J. J. PLENK Wien 1768. 8. Belgice, vertente H. v. SOMEREN Haarlem 1772. 8. Catheterem in urethræ vitiis non laudat, quo inſtrumento urinæ ductus etiam a peritis viris fuerit perforatus. Sæpe pro ani fiſtula ulcus haberi, quod apertum, & carpto linteo repletum, non difficulter ſanatur. Veram fiſtulam optime aperiri ſcalpello, quod globulum habeat præfixum. Neque de inteſtino quidquam auferendum, neque de cute. Non utitur præcipitato mercurio, neque turunda. Eas etiam fiſtulas non difficulter ſanari, quæ digito ſint longiores, dum digito æqualis pars mali aperiatur. Deligatio facilis & ſimplex hic præcipitur.

EJ. *obſervations on the nature and conſequences of thoſe injuries to which the head is liable from extern violence* London 1768. 8. *. Velamenta calvæ conſuit, neque de iis aufert quidquam. A duro ictu vel lapſu calvam flaveſcere; in juniori homine ſuturam laxari fungumque emittere. Si dura cerebri membrana a calvaria ſeceſſerit, ulcus fere inter utramque offendi: perire, quibus pus non emittitur, & ſanari id ſi fiat. Terebra manu circumacta calvariam noſter perforat, ut pus emittat. A ſanguine effuſo ſenſus aboleri, cordis vires deprimi, quæ ſymptomata continuo ab ictu vel lapſu ſuperveniant. In fractura abſque depreſſione mature terebra utitur. Inſtrumenta præfert ſimplicia. Quando fracta eſt calvaria, venæ ſectiones repetitas monet convenire, neque tamen ægrum ſecurum præſtare,

præſtare, niſi & calvaria terebretur, & pus emittatur. Suturam continuationem fiſſuræ in alterum cranii latus non morari. Non neceſſario funeſtum eſſe ſinus cerebri vulnus. Monet ut ſufficiens calvariæ portio auferatur. Ad ſanguinem effuſum neceſſario requiri terebram; eum enim frequentem cauſam eſſe mortis. Non raro laminam internam calvariæ ſolam frangi.

Una prodierunt *ſome few ſelect remarks on fractures and dislocations* 8. *. Non poſſe abſque anatomica peritia artus feliciter reponi. Emplaſtra glutinantia noſter rejicit, & ſpirales faſcias: atque commendat eam, quæ octodecim habet capita, in ſimplici etiam fractura. Ferulas requirit peramplas, totum continentes artum. In fractura cum vulnere complicato, nihil fere niſi in amputationem ſpei eſſe, neque debere effectum fotus exſpectari. Scarifationes in gangræna non probat. In luxatione vim extendentem ipſi ſemper oſſi adplicat, quod de ſede ſua deceſſit. Hunc librum Gallice vertit & edidit D. Lassus Paris 1771. 12.* & aliqua addidit de D. Fabre, & Dupovi conſiliis. Belgice vertit Ib. Jacobs Gendt 1772.

Ej. *account of a method of obtaining a perfect cure of the hydrocele by means of a ſeton* Lond. 1771. 8. Acus triquetra. Tubulus argenteus adaptatus in tubum trocarti. Specillum mucrone triquetro, cum oculo, cujus ope ſetaceum trajicit, acu triquetra perforat, trajicit tubulum in vaginalem tunicam per acus triquetræ cavum. Per ſecundum tubulum trajicit ſpecillum. Vaginalem perforat, ſic ſetaceum traducit.

§. DCLXXII. F. Ould. Jacobus Parsons.

Fielding Ould, qui obſtetriciam artem exercuit, edidit Dublini 1742. 8. *. *A treatiſe of midwifery in three parts.* Curam difficiliorum caſuum brevibus tradit. Primus docuit, non recte partum procedere, ſi fetus facies directe ad os ſacrum reſpexerit, & debere eum ſitum mutari, ut mentum pueri alterutri humero incumbat. Obliquitatem uteri parvi facit. Non debere brachium cum capite una educi ut Henricus v. Deventer ſuaſerit. Pharyngotomo ad aperiendum caput utitur, aut abdomen, ſi quando nimium intumuerit. Forcipis Anglicæ verus uſus & encheireſis. Quando forcipi locus non ſit: eo refert fetum mortuum, pelvim ab aliquo eminente proceſſu arctatam. Partum Cæſareum non probat. Placentam non vult manu educi. In Gallia artem obſtetriciam optime doceri.

Joseph Hurlok *practical treatiſe upon dentition* London 1742. 8. *. Scopus fere eſt ſuadere, ut gingivæ ſcalpello incidantur, quoties dentes ægrius erumpunt: id auxilium & neceſſarium eſſe, & innocens, eoque plurimos pueros ſervari, quos alioquin convulſio interimat. Harrisium refutat adverſum huic inciſioni. Cariem dentium ſuis in alveolis latentium non ignoravit.

James Garlik *on injections in the cure of gonorrhœas* ib. 1742. 8.

Jacobus

JACOBUS PARSONS, medicus, ſcripſit *a deſcription of the human urinary bladder to which are added animadverſions on lithontriptic medicines, particularly theſe of Miſs Stephens* London 1742. 8. *. Poſt brevem anatomen, STEPHANIÆ medicamenta ſtudet deprimere, & DAVIDEM HARTLEY refutat. Ergo non nova eſſe medicamenta it oſtenſum, & eximiam vim lixivi ſalis ægrotis nocere, aque ipſis medicamentis, non a diſſolutis lapillis, calcem eſſe, quæ ab uſu arcanorum Stephaniæ medicamentorum in lotio ſubſidet. Reperiri calculos eroſos, abſque ullo medicamentorum uſu, & viciſſim leves poſt ſumta illa Stephaniæ lithontriptica. Neminem integre ſanatum, inque iis ipſis repertos a morte calculos, qui pro ſanatis ſint habiti. Caſus nonnullos ab HARTLEYO propoſitos, demonſtrat contra ea medicamenta facere.

In *Phil. Tranſ.* vol. L. 6. 1. de enormi tumore capitis in viro.

ALARY præmium Academiæ chirurgicæ a. 1742. de medicamentis repercutientibus. Theoria mera meruit D. A. KULBEL idem præmium cum ALARYO diviſit, qui cum theoria formulas conjunxit.

§. DCLXXIII. VARII.

Samlung verſchiedener caſuum medico chirurgicorum forenſium mit nützlichen Anmerkungen, an das Licht gegeben von LUDOVICO PARMENIONE Ulm 1742. 8. *. Pluſculæ relationes de vulneribus, cum occiſorum hominum inciſione. Sanguis ſub cranio funeſto eventu effuſus, cum id integrum eſſet. Non favet benigniori de funiculi umbilicalis omiſſa deligatione ſententiæ. Non probat exſpectationem, quam de muſculo ſuo RUYSCHIUS conceperat. Mors a vertebris nonnullis dorſi introrſum impulſis.

JOH. TENNENT *epiſtle to* D. MEAD London 1742. 8. *. De morſu viperæ caudiſonæ. Per os ſumtum venenum non nocere.

Secrets éprouvés dans la pratique de la medecine & de la chirurgie Paris 1742. 12.

Diſſertation ſur la queſtion, ſavoir lequel eſt preferable de l'uſage des ſages-femmes ou des chirurgiens dans l'accouchement: huc refert PORTAL.

BENEDICTI STÆHELINI, amici noſtri, *epiſtola euchariſtica ad* DAVIDEM HARTLEY Baſil. 1742. 8. * cum LOBBII & HARTLEYI de Stephaniæ lithontriptico libellis. Experimenta: de calculo in aqua margacea Holeenenſi dilapſo: de mucoſo elemento elaſtico, quo terra in calculum conglutinatur. De vi calculum ſolvente calcis ex teſtis ovorum paratæ, tum ſucci citri. Ea ſolvere calculum, quæ aerem in glutine illo latentem expediant. Saponaceis calculis magis aquoſum & ſalinum ſolventem liquorem convenire, oleoſis calcis uſum. Singularis anatome calculorum ſimplicium vel adroſorum. Calculos humanos fere lamellis conponi, ſ. pelliculis. Educto glutine illo elaſtico, & ad fundum vaſis præcipitato, reli-

quam lapilli molem facile dilabi. Calculo diſſoluto fibræ etiam & membranæ ſuperſunt, quas nullus liquor ſolvat.

*. PASCASIUS FRANC. VIRREY *manual cirurgico, o compendio di cirurgia* Madrit 1741. 4. 1749. 4. C. de V.

EJ. *de ambigue prolatis in judicium criminationibus conſultationes phyſico medicæ nonnullæ* Bonon. 1742. 4. MATTH. BAZZANUS defendit, funiculi umbilicalis deligationem non eſſe neceſſariam.

K. Majeſtäts medicinal ordningar utgangne an 1699. *i nyo uplagde* Stokholm 1742. 8. *. Conſtituitur collegium medicum, cujus auctoritati & phyſicis obſtetrices ſubjiciuntur. Chirurgis praxis medica interdicitur &c.

§. DCLXXIV. GERARDUS v. SWIETEN.

BOERHAAVII per multos annos diſcipulus & archiater Cæſareus.

EJUS *commentaria in* HERMANNI BOERHAAVE *aphoriſmos de cognoſcendis & curandis morbis*, Tomus I. prodiit Leid. 1742. 4. *. Anglice verſus & recuſus London 1744. 8. 4. vol.

In hoc volumine potiſſimum chirurgica continentur, ampliſſimi nempe de vulneribus, tumoribus, ulceribus, fractis & luxatis commentarii, quibus partim theoria traditur, partim hiſtoriæ morborum & curationum, tum ex aliis ſcriptoribus, HILDANO præſertim & GUILIELMO de la MOTTE, tum ex ſuis propriis adnotationibus, denique ex BOERHAAVII prælectionibus, qui multa ſagax viderat. Emphyſema ſcarifatione adgreditur. Oleoſis in capitis malis chirurgos in Italia abuti, inde multas mortes. Fungos cerebri maximos ligat. BOERHAAVIUS duram membranam juſſit incidere &c.

In editione Anglica icones inſtrumentorum chirurgicorum acceſſerunt.

In T. II. 1745. 4. * minus multa huc faciunt, eaque pertinent ad auxilia potiſſimum quæ manus offert, aut ad theoriam. Bronchotomen probat & deſcribit. Lingua a morſu tumefacta, multo albuminoſo humore ſuffarcta, inciſione ſanata.

In T. III. qui Leidæ 1753. 4. * ſucceſſit, de nephritide agitur, de pectoris abſceſſibus & eorum apertione. Ulcus a pleuritide, quod ſternum eroſit. Pro vi ſalutari corticis Peruviani in gangræna. A perexiguo calculo urina ſuppreſſa. Ulcera renum balſamis, ſucco glycyrrhyzæ & ſero lactis ſanata. Aquæ metum ſuperfuſa aqua fractum, ſed mortem non vitatam eſſe.

In T. IV. Leid. 1764. 4. * de hydrope & partu difficili. Peſſos negat hæmorrhagias uterinas morari. Oſſa pubis a partu mobilia fuiſſe, ut etiam auditus eorum vacillationem perciperet. Forcipem ROONHUYSIANIS ferramentis præfert. Frenum linguæ debere reſecari, quando motum linguæ moratur, non aliter.

In T. V. Commentarior. Leid. 1772. 4.* edito caput eſt de calculo. Qui viginti ſingulo menſe calculos ediderit. Ut noſter fraudem mulieris detexerit, quæ calculum fingebat: Duo calculi in appendicibus veſicæ, quos catheter non offenderat. Boerhaavii calculus, quem ſenſerit ex renibus deſcendere. De ſedibus urethræ, in quibus calculus moratur. Nunquam ſe vidiſſe, cum craſſiori veſica abſceſſum conjungi. Innocua eſſe medicamenta Stephaniæ. Calculos ex abſceſſu umbilici, ex urethra.

Totum opus Venetiis, Neapoli, Auguſtæ Taurinorum & Hildburghuſæ recuſum eſt.

§. DCLXXV. Disputationes.

Christoph Stephan Scheffer *de præſtantia ſitus parturientium in lecto præ reliquis alias conſuetis* Greifswald. 1742. 4.

Ej. & H. B. L. Lembke *de calculo renali* ib. 1748. 4.

Wilhelm Zachar. Cramer *de tortura ejusque uſu & effectibus* Lipſiæ 1742. 4.

J. Petri Lobe' *de diverſa lapidum origine* Leid. 1742. 4. *.

Isaac Perez *de veſicantibus* ib. 1742. 4.

Theodor van Leeuwen *de aneuriſmate vero* ib. 1742. 4. Pl.

Cornel. Henr. Velse *de mutuo inteſtinorum ingreſſu* ib. 1742. 4. *. Conſilium abdominis aperiendi ad explicandum volvulum. Inciſiones corporum morboſorum, inter eos varix prægrandis venæ ſpermaticæ, epiphyſium diſceſſio. Partus difficilis ob hydrocephalum. Venter rima crepat, & aquam hydropicam fruſtra quidem emittit, quod in hepate ſcirrhus eſſet.

J. Adam Closmann præſ. Car. Eug. Luchini a Spiessenhof *de partu præternaturali ex diſproportione inter caput fetus & pelvim orto* Heidelberg 1742. 4. *.

J. Frid. Tschep *caſus de amputatione femoris non cruenta* Hall. 1742. 4. * & in *meis ſelectis.* Cum femur amputaretur, ob gangrænam, arteriam cruralem exſanguem nullum dediſſe ſanguinem, ægrotum tamen ex femoris carie periiſſe. Cauſa hujus exſanguis vulneris poſita fuiſſe videtur in arteria conſtricta, & ſanguineis grumis farta.

T. Wilhelm Hensing *de peritonæo* Gieſſ. 1742. 4. * & in *ſelectis anatomicis.* Aliqua habet ad hernias. Immanis hernia, in qua colon.

Joh. Klein *de inculpatione & exculpatione vulnerati moribundi* Jenæ 1742. 4. *.

Paul Jacob Malouin & Nat. Maria de Gavigland *E. herniæ inguinali cum adhæſione ſubligaculum nocet* Paris 1742. 4. *.

Anton. Nic. Guenault & Urbani van de Nesse *non E. vulnerata arte-*

ria crurali ab amputatione auſpicandum Paris 1742. 4. * & in *ſelectis meis.* In vulneribus etiam gravibus arteriæ cruralis poſſe vinculum tentari arteriæ injectum, & ab anaſtomoſibus circa genu ſuppetias exſpectari, quæ artum alant.

J. ALBERT HAZON & PETRI JOSEPHI MACQUER *E. in calculo renum & veſicæ pro natura calculi, ætate & temperamento ægrotantis remedium alcalino ſaponaceum Anglicum* Paris 1742. & in *meis ſelectis.* Valere ad albos, rubros, flavos & in veſica natos calculos, etiam exemplis productis, ad nigros & fuſcos & renales minime.

JOSEPH de JUSSIEU & JOS. M. FRANC. de la SONE *E. vulnerum curatio quo ſimplicior eo melior* Paris 1742 4.

HENR. FRANC. BOURDELIN & J. FRANC. ISEZ *E. quo maturior in pectoris hydrope eo felicior thoracis paracenteſis* ib. 1742. 4.

ANT. JOH. DAVAL & FRANC. DAV. HERISSANT *E. in omni partu operatio chirurgica* ib. 1742. 4.

ROBERT HUBERT LINGUET & CAR. LUD. LIGER *E. in abſceſſu mediaſtini celebranda ſterni terebratio* ib. 1742. 4. In parte ſiniſteriori jubet terebrari.

PET. ROUSSIN de MONTABOURG & C. FRANC. BOUTIGNY *E. in herniis inteſtinalibus, etiam cognita inteſtini prolapſi læſione, operatio celebranda* Paris 1742. 4.

EJ. & LUD. G. le MONNIER *non E. in oſſium carie delenda cauterium actuale* ib. 1740. 4. CAT.

ACHILLES FRANC. FONTAINE & JAC. FRANC. CHAT de la SOURDIERE *non E. ſuendi tendines* ib. 1742. 4.

J. BAPT. LUD. CHOMEL & P. BERCHER *E. prægnanti ſuperveniente uteri hæmorrhagia partus manu promovendus* ib. 1742. 4. *.

EJ. *E. tumidis hæmorrhoidibus hirudines* ib. 1750. 4. * Fluxum hæmorrhoidum ab hirudinum uſu reſtitutum.

EJ. *Eſſai hiſtorique ſur la medecine en france* Paris 1762. 12. * Varia ad hiſtoriam etiam chirurgiæ ſpectant. Circa a. 1281. chirurgos & pharmacopolas absque ullo dubio medicis ſubjectos fuiſſe, & ſacramentum apud Decanum dixiſſe. Nullum fuiſſe chirurgorum doctorum & illiteratorum diſcrimen. Anno 1350. & chirurgos & pharmacopolas a medicis in ordinem fuiſſe redactos. Auctorem libri *recherches ſur la chirurgie* paſſim corrigit.

HYAC. THEOD. BARON & THEODOR. BARON d'HENOUVILLE *non E. fracto cranio ſemper admovenda terebra* ib. 1742. 4. Non adhibendam, niſi ſanguis copioſius ex vaſis fuerit effuſus.

ANTON. CASAMAJOR & PETR. LALOUETTE *E. cereoli in plerisque urethræ fiſtulis ſectione præſtantiores* ib. 1742. 4. Cereos commendat ex inteſtino factos in chordam contorto.

RAYMUND

RAYMUND de la RIVIERE & PETR. JOS. MACQUER *E. inflammationi pro varia ſede reſolutio vel ſuppuratio potior* Paris 1742. 4.

EJ. *memoire ſur la nouvelle aiguille propre à faire la ligature des vaiſſeaux, lu à l'Acad. des ſcienc.* 1747.

LUD. PETRI le HOC & ABR. FRANC. LEO COL de VILLARS *E. oculi punctio cataractam præcavet* Paris 1742. 4. * Cataractam membranaceam defendit, ejusque generationem emiſſo turbido humore aqueo putat præcavere, perforata cornea tunica.

EJ. & CLAUDII FRANCISCI GRANDCLAS *E. cautiſſimi debent eſſe chirurgi & medici, præſertim in cancro curando* ib. 1750. 4. *.

J. de DIEST & THEOD. BARON d'HENOUVILLE *E. raro hæmorrhagiæ adſtringentia* ib. 1742. 4.

J. BAPT. BOYER & LUD. REN. des BOIS *E. in omni tumore ut plurimum tentanda reſolutio* ib. 1742. 4.

BERN. de JUSSIEU & JOS. STEPH. GUETTARD *E. a ligatura polypi narium tutior curatio* ib. 1742. 4.

FRANC. MERY & SYLVANI le MOINE *non E. tenuium inteſtinorum vulnus lethale* ib. 1742. 4.

J. BAPT. du BOIS & URBAN VANDENESSE *E. curtæ nares ex brachio reficiendæ* ib. 1742. 4.

Hæ diſputationes omnes a Cl. SIEGWARTO recuſæ prodierunt Tubing. 1759. 4. *.

§. DCLXXVI. J. GEORG SIEGWART.

Profeſſor Tubingenſis. EJ. *ſpecimen ophthalmographiæ, ſ. de ſanatione ophthalmiæ, ſ. de ophthalmiis externis* Hall. 1742. 4. *.

EJ. diſp. *de extractione cataractæ* Tubing. 1752. 4. * & in *meis ſelectis.* Hiſtoria inventi. De PALLUCCI conſiliis. De Monachi (F. COSMÆ, quem ait infelices curationes ſuſcepiſſe) Pariſini tentamine. De DD. DAVIEL & MOREAU, de VERMALIO aliisque. De melioribus inſtrumentis, deque adminiſtratione, variisque extractionis commodis. Forficem rectam, inciſionem tunicæ corneæ ſupra ſpecillum & minus in cornea tunica vulnus ſuadet.

EJ. *carie conſumtæ tibiæ notabilis jactura naturæ beneficio reſtituta* Tubing. 1756 4. *.

EJ. *cyſtotomia lateralis* MOREAUIANA *nova eademique receptis longe præſtantior, & omnino tutior. Reſp.* Auctor CAR. LUD. FRID. BREGER Tubing. 1764. 4. *. Hiſtoria variarum adminiſtrationum, quibus calculus exciditur. Laudat ſpeciem cultelli anguſti de ſemicanali ſurgentis, quo proſtata & aliqua veſicæ pars dividatur.

Ej. *hiſtoria rarior mammæ cancroſæ ſanguinem menſtruum fundentis methodo ſimpliciori ſanatæ* Tubing. 1763. 4. *. Decocto lignorum cum eſſentia myrrhæ & tinctura antimonii malum ſuperatum.

Ej. & S. Jac. Manner *de exploratione per tactum utiliſſima & ſumme neceſſaria artis obſtetriciæ encheireſi* ib. 1761. 4. *.

§. DCLXXVII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 462. Edmund Nourse refert de Gardinero, quem uſu medicamentorum Stephaniæ ſanatum putabant, quod cathetere nullus lapillus tangeretur. Aderant calculi, ſed in cellulis veſicæ latentes.

Sic Georgius Bell de G. Payne, qui calculos leves in veſica habuit poſt diuturnum uſum medicamentorum Stephaniæ.

N. 464. Guilielmus Burton retulit de renis ulcere, & glandulæ ex lumbalibus, ab ictu nato. Porro ab alio ictu natus erat maximus tumor cancroſæ indolis, in abdomine.

In *Vol.* VI. *Actorum Academiæ Nat. Cur.* quod a. 1742. prodiit J. Jacob Ritter M. D. qui in Sileſia vivit, olim noſter auditor, & amicus in obſ. 12 deſcripſit herniam umbilicalem congenitam, quam incidi.

Vol. VIII. *obſ.* 88 alius exomphalus congenitus.

J. Adolph Jauch, medicus Torgavienſis, *E. N. C. Vol.* VI. *obſ.* 54 de ichore circa cerebellum ex contrafiſſura funeſto eventu effuſo.

Obſ. 55 caries calvariæ & effloreſcentes fungi.

Obſ. 56 abdominis funeſtum ulcus in muſculis lumbalibus.

Obſ. 57 ſanatum veſicæ ulcus.

Gottfried Henrich Kannegiesser, profeſſor Kilonienſis.

Obſ. 68 calculus feliciter ex principio gulæ eductus.

Obſ. 88 carnoſo concremento vaginam claudente inciſo emiſſus retentus ſanguis menſtruus.

Obſ. 98 a ſubluxatione cartilaginis ſcutiformis angina.

Ej. *de cancro diſſ.* Kiel. 1752. 4. Obſervationes circa cicutam factorum experimentorum, ni fallor.

Ej. *de ſpinæ dorſalis præternaturali flexu, tales ſanandi adflictos norma & methodo* ib. Heft.

Ej. *inſtitutiones medicinæ legalis* Hall. 1768. 8. *. Pertinet huc potiſſimum caput de vulneribus eorumque ad mortem poteſtate, de ſubmerſis & ſtrangulatis, de fulminatis, de abortu, de fractura & luxatione.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obſ.* 8. carcinoma de palpebra feliciter amputatum.

Obſ.

Obſ. 9 calculus poſt biennium fauſto pariter eventu de urethra exciſus.

Obſ. 11 de vulnere & fractura calvariæ aliqua dubia.

Vol. X. *obſ.* 80 de ſpina ventoſa uberius.

Obſ. 81 de ulcere telephio.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 41 diſſ. de cancro.

GOTTFRIED WILHELM MULLER.

Obſ. 69 curatum ulcus, per quod calculi fellei decedebant.

Obſ. 70 aliquot exempla herniarum exulceratarum, quas inter hernia fuit elapſæ appendicis inteſtini.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 61 concrementum oſſeum inſigne per anum dejectum, pro tunica inteſtini interna ab auctore habitum.

J. MARTIN BREHM.

Vol. VI. *Obſ.* 93 ulcus inteſtini coli ſanatum, de quo vermes eruperant.

Vol. VIII. *obſ.* 79 umbilicus ſponte in hydropico ruptus felici eventu.

Vol. X. *obſ.* 81 fractura femoris funeſta.

NICOLAUS BOERNER.

E. N. C. Vol. VI. *obſ.* 102 ſacculus membranaceus, forte membrana decidua, de vulva pendens & reſectus.

Obſ. 103 ſphacelus inteſtini ilei a cauſa interna natus.

VALENTINUS ERNESTUS EUGENIUS COHAUSEN, medicus Treviranus. Uterus calloſus, ut putat, abſque noxa reſectus.

N. E. N. C. Vol. I. *obſ.* 100 in cadavere Electoris Trevirenſis nullum calculi veſtigium repertum, cum certo cathetere tactus fuiſſet, & ab uſu medicamentorum Stephaniæ lapillum videretur evanuiſſe.

In *Comm. Lit. Nor.* 1742. h. 19 de tumore duro mammæ majorana impoſita curato, & de pede gangrænoſo ſponte delapſo, eventu felici.

J. CONRAD TRUMPH, medicus Verdenſis.

E. N. C. Vol. VI. *obſ.* 125 a ſpina dorſi luxata paralyſis.

Comm. Lit. Nor. 1743. h. 2. de cortice Peruviano in curanda gangræna non ſatis efficaci.

H. 35. de homine, cui nullum in cranio vitium erat, cum tamen mordere non poſſet.

Ib. 1745. h. 3. hæmorrhagia utique & mors ex funiculo umbilicali non ligato.

Act. Nat. Cur. Vol. VIII. *obſ.* 58 ſanatus inguinis abſceſſus, de quo lumbrici & fæces prodierant alvinæ.

Vol. IX. *obſ.* 110 hernia incarcerata cum graviſſimis ſymptomatibus tamen abſque ſectione reſtituta.

Obſ. 112 carbunculi in ſcroto ex metaſtaſi.

J. JACOB FRIED, artis obſtetriciæ celeberrimus magiſter Argentoratenſis, *E. N. C. Vol.* VI. *obſ.* 126 urinæ in gravidis feminis ſuppreſſionem ſolo cathetere debere expediri.

In *Comm. Lit. Nor.* 1742. hebd. 8. 9. PAULUS HAASE de puerpera refert, cui in partu difficili putridi fetus urethra rupta urinæ fecerat incontinentiam, quam ſatis commode ferret peſſo adjuta.

JOH. BECHMANN ib. h. 32 de hydropico paracenteſin paſſo, paulo poſt mortuo, cui in fellis veſicula lapillus erat.

J. MARTINUS WOLF h. 44. cancer occultus in viro rodentibus medicamentis infelici eventu tentatus.

Vol. VII. *obſ.* 129 lumbrici ex inguinis abſceſſu, fiſtula inde ſuperſtes.

A. 1742. SCHOLZIUS, medicus Hirſchbergenſis, de maxillæ carie funeſta.

In *Selectis Francofurtenſibus*, inque tertio volumine tomi 2, tetanus funeſtus ex pollicis manus vulnere.

LIB.

LIBER OCTAVUS.

TEMPORA NOVISSIMA.

§. DCLXXVIII. Academia Chirurgica Gallica.

Cum non potuerim chirurgiam in aptas periodos diſtribuere, uti quidem in anatome licuit, inque botanica, neque tamen vellem abſque diviſione enormem Libro VIII. molem tribuere, occaſionem novi libri ſumſi a nova academia, quam ſollicitante Francisco de la Peyronie in Gallia conſtituerunt, & ejus initia putavi melius ad annum MDCCXLIII. reſervari, quo ejus ſtatuta a rege confirmata ſunt, & primum commentariorum volumen prodiit. Neque dubitari poteſt, æmulationem, quam præmia propoſita quotidie inflammant, utilemque ambitionem novis inventis in conſeſſu idoneorum judicum excellendi, multa bona arti chirurgicæ promittere, accuratiorem potiſſimum & minutiorem obſcuriorum malorum, difficilioris ſignorum diſcriminis, adminiſtrationum ſubtiliorum, inſtrumentorum denique, quæ ſimplicitatem cum vera utilitate conjungant.

§. DCLXXIX. Petrus Tabarrani.

In *Memorie ſopra la fiſica e l'iſtoria naturale da diverſi valentuomini* Lucca 1743. 8. * dedit obſervationes chirurgicas, de vertebrarum fracturis & luxationibus. Poſſe corpora earum frangi: ſpinoſorum proceſſuum fracturas non facere paralyſin. Exemplum quartæ vertebræ dorſi fractæ, cum funeſta alvi ſegnitie, & artuum inferiorum paralyſi. Idem malum a duabus dorſi vertebris fractis. Iterum corpus vertebræ fractum, cum luxatio exſpectaretur. Ex lapſu ſpurium aneurysma. Herniæ cruralis hiſtoria.

Hæ *anatomicæ obſervationes* recuſæ ſunt Luccæ 1753. 4. *. A tumore duro arteriæ magnæ trunco impoſito ſymptomata anevrysmatis ſymptomatibus ſimillima. Anevryſmata facta ſanguine per anguſtum aortæ foramen elapſo, & in celluloſam telam effuſo.

Ej. *lettere* Lucca 1764. 4. de hydrocele &c.

In *Atti della Academia delle ſcienze di Siena, detta de fiſicocritici* T. III. Siena 1767. 4. * epiſtolæ anatomicæ Cl. viri continentur, quarum aliquæ ad chirur-

 giam

giam ſpectant. In femoris capite nullum ligamentum teres, caput femoris & acetabulum eroſum. Exempla ſpinæ dorſi vehementer curvæ, ut etiam in plica corpora vertebrarum ſe contingerent & conferverent.

§. DCLXXX. Dale Ingram.

Chirurgus & vir obſtetricius, qui multis annis in inſula Barbados artem exercuit, deinde in oppido Reading, denique Londini.

Ejus *Eſſay on the cauſe and ſeat of the gout* Reading 1743. 8. *. Calculos in articulis reperiri, in ſanguine nunquam. Cauteria laudat ad revulſionem factura, inter muſculos gaſtrocnemios admota.

Ej. *practical caſes and obſervations in ſurgery* London 1751. 8. *. Magnos morbos facilibus & mitibus medicamentis conatur ſuperare. Tumor enormis ſcroti cum diſtentione vaſorum ſpermaticorum abſque hernia. Plures dari hydroceles ſpecies, quam Sharpius admiſerit. Anaſarcam ſcroti diſtinguit: hydrocelen in tunica vaginali funiculi, & in tunica vaginali teſtis, & hydatides. Teſtes ſcirrhoſos varias hydroceles ſpecies inducere. In hernia vetuſta frequenter aquam reperiri. Hydrocelen cyſticam optime curari cauſtico medicamento, ad totam cyſtidis longitudinem admoto. Tumor ſingularis inguinis herniæ ſimilis, effuſi extra vaſa a nixu adipis; ſuperatus idem balneis, mollientibus medicamentis & catharſi. Quando ſanguis in pectus effuſus eſt, pleuram noſter incidit, ut effuſum emittat, ubicunque id facilius viſum fuerit. Bulbum urethræ in calculoſis ſuadet incidere. In calvariæ fracturis vulnus apertum tenet, quoad oſſis margo deceſſerit. Sindonem rejicit. In vulneribus abdominis ſutura utitur intorta. Oſſa fracta vulgari convoluta faſcia continet. Femur cum vulnere fractum quotidie paulum extendit, ita legitimam ei longitudinem reddidit. Salutarem uſum corticis Cinchonæ in gangræna confirmat. Ab exoſtoſi introrſum tumente magnos ortos eſſe dolores. Iterum pro cauterio in podagra dicit. Calloſa labia ulcerum mavult lente blandis mollire medicamentis, quam corrodentibus adgredi. Sanavit graviſſimas epulides. Calculos vidit in cyſtide adhærentes.

Ej. *the blow or an enquiry in to Clarkes dead* London 1769. 8. Non periiſſe ex vulnere Clarkium, quæ celebris eo tempore cauſa fuit; ex accidente interiiſſe.

Contra eum l. ſcripta eſt a *letter to* D. Ingram *in which the moments of his enquiry in to the cauſe of Clarkes death are conſiderd.* Lond. 1769. 8.

§. DCLXXXI. Galli aliqui.

Jacques Mesnard, chirurgi & obſtetricis Rothomagenſis, *le guide des accoucheurs, ou le maitre dans l'art d'accoucher les femmes* Paris 1743. 8.*. 1753. 8.

Simplex

Simplex neque adſpirans ad altiora, nihil novi habet, aut reconditi; forcipem deſcribit paulum mutatam, qua caput inpactum liberet, & inſtrumentum pro cranio perforando. Curvus uncus pro recto. Partum Cæſareum commendat. Adminiſtrationes fere ſolitæ. Situi obliquo uteri parum tribuit.

Hoc anno 1743. *Facultas chirurgorum Pariſina* condita eſt regio privilegio, ut chirurgi ſibi ſuas ſcholas, ſuos profeſſores, ſua examina, ſuos honores haberent, a medicorum inſpectione pene undique ſoluti, ut demum in Litterariam ſocietatem colligerentur, neque ad *magiſterii* in chirurgia gradum admitteretur, niſi qui artium eſſet magiſter. Ea nova privilegia eo tempore medicis inviſa infinitas pepererunt querelas & apologias, cum medici antiqua decora vellent tueri, chirurgi favorem potentium experti novos honores tuerentur.

Ecce ſcriptorum criticorum anni 1743. aliqua.

Declaration du Roi concernant la communauté des MM. Chirurgiens de Paris donnée 23 *Avril* 1743. Paris 1742. 4. PORT.

Précis pour les chirurgiens de Paris contre les medecins de la même ville ſur une demande des medecins qui conſiſte a aſſiſter comme ſimples ſpectateurs muets aux Examens de reception des chirurgiens ib. 1743. fol. *. Breve compendium hiſtoriæ chirurgiæ, quam dicemus.

Memoire pour les Doyens & docteurs régens de la faculté de Medecine en l'Univerſité de Paris, contre les prevots & communauté des MM. chirurgiens, & contre J. Bourdelin, Bonaventure Fournier, & autres aſpirans en chirurgie ib. 1743. 4. * etiam in fol. Integra chirurgorum Pariſinorum hiſtoria. Anno 1544. obtinuiſſe chirurgos a Franciſco I, ut gradus baccalaurei, magiſtri, licentiati, Profeſſorium demum decus poſſent adquirere. Reclamaſſe medicos, & quæ communem cum ipſis cauſam fecerit, Univerſitatem Pariſinam. Sancitum eſſe a. 1551, & a Regni ſtatibus Bleſis a. 1580. confirmatum, ne chirurgi ullum candidatum reciperent, niſi præſente medici ordinis Decano. Anno 1724. edicto regio confirmatum eſſe annuum tributum a chirurgis ordini medico depenſum, & jurisjurandi præſtationem, quæ omnia nunc medicis eripiantur. Ex tonſoribus, non ex illis litteratis chirurgis, primos in arte magiſtros eſſe delectos. Cerimonias chirurgorum a STEPHANO PASQUIER pro mimo haberi. Chirurgos togatos diſcipulos facultatis medicæ fuiſſe, ipſis confitentibus. Anno adhuc 1721. Decanum ordinis medici receptioni candidatorum adfuiſſe, & vota chirurgorum reddidiſſe irrita. Sic ſenatus auctoritate 4. Sept. 1743. chirurgorum electio irrita redditur, ut medicos jubeantur ad explorandum invitare.

Sommaire pour la faculté de medecine de Paris contre les chirurgiens de la même ville pour ſervir de refutation aux fables avancées dans leur Memoire intitulé Précis ib. 1743. fol.

Reflexions ſur la declaration du Roi du 23. *Avril* 1743. 8. Pro medicorum

 juribus:

juribus: multa mala redundare ex chirurgis litteratis, neque manu curandi artem exercentibus.

Obſervations ſur un écrit intitulé Reflexions ſur la declaration du Roi &c. Paris 1743. 4. * *avec une replique aux reponſes des Medecins.* Chirurgorum apologia pro ſui ordinis a tonſoribus ſeparatione. Falſo hic adfirmant, PAREUM & THEODORICUM de HERY fuiſſe de chirurgorum togatorum grege.

EJ. *l. ſeconde édition avec une replique aux reponſes des Medecins* ib. 1743. 4. PORT.

Notes ſur les Reflexions ib. 1743. 8. *. Chirurgos literatos, HEVINUM, QUESNAI aliosque neminem habere, qui ipſis ſe committat, artemque a ſolis illiteratis hominibus exerceri. Fr. de la PEYRONIE maximum lucrum ex licentia conficere, quam tot hominibus vendat. Tribuunt PROCOPIO.

Nouvelles reflexions ſur la declaration du Roi 1743. *concernant la communauté des MM. Chirurgiens Jurés de Paris* ib. 1743. 8. Tribuunt LUDOVICO de SANTEUIL. PORTAL.

Lettres & reflexions ſur la qualité de Maitre és arts nouvellement exigée pour être chirurgien de S. Côme ib. 1743. 8. Tribuunt LUDOVICO de SANTEUIL.

Memoire pour la faculté de medecine de Paris, contre l'auteur des obſervations ib. 1743. 12. *. Ordinem medicum chirurgos togatos tamquam matrem reſipiſcentes filios in ſuum ſinum recepiſſe a. 1596. Nunquam ordinem medicum chirurgos habuiſſe niſi pro ſuis diſcipulis.

Requete au Roi. F. de la PEYRONIE *& le corps des chirurgiens de Paris repreſentent &c. avec l'extrait des regiſtres du Conſeil qui portent. Vu le preſent memoire & les ſtatuts* ib. 1743. 4. PORT.

Idem *extrait* ſeorſim ib. 1743. 4. PORT.

Lettres d'Octroi du Roi aux chirurgiens de Paris de ſemblables privileges que les ſuppots Regents & Docteurs de l'Univerſité de Paris du mois de Janvier 1544. *enregiſtrées le* 11. *Sept.* 1611. *confirmées en Parlement le* 12. *Septembre* 1644. Recuſ. 1743. 4. PORTAL.

Statuts privileges & Reglemens du college de chirurgie de la ville de Paris Paris 1743. 4. PORT.

Recueil de pieces & memoires pour les MM. és arts & ſcience de Chirurgie contre la faculté de medecine concernant la declaration du Roi du 25. *Avril* 1743. Paris 1750. novus titulus.

Lettres d'un medecin de Paris à un medecin de province ſur la place de medecin conſultant occupée par M. de la PEYRONIE ib. 1743, ut videtur 8. *. nam annus omittitur.

omittitur. In SYLVÆ locum ſucceſſiſſe præter conſuetudinem & leges. CAROLUM GUILLEMEAU verum fuiſſe medicum, Pariſiis poſt ſolita pericula admiſſum.

Le medecin & le chirurgien contens, actions de graces à Themis à l'occaſion de l'arrêt de la cour du 4. Sept. 1743. 8.

Le Medecin avocat malgré lui Paris 1743. 8. PORT.

Entretiens familiers de deux garçons apoticaires ſur la Medecine généralement priſe ib. 1743. 12. PORT.

Lettre d'un garçon barbier à l'abbé des Fontaines, au ſujet de la maitriſe ès arts ib. 1743. 8. Eſſe de BARBEU du BOURG.

Themis & le malade pour la ſubordination dans la medecine ib. 1743. 8.

Le Spectre aparition premiere chirurgi.

LAURENT FERRET *des moyens de former de parfaits chirurgiens* ib. 1743. 4.* Contra MORANDI *diſcours dans lequel on prouve qu'il eſt neceſſaire au chirurgien d'être letré* ib. 1743. 4. Frigere chirurgos theoreticos, neque eam artem a litteris adjuvari.

§. DCLXXXII. JULIANUS OFRAI vulgo la METTRIE.

Ex fano S. MACLOVII, celebris per ipſam ſuam impietatem atheus.

EJUS *obſervations de medecine pratique* Paris 1743. 12. *. Curationes breviter narratæ. Inter eas chirurgici argumenti variæ. Gangræna ſpontanea graviſſima curata. Fiſtula ani ex lue venerea nata. Urinæ per nates effluxus lacteo victu & aptis medicamentis compreſſus. Hernia, de qua vermes per gangrænoſum inteſtinum prodierunt, felici eventu. Alia, in qua pars inteſtini ablata, reliquum repoſitum facillime convaluit. Hernia umbilicalis inſtar ſacci, inteſtinum corruptum, apertum, malum diu toleratum. Abſceſſus hepatis aliqui ſanati, funeſti alii, etiam facta inciſione, deleto ſenſim hepate. Apparatus parvus feliciſſimus. Ex ictu mors, nulla parte calvariæ fracta, ſuturis hiantibus. Cancer penis infeliciter mercurio ſublimato tentatus, meliori arte ſanatus.

EJ. *ouvrage de Penelope, ou Machiavel en medecine par Aletheius Demetrius.* T. I. Berlin. 1748. *. T. II. 1748. 8. *. T. III. 1749. 8 *. Acerba in medicos Pariſinos ſatyra, ſolo excepto PETRO SENAC. Chirurgos male privilegia medicorum ſibi adrogare: medicum melius educatum, doctiorem, melius utriusque artis limites inturbatos ſervare.

EJ. *œuvres de medecine dediées au Roi* Berlin 1751. 4. *. Redeunt hic JULIANI obſervationes, & vita additur.

§. DCLXXXIII. Varii.

Thomæ Schwenke, *hæmatologia*, ſ. *ſanguinis hiſtoria, accedit obſ. anatomica de acetabuli ligamento interno caput femoris firmante* Haag 1743. 8. * Abſque malo eventu venam jugularem exſtirpatam fuiſſe. Femur de acetabulo luxari, rupta parte capſulæ, & ligamento terete. Claudicatio ab intumeſcente ejus ligamenti celluloſa tela: ex ejusmodi cauſa etiam ancyloſin naſci.

Idem *in verh. der holl. Maatſchappy* T. I. de callo oſſium. Fracto animalis oſſe primum ſanguis effuſus adparet, deinde tela celluloſa, demum integrum perioſteum, quod fragmenta oſſis conjungit.

Ibid. T. II. fuſe de auxiliis, quibus hæmorrhagiæ ſuperantur. Sola preſſione magnarum arteriarum vulnera & demum amputationes curatæ. Porro ſpongia levi vitrioli ſolutione intincta hæmorrhagia naris conpreſſa. Deinde ſpongiæ vim cum efficacia agarici conparat. Spongia, cujus pori majores ſint, multo celerius aquam inbibit. Agaricus leviora vulnera brevi tempore ſanat, vix tamen ſperat Cl. Schwenke, majoris arteriæ vulneri ſuffecturum, etiam minus in robuſtiore homine.

Idem in T. IV. herniam ab aere vehementiſſime diſtentam, inteſtino perforato repoſuit.

In T. V. de elaſtro quadricrure, quo uterus prolapſus & reſtitutus retinetur.

T. VIII. P. I. de coſtæ fragmento 22 menſe de pulmone exſcreato.

T. X. P. II. ex relatione Dachsii, de hydrophobia ex abuſu liquorum ſpirituoſorum, non tamen diuturna.

Ej. *Schetz van de heelmiddelen en haarruytwe king* Haag 1745. 8.

Pauli Wilhelm Schmidt, medici Gedanenſis, *hiſtoria medica hydropis ſubſidiis internis & paracenteſi plusquam quadrageſies inſtituta ſemel curati; ſed elapſo anno & ultra recidivam paſſi, & tandem exſtincti* Gedan. 1743. 4. *. Titulus ſufficit.

Franciscus Bevilacqua, chirurgus & pharmacopola Patavinus, edidit Venet. 1743. 8. *trattato nuovo de cancri, in cui ſi diſcorre degli ſcirrhi, carcinomi, polypi, ſcrofule, fiſtole ed altri tumori pertinaci in ogni parte del corpo umano.* Additur libellum ex Anglico ſermone converſum eſſe, & adjici cognitionem ſpecifici, quo hos morbos ipſe curet, Mazuchell.

Caroli Josephi de Beukis & Löwenfels *apologia pro arte ſympathetica* 1743. 4. Proprium venditat medicamentum.

Thomæ Rieger *introductio in notitiam rerum naturalium & arte factarum, quarum in medicina uſus eſt* Leid. 1743. 4. 2. vol. *. Continet etiam materiam remediorum chirurgicorum.

In *comm. ad aphoriſmos* Hipp. chirurgica tangit.

In J. Jacob Schmidt's *bibliſchem medico* Zullichau 1743. 8.* aliqua huc faciunt.

Caietan

CAIETAN, ARMILLEI *conſulti medici di vari profeſſori* Venet. T. I. 1743. 4. T. II. 1745. T. III. Continet etiam chirurgica.

Recueil d'experiences & obſervations ſur la pierre, & en particulier ſur les remedes de Mle. Stephens. Te. ſecond. Paris 1743. 12. * DAVIDIS HARTLEY ſupplementum, JACOBI KIRKPATRIK libellus, STEPHANI HALES experimenta. Epiſtolæ aliquæ ad eamdem cauſam facientes MORANDI, HARTLEYI, EDMUNDI NOURSE. Hæc ex Phil. Tranſ.

J. CASPAR SOMMER *vom grauen Staar und glaucoma* Berlin 1743. 4. BRISSÆI liber.

Præmium in reſolutiva medicamenta a. 1743. ab Academia Chirurgica Pariſina propoſitum diviſum eſt. PONTIER, dum medicamenta eo pertinentia recenſet, phytolaccam acerrimam habet pro narcotica; & camphoram opio adgregat. .... Ita HUGON junior Lugdunenſis inter diluentia valida cicutam, & lolium inter valida reſolventia recenſet, cirſium, lycoperdum & flores rubi Idæi inter debiliora, Arum inter carminativa valida, daucum inter lenia, aſam fætidam, inter reſolventia ceruſſam & lithargyrium. Tertia diſſ. MOPILLIER filii ad præmium acceſſit.

CHARLES PERRY, medici *view of the levant* London 1743. fol. *. Varia ad ſtatum chirurgiæ in oriente. In Ægypto abdomen aperiunt, inteſtinum retrahunt, vulnus conſuunt. Calculos de urethra flatus ope educunt.

§. DCLXXXIV. DISPUTATIONES.

NICOLAS HERZOG *de generatione puris* Baſil. 1743. 4. *.

J. ULR. KAUFF *de hæmorrhagia vulnerum* ib. 1743. 4. *.

J. JAC. BERENDS *de diæta vulneratorum* Greifswald. 1743. 4.

CHRISTIAN POLYCARPI LEPORINI *de partu difficili* Gotting. 1743. 4. Præſide ILL. SEGNERO.

GEORG. CHRISTOPH PAPPELBAUM *de febre maligna per gangrænam pedis dextri in regione malleoli externi critice ſoluta* ib. 1743. 4. * & in *ſelectis pract.* ſub meo præſidio.

CHRISTIAN GEORG JUST v. LUBKEN *de purpura retrograda per veſicatorii ulcus ſoluta* ib. 1743. 4. *.

J. CAROLI VOIGT *de capite infantis abrupto variiſque illud ex utero extrahendi modis* Gieſſæ 1743. 4. * & in *meis ſelectis.* Negat unquam oſſa pubis a nitente capite fetus diduci. Cauſas exponit, cur a corpore fetus caput avellatur: inſtrumenta dat depicta, quibus educatur, præfert acum triquetram, ſerram, &

& cochlear FRIEDIANUM, tum Clar. SCHURERI inſtrumentum; monet ne facile ad ea extrema auxilia deſcendatur. Non probat faſciam HORNII, neque rete AMANDI & HÆNELII, neque forcipem FRIEDII; neque cultellum curvum PETERMANNI. Si omnino caput educi non poteſt, poſſe aliquando in utero relinqui. Germanice in WALBAUMII editione LEVRETI.

EJ. *de iis, quæ in membrorum amputatione obſervanda ſunt* Gieſſ. 1761. 4. *.

EJ. *de abſceſſu lapillos quosdam continente* ib, 1762. 4. *.

LEBR. DAN. CHRISTOPH MITTELHÄUSER *de nodis articulorum & incurvatione oſſium rachitica* Jen. 1743. 4.

LUD. HENR. LEO HILCHEN *de vulnerum in inteſtinis lethalitate* Gieſſæ 1743. 4. *.

EJ. & F. C. RAINER *de vulneribus cranii* ib. 1748. 4. *.

ANDREÆ WESTPHAL, & noſtri WILLICHII, *de vulnere inteſtini coli feliciter conſolidato* Greifswalde 1743. 4. *.

EJ. *curationum morborum internorum, quæ a chirurgis ſuſcipiuntur a magiſtratu non eſſe tolerandas* ib. 1747. 4. *.

EJ. ut lego, *de curatione morborum vel vulnerum ſympathetica* ib. 1756. 4.

EJ. diſp. *de nephrotomia* ib. 1766. 4.

EJ. in *E. N. C. Vol.* VIII. *obſ. 66.* oculi inflammatio & prominentia ex difficili dentium ocularium eruptione nata.

J. HENSELER *hiſtoria brachii prætumidi* Altdorf 1743. 4. * & in *meis ſelectis.* Brachii œdematoſi de quo acre ſerum ſtillavit hiſtoria & inciſio.

NIEROP *de libera urinæ excretione* Leid. 1743. 4. de calculo egit.

J. BENJAMIN de FISCHER *de modo quo oſſa ſe vicinis accommodant partibus* ib. 1743. 4. * præſide GAUBIO. Articulationem vitio natam deſcribit.

CORN. ENG. RUPERT *de partu laborioſo, ſ. difficili & præternaturali* ib. 1743. 4.

JOS. ONYMOS *de naturali fetus in utero materno ſitu* ib. 1743. 4. * & in *meis ſelectis.* Hactenus huc facit, quod fetus in omni graviditatis ſtadio caput ori uteri offerri docuerit.

J. JAC. OSTENS *de carie oſſium* ib. 1743. 4. PL.

BENI LIEBERKUHN *de nephritide* ib. 1743. 4. PL.

J. FRANC. COUTHIER & LUD. REN. MARTEAU *E. unum e præcipuis ſymptomatibus in operationibus chirurgicis mitigandum dolor* Paris 1743. 4. HEFTER, nam in catalogo non reperitur quem facultas edidit.

JOSEPH ANT. SCRINCI & WENCESLAUS ALEXANDER BUTA *de oſſium inflammatione* Prag 1743. 4. *.

§. DCLXXXV.

§. DCLXXXV. Guilielmus Hunter.

Celebris inciſor, in *Phil. Tranſ.* n. 468. agit de vitiis cartilaginum, quæ articulationes terminant.

Ibid. accurate deſcribit anevryſma trunci aortæ: & ea occaſione diſtinguit anevrysmata vera, ſpuria & miſta. Utique vera dari, ex mera membranarum dilatatione nata. Mirus caſus ſanguinis ex arteria inciſa in venam tranſeuntis. Nervum ab anevryſmatica arteria facile ſeparari, brachio flexo & arteria ſtylo elevata. Ab anevryſmate arcus aortæ fractæ coſtæ & demum corporis tegumenta eventu funeſto.

In *hiſt de l'Acad.* 1756. de fetu per 27. menſes geſtato, demum per ſectionem cæſaream educto.

In *hiſt. de l'Acad. des ſc.* alibi de calculo prægrandi equino circa lignum nato agit.

In *medical commentaries* P. I. London 1762. 4. maj. * refert de J. Ranby experimento, qui ſibi ipſi tendinem flexoris pollicis reſecuit, neque dolorem ſenſit: articulationum tamen vulnera metuit. Incipit de herniæ congenitæ natura dicere, deque oſtio peritonæi per quod elabitur.

In *ſupplement to the commentaries* London 1764. 4. * fuſius agit de herniis, in quibus teſtis & inteſtina in eodem ſacco fuerunt, quas ego dixi congenitas.

In *medical obſerv. and inquiries by a ſociet. of phyſicians* T. II. London 1762. 8. *, primum de emphyſemate ex lapſu, in quo inciſione neceſſe fuit ſtrangulationi obſiſtere.

In hydrope parcis ſed profundis vulnuſculis cutem debere incidi. De puris origine.

Id. de ſeceſſu oſſium pubis in partu non difficillimo.

Id. de anevryſmate in quo arteria in venam aperiebatur.

Id. de tibiæ particulà amiſſa & reparata.

§. DCLXXXVI. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 468. Anton. Leprotti de maximo calculo a femina egeſto.

N. 470. Sylvanus Bevan de oſſibus feminæ ſponte emollitis.

N. 471. Henricus Banyer de aſcite paracenteſi ſanato.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1743. de pure ex vulnere & lapſu intra cranium nato, hoc erodente.

Herissant de labio leporino, amiſſis etiam oſſibus turbinatis inferioribus.

Aliquot in *hiſt. de l'Acad.* 1743. hic exempla reperias ſectionis lateralis a variis, etiam le CATIO & D. VACHER feliciter adminiſtratæ.

In *Comm. Lit. Noribergenſi* 1743. h. 31, 32. aliqua de medicamento Stephaniano, & SEYLERI teſtimonium de ejus felici in perſona illuſtriſſima uſu.

In T. II. *Selectorum Francofurtenſium* aliqua de neceſſaria inciſione ad definiendum de vulneris ad mortem inferendam potentia.

Sigillatim de nonnullis vulneribus quæritur, num mortem neceſſario intulerint.

In T. III. HARNISCH de cubito a fortiori brachii preſſione luxato.

Hoc anno *Academia Regia Chirurgorum* a. 1731. inſtituta primum ſuorum Memoires volumen edidit, Paris 1743. 4. * & 12. 3. vol. *. Germanice Altenburg 1755. &c.

In eo præter diſſertationes alibi recenſitas, continetur PETITI (J. LUDOVICI f.) de ſanguine in abdomen effuſo, factis inciſionibus emiſſo.

DU FOUART de præmagno tumore femoris ex gelatina extra vaſa effuſa nato, cum nonnullis experimentis, ad declarandam hujus tumoris naturam facientibus.

FAGET ſenior de abſceſſibus ani. Inteſtinum quoties denudatum, fuerit jubet incidere, quod conſilium fuerat SAVIARDI.

EJ. de mammæ cancroſo tumore.

In *Journ. de Medecine* 1756. de agarico Broſſardiano agit. In ægro, qui equidem periit, arteria conſtricta erat, & in ea grumus quatuor uncias longus.

HOUSTET magna collectio de calculis in veſicæ cyſtide latentibus.

ID. in *Mem. de Chir.* T. III. de variis exoſtoſios generibus, inter ea novo, ut putat, genere quod ſit oſſis dilatatio & extenuatio.

ID. in *Mem. de Chir.* T. IV. de paralyſi venerea, in qua neque urina retinebatur, neque alia excrementa. Malum utrumque mercuriali inunctione remotum eſt.

HEVIN in T. I. maxima collectio de corporibus peregrinis in aſperam arteriam illapſis, aut in gula hærentibus deque modo, quo ea educi eſt allaboratum.

In T. III. de nephrotome eruditus tractatus. Non putat hominem cum venia LUDOVICI XI. chirurgis traditum lithotomiam paſſum eſſe, & rem ad apparatum altum potius refert. De nephrotome in univerſum dubitat, abſceſſum tamen jubet aperire, neque calculum educere vetat, & exemplum addit feliciter educti. Sanum renem non vult incidi.

In *Mem. de Chir.* T. IV. de calculis. PRAXAGORÆ conſilium ſequitur, abdomen aperit, nodumque ſolvit, aut inteſtinum ſuſceptum educit.

FRANÇOIS SIMON pro ſectione Cæſarea. Exempla feliciter adminiſtratæ collegit.

legit. In T. II. horum commentariorum quæſivit de caſibus, qui hoc auxilium poſcant, peranguſta nempe pelvi & partu ventrali.

Ejusd. *collection de différentes pieces concernant la chirurgie, l'anatomie & la medecine pratique, extraites principalement des ouvrages étrangers* Paris T. I. 1761. 12. *. T. II. 1761. 12. *. T. III. 1762. 12. *. Magna pars operis ex Germanorum Academicis libellis ſumta, alia ex Anglis; ſubinde etiam integræ fere diſſertationes, ut Ruth de infanticidio, Hasenoerl de abortu.

Ej. diſp. reſpondente Jacobo Nicolai Acrachart *de vero ſuturarum uſu* Paris 1764. 4. *.

Ej. & Petri Lassus *de morbis linguæ* ib. 1765. 4. *.

Petrus Foubert *Mem. de Chir.* T. I. de novo calculum de veſica excidendi artificio. Longa acu triquetra veſicam conpungit, ſuper crenam ejus acus veſicam late dividit; ea omnia dilucide exponit. Res ipſa non invenit plaudentes chirurgos, etſi catheteris aufert neceſſitatem, & veſicam ipſam aperit. Objectum eſt, diſſecari ligamentum interoſſeum, aberrari a veſica Gunz.

Idem in abſceſſu pulmonis pleuram vellet incidere.

In T. II. Ejus collectionis agit de varietate anevryſmatis ſpurii, de laminis ex conpacto ſanguine natis, quarum exteriores firmiores ſint: de preſſione qua vulnera arteriarum recentia curantur. Felices aliquæ curationes.

T. III. non debere inteſtinum rectum nimis liberaliter ob abſceſſus incidi, qui putentur id inteſtinum denudaſſe. Ea crudelitate nihil eſſe opus, cum ejusmodi abſceſſus facile abſque ea ſanentur, per exempla.

De Launai (non idem ut puto, de quo p. 501.) bracheria elaſtica depicta dat.

§. DCLXXXVII. Nicolaus Puzos.

Celebris chirurgus obſtetricius.

Ejus in *Mem. de Chir.* T. I. eſt diſſ. de partu in hæmorrhagia uteri non quidem adcelerando, ſed naturali juvando.

Ejusd. eſt *traité des accouchemens corrigé & publié par* Morisot *des* Landes Paris 1759. 4. *; a morte auctoris editum opus, quod auctor diſcipulo ſuo Gervaise reliquerat; editor autem ordinem & ſtylum emendavit, & D. Gervaise ſolam eam partem ſcripſit, quæ agit de partu naturali.

In præfatione editor Morisotus oſtendit medicum, qui neque chirurgiam exerceat, neque obſtetriciam, bona tamen ad difficilem partum conſilia dare poſſe. De partu primo ipſe P. agit. Nimis amplam pelvim non carere ſuis incommodis, & in culpa eſſe, quando cum puero uterus evellatur. Si pelvis anguſtior fuerit, mallet noſter membranas non prius rumpi, quam certum ſit, poſt eas continuo caput ſecuturum. Rachiticas feminas vitioſo fetus ſitui eſſe obnoxias.

Os ſacrum ipſis antrorſum prominere. Anaſarcam labiorum vulvæ inciſione curat. Facile debilem feminam parere, robuſtam difficulter (hoc certe præter experientiam). De tactu oris uteri fuſe. De aquis ſpuriis uterum inter collectis & placentam, innoxis elabentibus. Debiles ſi fuerint dolores, digitum in uteri orificium dandum, & ſubinde aliquantum aquæ emittendum, ita ſecuturos dolores. Forcipis uſum brevibus verbis commendat. In femina bene nata non nocet occiput oſſi ſacro obverſum, in male formata mortem poteſt inferre. Perinæum laceratum ſolo ſitu & adductis femoribus curat. Veſica urinaria laceratur, collo inter caput fetus & pubis os conpreſſo: id malum fere inſanabile eſt, fungique facile, cumque iis conjuncti calculi, ſuperveniunt. Non probat manum poſt fetum editum in uterum datam, qua ejus organi cavum evacuetur. Plerumque a natura placentam expelli, neque exiguam particulam retentam multum nocere. Uterum inter & placentam quaſi calcem effuſam vidit. Nihil periculoſius hæmorrhagia. Unico pede adrepto fetum extrahit. Partus præternaturales. Brachium nimis tumidum tamen amputat. De morbis uteri. Prolapſus. Uteri fungos ligat, reliquias ſperat a ſuppuratione conſumtum iri. De periculoſa ſeptimi menſis hæmorrhagia (in *Mem. de Chirurgie*) in velociori partu etiam magis periculoſa. Irritandum ſubinde uterum ut ſe contrahat, vaſa claudat, id digito oſtium uteri dilatante obtinet. De apoſtemate ſ. metaſtaſi lactea, novo morbo, ex quo frequenter oedema femoris & cruris naſcitur.

Adpendicis loco adjecta eſt diſſ. CRANZII de utero rupto.

§. DCLXXXVIII. JOACHIM FRID. HENKEL.

Chirurgus militaris, & ejus artis profeſſor Berolinenſis, atque M. D. qui in Gallia inque Germanicis Academiis prima artis principia edoctus, eam in urbe principe exercuit, multamque cum ea exercitatione bonorum librorum lectionem conjunxit.

EJUS diſp. *de cataracta cryſtallina vera*, præſide J. F. CARTHEUSER Francof. Viadr. 1744. 4. * & in *ſelectis meis.* FERRENII (ſ. PETITI) adminiſtrationem deſcribit, qua capſula cryſtallinæ lentis poſterius aperitur, in oculis humanis a ſe ipſo repetitam. Nihil valde millepedibus tribuit. Cataractam ex capſula opacata naſci.

EJ. *erſte Samlung mediciniſcher und chirurgiſcher Anmerkungen* Berlin 1747. 4.* Pleraque ad chirurgiam pertinent. De callo, a morte inſpecto, reticulari, cavo, medulla pleno. In fractura olecrani brachium extenſum tenendum. Luxatio claviculæ a ſterno depulſæ ægre ſtyptico emplaſtro curata. Inteſtinum a conſtricto ſacco ſtrangulatum, ad quem adhæſerat, idque aliquoties.

Zweyte Samlung ib. 1747. 4. *. Mors ſubita ex rupto aortæ anevryſmate. Os temporum feliciter terebratum. Tres vertebræ fractæ, ut tamen, qui id malum paſſus erat, ambularet: hæc BUTTNERI eſt adnotatio. Partus difficilis

lis hydrocephali, unco expeditus, & aperto capite. Aliquæ emendationes ad ſuam de cataracta diſſertationem, & depoſitæ ab A. VOLKERS & VOGELIO lentis opacæ hiſtoriæ. Cataracta membranacea vera eſt opacitas in capſulæ lentis cryſtallinæ ſede auteriori, ægre ſanabilis; aliaque ſpecies ejus mali, ſi poſterior pars opaca fuerit. Cataracta miſta, ex membranacea & ex vera conpoſita. Membranacea ſpuria fit a membrana præter naturam orta, qualem noſter vidit, quæ duas pupillæ tertias partes clauſerat: ſi integre clauſiſſet, acu perforare oportet, & proprio inſtrumento pupillam aperire, (membrana pupillaris, ut puto, congenita & ſuperſtes.

Cum interim noſter in libello *Sendſchreiben eines alten Arztes* Berlin 1747. 4. * accuſaretur, infidam ab HENKELIO morborum quorumdam hiſtoriam narrari, defendit ſe in præfatione hujus voluminis. Eædem accuſationes repetuntur in *Antwortſchreiben eines Liebhabers der Wahrheit* Berlin 1747. 4. Satis aſpera omnia.

Dritte Samlung ib. 1748. 4. *. Fractus calcaneus, tendo Achillis ſurſum revulſus, ſolo apto ſitu reconciliatus. De cartilagine mobili in articulo genu. Calculus ad CHESELDENII morem veterumque ex urethra exciſus a VOGELIO, deque nuperis calculi educendi artificiis. De diro ſphacelo, qui ex interna cauſa oritur. Difficilis partus, a tumore oſſis ſacri, & lumborum vertebris valde eminentibus.

Vierte Samlung ib. 1749. 4 *. Contra C. AUGUSTUM v. BERGEN anatomica aliqua ad cataractæ naturam pertinentia, quam in capſula lentis noſter ponit. Adnotationes in ejusd. ILL. v. BERGEN de eadem re diſputationem. De fracturis: poſt femoris fracturam bene curatam tamen inſanabilis paralyſis. Callus perpetuo mollis. De faſciis capitis aliqua. Spina bifida abſque collecta aqua. Magna pars oſſis frontis ob venereum malum remota.

EJ. *fünfte Samlung* ib. 1750. 4. *. In puella epiphyſis humeri deceſſit. Anevryſma feliciter ſuperatum: hernia umbilicalis in hydropica femina funeſta. Abſceſſus verminoſus in poſteriori parte narium. Lens cryſtallina ejusque capſula opaca, pupillaque clauſa. Lens opaca, quæ in anteriorem cameram oculi tranſiit. De faſcia capitata. Cartilagines in genu mobiles. De curatione infeliciori cum D. MARGGRAF eriſtica aliqua.

Sechſte Samlung ib. 1751. 4. *. Calcaria concrementa in diverſorum tendinum pedis vaginis. Iterum de faſciis. Rara fractura proceſſus coracoidei ſcapulæ. Luxatio femoris, ex crepitatione inter reponendum adgnita. Funeſta fractura ſub orbita. Fuſe de hernia.

Hic collectio ſex voluminum conjuncta prodiit.

Siebente Samlung ib. 1760. 4. *. Placenta bis adeo arcte adhæſit, ut neque ſolvi poſſet, neque puerpera morti eripi. Alias noſter os uteri incidit, a neceſſitate coactus, felici tamen eventu. Pro periculoſo partu etiam eum habet, in quo

 fetus

fetus duplicatus prodit. Funeſtæ ſanguinis jacturæ a placenta prope uteri oſtium adhærente. Fungus in urethra virili. Ex prolapſu vaginæ aqua abdominalis cathetere educta. In hydrocele teſtis induratio præcipitato argento vivo ſuperata. Vulnera tendinum abſque ſenſu & periculo. Emphyſema ſacci lacrumalis conpreſſione ſublatum. Iterum, duos dentes utique confuſa parte vitrea conferbuiſſe. Bis amiſſa pars non exigua maxillæ inferioris feliciter a natura reparata. Aliquæ apologiæ & adnotationes ad priores ſex collectiones.

Achte Samlung Berlin 1763. 4. *. Duo exempla ſpinæ bifidæ funeſtæ. De fiſtula lacrumali: tubulus aureus alias feliciter in ductum naſalem datus, alias abſque fructu. Curatio vulneris ductus Stenoniani ope fiſtulæ per artem natæ. Glandula inguinalis feliciter exciſa; funeſtus ani prolapſus, inverſi uteri. Aliqua contra luxationem maxillæ inferioris, quæ retrorſum dicitur elapſa fuiſſe. Elapſi, inverſi, ulceroſi inteſtini craſſi felix certe curatio. Utique ad effuſum ſub calvaria ſanguinem utiliter calvaria terebraretur, ſi locum teneremus, in quo is ſanguis effuſus eſt.

EJ. *Anmerkungen vieler natürlichen Geburten zur Verbeſſerung der Hebammenkunſt* ib. 1751. 4. *. Aliquot exempla funeſti eventus, cum noſter omnia ex artis præſcripto feciſſet.

EJ. *Anweiſung zum verbeſſerten chirurgiſchen verbande* ib. 1756. 8. *. Commodum compendium de faſciis deque turundis plumaceolis & emplaſtris. In BASSI compendium commentatur; id cum optimis nuperorum ſcriptis conparat, icones emendat, nova aliqua adnotata addit. Non probat SHARPIUM, qui faſciarum artificium ſpernit. WINSLOWI faſcia, qua caput victum tenetur. MONROI deligatio poſt paracenteſin & eductam aquam. Ipſe emendavit teſtudinem ad fracturam olecrani inventam. Vinculum pro luxata clavicula: pro fracto calcaneo. Dolabra ad luxatam ulnam; bracheria, alia.

EJ. *Abhandlung von Beinbrüchen und Verrenkungen* ib. 1759. 8. *. Inventa nuperorum chirurgorum cum ſuis adnotationibus conjungit. Fractura ſimplex maxillæ inferioris facile curatur. Non poſſe omni in caſu ſerrati ope muſculi aut grallarum coſtas introrſum preſſas revocari. Callum utique poſſe molleſcere. Fractæ in tranſverſum rotulæ fines irreconciliabiles manſerunt. MAHLERI vectis ferreus, in quo cochlea eſt, quæ luxatum brachium extendit, dum obtuſus finis in ala renititur. Cui os frontis duabus fiſſuris diviſum ſit. Radii & a cubito & ab humero diaſtaſis; ejusdem ſubluxatio introrſum facta. Caput femoris ruptum, cum acetabulo connatum. Os tali antrorſum luxatum difficulter reconciliabile.

EJ. *Abhandlung von der Geburtshülfe* ib. 1761. 8. *. Libera verſio compendii Cl. ROEDERERI, ad quam paſſim ſua monita interſpergit. Utitur etiam codicibus FRIEDII manu ſcriptis.

EJ. *Abhandlung von der Würkung der äuſſerlichen Arzneyen* ib. 1761. 8. * & *Anhang* 1765. 8. *. Paſſim nimias laudes moderatur, in quibus plerique ſcriptores

ſcriptores prodigi ſunt. Appendix ex analyſi materiæ medicæ LUDOLFIANÆ, exque excerptis diſputationum inauguralium conſtat. Cicuta in ſcirrhis atque cancris nullo effectu uſus eſt &c.

EJ. *neue mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen* ib. 1769. 8. *. Spina bifida cum hydrocephalo conjuncta. Hic & alibi D. KRUNIZ ſimilis argumenti adnotationes collegit. Anus imperforatus feliciter apertus. Ex rupto in pectore anevryſmate mors ſubita. Fuſe & critice de curatione lacrumalis fiſtulæ, & ſetaceo per nares trajecto. Incidit noſter conjunctivam tunicam, verſus angulum minorem dilatat, ductum naſalem aperit. Mors a paracenteſi per gangrænam. Caries maxillæ inferioris curata, & reparata particula. Placenta ſupra os uteri adhærens. Uterus prolapſus & ulceratus ſanatus &c.

Zweyte Samlung ib. 1772. 8. Lapilli per fraudem in vaginam dati. Caries inſignis in utraque maxilla ſublata. Tumor ſolani tuberoſi ſimilis de digito. Calvariæ maximæ fracturæ. Inteſtinum rectum cæcum fruſtra ferro tentatum. Setaceo per ſaccum trajecto ſanata fiſtula lacrumalis. Sectio cæſarea, cum vulnus uteri convaleſceret, per eruptionem inteſtinorum funeſta. Exoſtoſis poſt fracturam colli femoris. Hernia gangrænoſa funeſta. Tres in eodem corpore hydrocelæ. Oſſa & cartilagines in genu corruptæ. Ligamenta cartilaginoſa. Sanguine a luxatione circa medullam ſpinalem effuſo mors. A vulnere brachii ſpaſmus cynicus. Colli femoris fracti aliquot exempla. Cancer uteri Berolini frequens. Patella confirmata, in transverſum fracta erat. Luxatio femoris ab auctore repoſita: ejusdem oſſis fracturæ obliquæ.

EJ. *Abhandlung der chirurgiſchen Operationen, erſtes Stück, vom grauen Staar* ib. 1770. 8. *. Nuperorum de cataracta curanda conſilia proponit, & præcepta GUNZIANA ſuis adnotationibus illuſtrat. FERRENIUM ſequitur, & oblique per latus & poſterius capſulam dividit, acu introrſum & deorſum ducta. Retinam neceſſario perforari. Exemplum lentis cryſtallinæ in oculo bubulo loco motæ. LOBSTENII ſcalpellus ad dividendam corneam tunicam. Non contemnit TAYLORUM.

EJ. *Abh. der chir. Oper. zweytes Stück von der Thränenfiſtel und Durchbohrung der Knochen* ib. 1771. 8. *. Ad ductum HEISTERI, quem tamen ſæpiſſime refutat. Non potuit noſter per ductum lacrumalem inferiorem liquorem impellere. ANELLI artificia parum proficere. Ductum naſalem argenteo ſtylo nonnunquam aperiri poſſe; alias tamen noſter chordam, etiam turundam, traducit, ad PETITI conſilia. WOOLHOUSIUM perforationem oſſis unguis inveniſſe, ea nihil eſſe opus. In C. de S. YVES. De inſtrumento militis invalidi POPE', ad extrahendam lentem cryſtallinam. De trepano ad nutum GERARDI V. SWIETEN. Fungos cerebri parvos medicamentis ſiccat, magnos ligat.

EJ. *drittes Stück von Steinſchneiden, Maſtdarm Fiſtel, Phimoſi, Paraphimoſi, cancro & ſphacelo u. ſ. f.* ib. 1771. 8. *. Compendium, ut ſolet, nuperrimorum ſcriptorum cum ſua epicriſi. HEISTERUM paſſim corrigit. Quo magis in

calculi

calculi ſectione horizonti parallelus eſt æger, eo profundius catheter ſubit. De calculo in femore ad exteriora vaſti externi. De perforatione urethræ *la boutoniere*. De fiſtula ani, in qua RUNGII inſtrumenta laudat & delineat. Eas fiſtulas vix putat callo eſſe obnoxias. Nupera ad lithotomiam inſtrumenta CLAUDII POUTEAU.

Viertes Stück von Brüchen Berlin 1772. 8. *. Ad GUNZII ordinem. Emollientia fomenta improbat. Saccum hernialem poſſe ſiderari, neque inteſtinum infectum eſſe. Non male, quoties hernia non adhæſit, WINSLOVIUM proſtrationem ſuaſiſſe. Vinculum ſacco injicere SENFII inventum eſſe. In recenti hernia difficillime ſaccum ſeparari, quin vaſa ſeminalia patiantur. Hernia ventralis congenita, in qua hepar continebatur, funeſta. In herniæ cruralis inciſione arteriam epigaſtricam lædi poſſe. Ut hernia in vagina adgnoſcatur. Anulus feminis humilior, minus obliquus eſt, & facilior repoſitio. Appendiculam vermis ſimilem in hernia fuiſſe. Eſſe ubi ſubito nata ſit hernia, & tamen ſacco contineatur. Et vaſa ſeminalia & epigaſtrica aliquando ſacco incubuiſſe.

T. V. Berlin 1773. 8. *. Suturæ. Gaſtroraphia. In vulneribus ad caveam abdominis penetrantibus turundis omnino opus eſſe; exemplo oſtendit, in quo pus in abdomine effuſum fuerat, quod educi potuiſſet, ſi vulnus turunda apertum fuiſſet. Diſtenta inteſtina non ſemper utiliter perforari. Loco acuum ad labium leporinum bacillos argenteos nodulo donatos inmittit. Pro ſutura tendinum. Anevryſma. Exemplum in ſubclavia ex ſubita inverſione colli

Tom. VI. 1774. *. Amputatio per ſingulos artus. Muſculos & cutem loro coriaceo reducit. Non probat duplicem inciſionem: opium propinat. Amputationem humeri ex articulo exciſi non bene ſucceſſiſſe. Polypi ligati & marceſcentis felix curatio. Boletum ex aſpera arteria excidit. Scirrhus glandularum late propagatus ab admoto ſpiritu vini præcalido.

In *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 10 ſcirrhus de inguine vinculo & ferro exſtirpatus.

Obſ. 11 uterus in partu inverſus, funeſtus, cum noſter eum non valeret reſtituere.

§. DCLXXXIX. LITES CHIRURGORUM CUM MEDICIS.

Recherches critiques & hiſtoriques ſur l'origine, ſur les divers états & ſur les progrès de la chirurgie en France Paris 1744. 4. *. & 12. 2. vol. *. Lego hunc librum tribui FRANCISCO QUESNAI. Cauſam certe chirurgorum contra medicos tanta contentione orat, ut fidem ei narrationi facile tribuas; tot tamen falſa, & manifeſto falſa veris miſcet, ut infra FRANCISCI famam ſit. De antiquis medicis-chirurgis Galliæ, vulgo *Mires*. LANFRANCUM, GUILIELMUM de SALICETO chirurgos facit, qui manifeſtiſſime Clerici fuerint, & Medici, ut LANFRANCUM ſuum ordinem a Laicis diſtincte ſeparet, qui chirurgi fuerint. Alios medicos-chi-

rurgos

rurgos noſter admittit, quorum caput facit JOHANNEM PITTARD, primum D. LUDOVICI & ejus filiorum chirurgum. Verum & iſte de medicorum ordine fuerit, ut ex toga adgnoſcas, ex Magiſtri titulo, qui etiamnum Doctoris habet ſignificationem, ex loco quem hi medici in Univerſitate tenuerunt, ex LANFRANCI medici phyſici certiſſima in eorum collegium adoptione, ex ſtudiis demum biennii in medicinam phyſicam ex lege impenſi. Qui tamen cælibatum ægrius ferebant, ii ſeorſim a medicorum collegio receſſerunt, & toga uſi, laicorum nomine diſtincti, aliquem in Univerſitate gradum tenuerunt, hactenus a tonſoribus diverſi. Paulatim tonſores a medicis eruditi, iisque ſubjecti, in artis exercitio prævaluerunt. Tunc etiam togati chirurgi, ne ab Univerſitate rejicerentur, medicorum ſe profeſſi ſunt diſcipulos, & apud eos litterarum ſtudium manſit, ut eo minus auctorem noſtrum probes, qui medicos-chirurgos & in univerſum literas contemnit. Inde a. 1613. chirurgi bene multi cum tonſoribus ſub auctoritate ordinis medici coaluerunt, eaque unio a ſenatu a. 1657. & 1672. & alias confirmata fuit, & etiam a. 1699. novæ conjunctorum chirurgorum leges ab ordine medico confirmatæ fuerunt. Verum anno demum 1743. Regia lege tonſores a chirurgis ſeparati, hi toga ornati, Univerſitati tanquam magiſtri adgregati, & paulatim medicis undique æquati fuerunt, ut ſuas haberent cathedras, ſuos honores, tantum & umbram quamdam veteris obſequii medicis debeant.

Adjectus eſt *index funereus chirurgi* de VAUX.

Medici aliqua æmulatione moti hinc quidem lege agere ceperunt, inde & ipſi majorem in chirurgia ornanda laborem ponere, ut etiam baccalaureos ſuos cogerent, operationes chirurgicas demonſtrare, & cathedram chirurgicam aperuerint, chirurgis exoſam, & frequentes diſputationes chirurgici argumenti ediderint.

Requête au Roi pour le D. & DD. Reg. contre le S. de la PEYRONIE *&c. contre la communauté des chirurgiens jurés de Paris, ſur la queſtion preliminaire de la proviſion, concernant les Examens, & la delivrance des cadavres* Paris 1744. 4. *. Contra GARENGEOTUM & C. VERDIER, cum pro obtinendis cadaveribus anno adhuc 1742. ſupplices ad Decanum literas dediſſent, nunc vero dare omitterent. Queruntur etiam medici, quod chirurgi nullos aut candidatos aut obſtetrices admittere maluerint, quam medicos ad *examina* vocare. Sed ea ad Regem data petitio non fuit admiſſa.

Memoire pour les Prevots & Gardes des Chirurgiens jurés de Paris contre les Doyen & DD. Regens de la Fac. de Medecine Paris 1744. 4. Ita ut videtur PORT.

Premiere reponſe pour le D. & les DD. Regens de la faculté contre le S. de la PEYRONIE *& la communauté des MM. Chirurgiens* Paris 1744. 4. *. Non FRANCISCUM GIGOT verum chirurgiæ caput eſſe, eosque honores ordini deberi medico. Male eumdem candidatorum admiſſionem ſibi ſoli ſumere. Male confundi exercendæ artis licentiam cum licentia ſumendorum honorum. Contra privilegium docendi, quod chirurgi invadant.

Reponſe du Recteur, Doyens, Procureurs & ſuppots de l'Univerſité de Paris au

Memoire du S. de la PEYRONIE *inſeré dans l'arret du Conſeil* 26. *Aout* 1743. Paris 1744. fol. *. Nitidiſſime ſcripta diſſ. Rejicitur chirurgorum ambitus, qui honores ab Univerſitate erogatos invadebant, nullo Univerſitati præſtito obſequio, & doctores chirurgiæ vocari adfectabant. Anno primum 1436, deinde 1585 & 1589. chirurgos ab Univerſitate adoptatos fuiſſe, ea conditione, ut medicorum eſſent diſcipuli. Repulſam tuliſſe eosdem, cum vel Philoſophis ſe adjungere, vel peculiarem in Univerſitate facultatem conſtituere vellent, neque contra reclamantem Scholam Pariſinam voluntatem HENRICI III. prævaluiſſe. Iterum a. 1612. interdictum eſſe chirurgis togatis, ne docere vellent; anno vero 1624. ne theſes defenderent. Nuper anno 1726. Univerſitatem a Rege petiiſſe, ne chirurgi prælegerent. Statuta chirurgorum ſubleſtæ eſſe fidei, & nuper compilata.

Premier Memoire pour le Doyen & DD. RR. contre le S. FR. *de la* PEYRONIE *& la communauté des MM. Chirurgiens jurés de Paris en reponſe a leur Memoire inſeré dans l'arret du Conſeil* 2. Aout 1743. Paris 1744. 4. PORTAL.

S. Coſme vangé Strasbourg 1744. 12. *. Spurius titulus. Anonymi in JOHANNEM ASTRUC ſatyra, quam audio BERTINO tribui, & contra ejus l. *de morbis venereis* ſcriptam eſſe, neque fere facit, niſi ad inutiles in eum virum accuſationes „ fontes non legiſſe, ex nuperis ſua habere. Fatetur tamen, BERENGARIUM medicum fuiſſe, ſed objicit parum fuiſſe in curando felicem.

DCXC. VARII.

Chirurgie complete ſuivant le ſyſteme des modernes T. I. II. Paris 1744. 12. 2. vol. 1751. 12. 2. vol. * (potius Avignon). Italice Venet. 1753. 12.

Opus eſt pro tironibus, cujus auctorem eſſe lego PLANQUE. In Tomo I. tumores, cancri, ſphaceli, vulnera, morbi nonnulli poſt vulnus ſuborti breviter percurruntur. In T. II. medicamenta reperias. A CLERICI opere totum differt.

EJUSD. *principes de chirurgie* Paris 1757.

IDEM la MOTTII chirurgiam completam cum additamentis ediderat.

EJUSD. *bibliotheque de medecine tirée des ouvrages periodiques tant françois qu'étrangers avec pluſieurs autres pieces rares, utiles & curieuſes* Paris T. I. 1748. 4.* deinde multi alii tomi, quorum ultimos edidit D. GOBELIN. Ex diariis Gallorum paucisque exterorum collectum opus, cujus prælonga ſunt capita chirurgici argumenti, ut in I. tomo *accouchement*, quo fuſe dicitur de partu difficili: primo & ſecundo capite *abſcés*, *anevryſme*, *bleſſure*. Paſſim aliqua intercurrunt, quibus fidem vix adhibeas, alia tamen propria, non inutilia, ut in T. III. devoratum oſſiculum; quod exciſa cute extractum eſt, perforato œſophago. Labium leporinum a D. la FAYE curatum, eminentia oſſea forcipe remota, reliqua curatione ad vulgarem modum. Contra præjudicatam opinionem de dentium ocularium periculoſa evulſione &c. Laudes aquæ vulnerariæ ex vino & croco

metallorum.

metallorum paratæ. Fraudulentum miraculum acuum ex manus tumore extractarum. Facile ſanatum vulnus cerebri a bacillo ſtlopetario inflictum, cum inanis in cerebro fovea nucem reciperet. Lapis repertus inter tendines muſc. bicipitis, grandis & lamellatus. Servata ab AMANDO femina, cui uterus inverſus protractus fuerat. Commotio & convulſiones oculi, ſublatæ ſinapi & pulvere cantharidum in ipſum locum admoto. Cataractæ aſellorum uſu ſanatæ. T. III. Renes pleni pure & ſabulo, & maximis calculis: veſica maxima pure plena. Embrochis ſanata femoris cum acetabulo ancyloſis. Nicotiana admota abſceſſus abdominis internus ſanatus.

Etſi in practicis de peſte dicemus, hic tamen ex collectione *traité des cauſes, des accidens & de la cure de la peſte* Paris 1744. 4. * D. GEOFROI chirurgi obſervations oportet dicere, in quibus de carbonibus & bubonibus diſſeruit. De bubonibus inviſibilibus, dolentibus, certo lethalibus. Parotides malæ. Tumentes glandulas inguinales ſolebat amputare. Fontes, qui dicuntur a cauteriis excitati in peſte profuiſſe, etiam GARIDELLO ſuadente.

BOUILLET, medicus Biterrenſis, edidit Biterris, Beziers, a. 1744. 4. *. *les Elémens de la medecine pratique*, in quibus paſſim chirurgia tangitur, ut aliqua ad rabiem medicamenta, de remediis topicis, & diſſ. E. *febri malignæ veſicantia*, præſide FERRENIO.

J. FRIDERICI SCHREIBERI, celebris olim phyſiologi & medici Petropolitani, amici noſtri, *de medicamento a* JOHANNA STEPHENS *contra calculum divulgato inefficaci & noxio, Epiſtola ad me data* Gotting. 1744. 4. *. Fruſtraneus uſus medicamenti Stephanici, argumenta contra ejus uſum, ut calculus in veſica repertus ſit, etſi ſymptomata mitigata videbantur; & contra medicamenta alcalina. Calculi diſſectio, in quo nucleus lamellis circumdatus, ſuperficie muricata.

EJ. *Anweiſung zur Erkenntnüß und Cur der vornehmſten Krankheiten* Leipzig 1756. 8. *. Habet etiam morbos chirurgicos.

EJ. *adnotata in Nov. Comm. Acad. Petr.* T. III. A lapſu calvaria ampliter fracta, amiſſi ſenſus, mors. Fractura utique ſuturam lambdoideam ſeparaverat. Anevryſma pectoris ruptum, inde ſubita mors; erat incipientis aortæ.

Recueil de différens traités de medecine ib. 1744. 12. * Ad chirurgiam faciunt quæ dicuntur de morſu canis & felis rabidæ ex D. JAMES, & remedio ad rabiem.

OTTO PHILIP. PRAUN *Anleitung zur Krebscur ohne Schnitt* Ulm 1744. 8. HEISTER. Aquam ſpermatis ranarum & ſimilia laudat.

SAM. MULLER *curiöſer botanicus, medicus chymicus und chirurgus* Dresd. 1744. 4.

HENRICH AUGUST GERLACH *de cura mammæ in mamma exulcerata poſſibili* Hamburg 1744. 4. * & *in appendice Vol.* VIII. *E. N. C.* Per ratiocinia.

Manifeſto de RAÇAM de QUEIXA Lisbon 1744. fol. ſuam de cancri curatione

 diſſertationem

diſſertationem Pariſios miſerat, & de aſpero ſuo fato conqueritur, quod præmium non reportaſſet.

GIUSEPPE MARIA XAVERIO BERTINI *dell'uſo eſterno ed interno del Mercurio* Firenza 1744. 4.

KLEINSCHMIDT *Unterricht für die Hebammen* Ulm 1744. 8.

General Taxordnung für Medicos, Chirurgos und Apotheker Breslau 1744. 4.

§. DCXCI. DISPUTATIONES.

EBERHARD ROSEN & LEHNQUIST *de cortice Peruviano* Lond. Scan 1744. 4. *. Experimenta per quæ conſtat valere ad gangrænas.

J. PAUL van SCHOOTEN *de cancro* Leid. 1744. 4. *.

WALTHER SCHOUTEN *de ſecundinarum extractione* ib. 1744. 4. PL.

JOH. PASCHIERSE *de partu præternaturali* ib. 1744. 4. *.

PETRI BOURGEOIS *de calculo & remediis eum ſolventibus* ib. 1744. 4. *. Ut ex particulis alimentorum calculi naſcantur.

JOH. de THEYLS *de ſanguinis evacuatione per inferiora, quam hæmorrhoidem vocant, ut cauſa fiſtulæ ani* Leid. 1744. 4.

CAR. DANIEL FISCHER *de calculo veſicæ urinariæ in urethram impulſo & ſingulari encheireſi abſque ſectione exemto* Erford 1744. 4. * & in *ſelectis meis.* Calculum in urethra reſidem terebella perforavit & confregit. De calculo ex aquarum tophacearum uſu orto: de calculo abſque renum & veſicæ vitio nato, alia utilia.

CHRISTOPH DAVID MANN circa *encheireſes phlebotomiæ obſervationes & cautelæ chirurgico practicæ* Hall. 1744. 4.

J. ADAM RULLMANN *de partu præternaturali ac difficili ob hæmorrhagiam uteri accedentem* Gieſſ. 1744. 4. *.

J. HENRICUS WELTI *de hernia crurali* Argent. 1744. 4. *. Exemplum.

J. BOECLER & KAMM *quæſtiones medicæ varii argumenti* ib. 1744. 4. *. de calculo.

J. IGNATIUS MAYER de MAYERSBACH & FRANC. DU TOY *de ſpina ventoſa* Prag 1744. 4. *. Vertebræ turgidæ humore & carioſæ in eo malo. Idem cæterum Cl. MAYR eſſe puto quem p. 235. dixi.

J. L. C. BERINGER & PETRI JOS. WALK *lumbrici in duplicatura omenti reperti* Heidelberg 1744. 4.

FRANC. WILH. KRAFT *de pietate obſtetricum* Jen. 1744. 4. *.

J. STÆHELIN *de operatione Cæſarea vivente adhuc matre, cito, tuto & jucunde perficienda* Baſil. 1744. 4. *.

EJ. *de infanticidio quandoque licito* ib. 1748. 4. LOEUV.

ANTON.

ANTON. de JUSSIEU & JOH. CL. MUNIER *E. herbis quam ferro promtior & tutior abſceſſuum curatio* Paris 1744. 4. *.

JAC. ANT. MILLET & FR. SAL. DAN. POULLIN *E. periti chirurgi ſolertiam non minus quam rationalis medici prudentiam requirit venæ ſectio* Paris 1744. 4.

J. BESSE & JOS. LALLEMANT *E. ubi partus difficilis ac deſperatus, tentanda etiam in matre viva uteri ſectio Cæſarea* ib. 1744. 4. *. Si cum magno capite hydropico anguſta fuerit pelvis.

CL. ANT. RENARD & ANT. le CAMUS *non E. ſua vulneribus ſlopetariis peculiariter competit tractatio* ib. 1744. 4.

HENR. BESNIER & LUD. PATHIOT *E. parienti obſtetricis ſola manus* ib. 1744. 4. *.

J. FR. COUTHIER & LUD. REN. MARTEAU *E. unum ex præcipuis ſymptomatibus in operationibus chirurgicis mitigandum dolor* ib. 1744. 4.

MICH. PEAGET & FR. BEDAULT *E. noxiæ vulneribus turundæ* ib. 1744. 4.

PETR. ANT. LEPY & FRANC. BERNARD *E. mammarum cancri ferro tutior quam cauſticis ablatio* ib. 1744. 4.

J. BAPT. THOM. MARTINENQ & FR. NIC. GAUTHIER *E. ſectione præſertim curanda ani fiſtula* ib. 1744. 4. *.

FR. POUSSE & PETR. ARCELIN *E. tumorum externorum ſuppuratio reſolutione periculoſior* ib. 1744. 4.

THOM. BERNARD BERTRAND & CL. PERSON *E. venæ ſectio operationum frequentior ſimulque periculoſior* ib. 1744. 4.

EL. COL de VILLARS & PETRI CHEVALIER *E. in reſecandis artubus carnis ſegmina reſervare ſatius* ib. 1744.

MICH. PROCOPE COUTEAUX & JAC. VERDELHAN des MOLES *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta, ſolis diæta & venæ ſectione ſanantur* Paris 1744. 4.

LUDOVICI JOH. le THIEULLER & OLIVARII BOUGOURD *E. dubio hepatis in abſceſſu præmittenda incidendi loci perforatio* ib. 1744. 4. * & in *ſelectis meis*; acu nempe triquetra. Exemplum, cum inciſio abſceſſum hepatis non prodidiſſet, prodidiſſe acum triquetram. Aliud, ubi proſperato abſceſſu emphyſema repertum eſt. Hæc diſſ. non eſt in catalogo Pariſino.

§. DCXCII. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 472. GEORGII AYLETT infans oſſe ſacro bifido.

CHRISTOPHORUS WARRIK de repetita in hydrope paracenteſi, & felici

per eam adminiſtrationem curatione, cum vinum in abdomen injectum fuiſſet. IDEM de eadem injectione n. 473.

Ea experimenta continuat in *Phil. Tranſ.* XLIX. P. II.

N. 473. H. W. TAUBE de hernia umbilicali enormi & funeſta.

N. 474. THOMAS HOPE de tumore ex orbita pullulante amputato.

WILLIAM HALLET vulnus ſtlopetarium pulmonis ſanatum.

ANDREAS REID de remedio Tunkinenſi ad canis rabidi morſum (muſco nempe & cinnabari).

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1744. l'ECLUSE chirurgus retulit de vulnere cordis ſeptimo demum die lethali.

Inter ſcripta ad reportanda præmia Academiæ chirurgicæ Pariſinæ edita, coronata fuit hoc anno diſſ. chirurgi Lugdunenſis GRASSOT. De emollientibus medicamentis breviter agit, & per præcepta.

Concurrit cum GRASSOTO M. GUYOT. Laudat aquæ calidæ vaporem, quo etiam partum difficilem expedierit, deinde ſambuci folia. Ex eryſipelate ab unguinoſis gangræna. Indurata mamma ſtercore vaccino ſoluta.

IDEM a. 1745. egit de anodynis. Opium extus impoſitum dolores non lenire. Cicutam nocuiſſe vidit. Sedi acris ſuccus in cancro femoris non inutilis viſus eſt.

In *Actis phyſico medicis Acad. Nat. Cur. Vol.* VII. Anni 1744. *obſ.* 12. TOBIAS HENRICUS HUEHNE, ſcrotum gangrænoſum deſtructum & reparatum.

J. GOTTLIEB BOETTICHER *obſ.* 22 de materia peſtifera & virulenta ſpinam ventoſam faciente.

Vol. VIII. *obſ.* 4 concrementum lamellatum in vagina natum uterina.

Vol. X. *obſ.* 100 tumor in vagina ex albo fluore natus, funeſto eventu exſtirpatus.

Obſ. 101 ulcus femoris funeſtum.

J. ELIAS KIRCH *Vol.* VII. *obſ.* 88 ſteatoma ex vulva pullulans feliciter amputatum.

CHRISTIAN GOTTLIEB FREGE *obſ.* 96 caput luxati femoris in nates impulſum apta machina reſtitutum.

Sic *obſ.* 97 cubitus luxatus.

Vol. VIII. *obſ.* 85 abſceſſus ani ſanatus.

Obſ. 118 ſtypticum medicamentum ad graviſſimas dentium hæmorrhagias.

Obſ. 119 gramen eriophorum & ſcirpum maximum ad ambuſta laudat.

D. COHAUSEN, de quo non video num J. HENRICUS ſit, num SALENTI-

NUS

NUS EUGENIUS, aliqua habet medicamenta in *Comm. Lit. Nor.* 1744. Ita h. 25. laudat emplaſtrum ad genuum tumores.

N. 27. Alia arcana adverſus calculum, STEPHANIANI medicamenti felix in Electore Trevirano ſucceſſus.

N. 34. de puero dicitur, cui ren alter conſumtus, veſica calculum ureterem obturante farcta.

In *K. Sw. Wet. Acad. handl.* 1744. H. D. SPOERING & MOUNSEY referunt de femina, quæ per tredecim annos fetum in alvo geſſiſſet, eo inciſo abdomine liberata fuit.

In *Journal des ſavans* 1744. MOPILLIER junior, chirurgus Andegavenſis, fonticulorum & veſicas trahentium medicamentorum poteſtatem impugnat. Nimis exiguam eſſe per eas vias excretionem, non educere noxias particulas. Pus non fieri ex adipe. Ignem loco veſicatorii laudat. Prodiit etiam Paris 1744. 12.

In *Select. Francof.* 1744. BARTHOLD LUDW. HÜCKEL de ſcirrho teſtis concreſcente.

A. P. QUEITSCH de nonnullis topicis medicamentis.

PHILIP. SAM. GIERING oſſa fetus per anum excreta. Spina bifida hydropica.

FABRE, chirurgus. De anodynis egit in diſſ. ad præmium Academiæ merendum, a. 1745. edita. Dolores putat ab extus admotis ejusmodi medicamentis remiſiſſe, ut anginam ab illito *balſamo tranquillo*.

A. 1747. de deterſivis. In vulneribus cerebri cum F. GIGOT olea balſamica & terebinthinam oleis æthereis præfert.

In *Memoir. de chirurgie* T. IV. enixe contendit ut demonſtret, nullam novam carnem ſubnaſci, aut amiſſam ſupplere, alioquin potius nocituram, hic nimius.

In *lettre à MM. Journal des ſavans* 1768. Mai. de chirurgi du POUY conſilio, qui in luxationibus, non partem luxationi proximam, ſed remotam velit extendere. Quod machinis non utatur laudat, & ſibi tribuit: in illa extenſione vero debere contrariam extenſionem addi.

§. DCXCIII. PHILIPPUS ADOLPHUS BOEHMER.

Celebris JCTI filius, medicus & profeſſor Halenſis.

EJUS eſt diſſ. *de prolapſu & inverſione uteri ejusque vaginæ relaxatione* Hall. 1745. 4. * & in *ſelectis meis.* Enormis in vagina uteri prolapſus, ut una uterus inferne latiſſimus, oſtium vero peranguſtum eſſet; vere ergo uterum elabi, quod & aliis exemplis confirmat. Eum prolapſum diſtinguit a relaxatione vaginæ & auxilia adjicit. Subereos peſſos reliquis præfert.

EJ.

Ej. *de neceſſaria funiculi umbilicalis vi vaſorum ſtructuræ in nuper natis deligatione* Hall. 1745. 4. *. Contra SCHULZIUM, qui docuerat, neceſſe non eſſe funiculum umbilicalem ligare, oſtendit noſter utique eſſe neceſſe, cum funiculi arteriæ non ſubito ſe conſtringant; bis ſe vidiſſe ſanguinem a partu ſtillaſſe, ut omiſſo vinculo etiam poſt aliquot dies periculoſa & funeſta hæmorrhagia ſupervenire queat.

Ej. *de utilitate paracenteſios frequentioris in aſcite ſingulari uſu comprobata* ib. 1759. 4. *. Exemplum ubi 40 & 50. aquæ libræ unicam poſt perforationem eductæ fuerint.

Ej. & SOLTQUELL *de hæmorrhagia ſuppuratoria* ib. 1759. 4.

Ej. *de herniis incarceratis* ib. 1761. 4. *.

Ej. & TENZER *de cancro occulto apertoque* ib. 1762. 4.

Ej. *de oſſium ex viſcerum læſione mollitia* 1763. 4. Exemplum vitæ ad a. 44. protractæ.

Ej. & OTTO *de geneſi materiæ purulentæ ſine prægreſſa inflammatione* ib. 1767. 4. *.

Ej. & KOENIG *de aquis ex utero gravido & parturientium profluentibus* ib. 1769. 4. *.

Ej. & SPANNAGEL *de ſolvendis & extrahendis ſecundis* ib. 1761. 4. *. Mors a placenta retenta putreſcente: quæ in alio exemplo quarto die jam putrida reperta eſt. Nono die a natura expulſa, funeſto eventu. Quare placentam in utero relinquere periculoſum. Manu ut Angli ſolent, uterum vult everri. Varia exempla placentæ à 4 ad 17 diem expulſæ, cum corrupta eſſet, funeſto omnia eventu.

Ej. *de inflammatione doloris experte* 1772. 4. * frequentem eſſe.

Ej. *obſervationum anatomicarum rariorum faſciculus* ib. 1752. fol. *. Huc referas fetum tubarium.

Faſcic. II. Hall. 1756. fol. * Membrana in puero nuper nato claudens exitum inteſtini recti perforata: cum tamen ægrotus periret: inteſtinum rectum peramplum, colon inteſtinum ſideratum viſum. Prolapſus uteri & orificium ejus læſum, cum vagina prolapſa. Os uteri clauſum cum vagina connatum, veſica craſſiſſima. Spina bifida vera aqua repleta. Scirrhoſus uteri tumor, alii ejusmodi tumores. Atheroma femoris inter muſculos funeſto eventu inciſus, cum ſphacelus ſuperveniret.

Ad editionem compendii artis obſtetriciæ RICHARDI MANNINGHAM duas BOEHMERUS addidit diſſ., priorem de ſitu uteri & fetus a ſede pendente, ad quam placenta adhæſit. Alteram de forcipis Anglicæ in capite oblique poſito & intra oſſa pubis immoto expediendo utilitate. De variis inſtrumentis, & FRIEDIANO ad caput perforandum. Forceps dicta CHAMBERLAYNIO, PALFYNIO, GREGORIO, ejus fabrica, uſus, & proſperi ab ea admota eventus. De laqueo. Maturandam eſſe fetus extractionem, quando ſanguis abunde profluit.

In *E. N. C. Vol.* IX. *appendice* iterum agit de forcipe Anglica a variis varie fabricata. BINGIANA ſimilis fere GREGORIANÆ, neque melior. LEVRETUS ſuam ex GREGORIANA reformavit, difficilius tamen ea diducitur, quam vulgaris Anglica, & quam ea potius deterior eſt. Fatetur forcipis periculoſum eſſe uſum, niſi caput profunde in pelvim ſe dederit, neque probat JANKII conſilium, qui ferramenta continuo jubet admoveri, quando aquæ ruptæ ſunt. Exemplum abdominis vehementer antrorſum penduli. Caput forcipe eduxit, ſed tumor manſit, quem extrahere non poſſet: is octo erat librarum, ex ore uteri natus, fibroſus & vaſculoſus. Caput evulſum, relictum in utero, ſolis manibus utero deorſum conpreſſo, eduxit.

§. DCXCIV. OLAUS ACRELL.

Chirurgus Suecus M. D. vir acuti ingenii.

EJ. *Utförlig förklaring om friska ſors egenskaper* Stokholm 1745. 8. *. Bonus liber, brevis & ſimplex, opus viri anatomes periti & nuperrimorum inventorum. Vulnera copioſiſſima recenſa per omnes corporis humani partes: judicia de eorum ad mortem inferendum poteſtate.

EJ. *genaſta ſätt at inrätta och underhälln et lazaret eller ſiukhuus* Stokholm 1746. 8.

EJ. *tal om foſtrets ſiuckdomar i moderlifwet* Stokholm 1750. 8. *. De morbis connatis. Spinam bifidam ex diſpoſitione ad hydropem ortum ducere & ex hydrocephalo. Ut ex obſtructo funiculo umbilicali hydatides naſcantur.

EJ. *chirurgiske händelſer anmärkt uti k. Lazarettet* ib. 1759. 8. *. Belgice *heelkondige waarneemingen* 1771. 8. vertente E. SANDYFORT, qui & adnotationes adjecit, nuper etiam Germanice Lub. 1772. 8.* Noſodochium publicum Holmiæ a. 1752. apertum eſt, in quo noſter has, egregias certe, adnotationes collegit. Belladonnam & Phytolaccam in cancroſis faciei vitiis fruſtra fuiſſe, nihil ſpei ſuperfuiſſe præter exciſionem, & etiam eam non ſemper, etſi aliquando, recidivas avertiſſe. In trichiaſi lunatam particulam palpebrarum, & muſculi etiam frontalis auferre neceſſe eſt, aut quadratum cutis ſegmentum. Unguem circulari inciſioni tunicæ conjunctivæ compeſcuit, quam circa pupillam duxit. Cum lens cryſtallina adnata eſſet, capſulam aperuit, opacam lentem feliciter eduxit. Lentem, quæ in fragmenta diſſiluerat, in anteriorem cameram elapſam, demum concreviſſe. Cum ea lens mole aucta fuiſſet, non potuiſſe FERRENII adminiſtrationem locum habere. Otalgia a vermibus vulgaris muſcæ. Sutura & cruenta & ſicca vulnus aſperæ arteriæ ſanatum. Cancrum mammæ felicius amputatum fuiſſe, minus bene ceſſiſſe, cum una cutis exſcinderetur. Fuſiſſime de pectoris vulneribus & aſperæ arteriæ; in caſu a GARENGEOTO narrato eam arteriam non fuiſſe læſam. Muſculo diſſecto etiam antagoniſtæ functionem lædi. Tormentorum majorum transeuntes globos utique gangrænam facere, & oſſa frangere. Stuporem fieri a glande

nervos premente. Maxima ſymptomata a ſanguine in oſſeum cavum effuſo. Fulguris effectus, qui iidem ſunt prætereuntis glandis. Iram animalium, etiam hirudinum vi avulſarum, majora mala dare. Ab auriſcalpio veneno varioloſo tincto peſſimum ulcus. In ipſa tibia contrafiſſura. Phthiſis a fiſtula pectoris ſanata, ut etiam curvata dorſi ſpina ſe erigeret. Paracenteſin abdominis nunquam votis reſpondiſſe. Herniæ incarceratæ frequentia exempla, etiam felicia, cum gangræna adeſſet. Sic fiſtulæ urethræ, cum callus in collum veſicæ uſque produceretur. Calculus ſcalpello latente in canali feliciter exciſus, ægro parallele ad horizontem decumbente: ſemel a gangræna ſcroti funeſtus eventus. Iſchuria cum veſica quaſi recente caſeo repleretur. Veſica a majori ad edendam urinam nixu rupta. In ſpina ventoſa os corruptum amputat, & ea occaſione experimenta fecit in tendinibus, quos abſque ſenſu & periculo irritari conperit. Os extremum digiti poſt multos dolores in adipis globum mutatum. Agaricum Broſſardi nihil habet peculiaris prærogativæ, neque in majori arteriæ læſione ſufficit. De gangræna & Peruviani corticis efficacia, quæ non ſufficiat, quoties humores nimis corrupti ſunt. In ſcorbuticis vulgo callus reſolvitur. Hæc ex multis pauca.

Ej. *påmminnelser wid Bouſquets rön om fiſtlar i ano* Stokholm 1766. 8. *. De Bousqueti conſiliis, qui ligatam fiſtulam ani adſtricto plumbeo filo excidit. Non eſſe novum conſilium neque ubique ſufficere. Hippocrati præcipua rei momenta innotuiſſe.

Ej. *ſkriſtwäxling om alle brukelige ſätt at operera ſtenen på ögonen* ib. 1766. 8. *. In hac collectione aliqui ſunt Acrellii libelli. In eorum primo in Trim. II. a. 1757. Act. Suec. recuſo. Caroli de S. Yves adminiſtrationem, quam Ferrenii faciliorem eſſe docet, & facilius anteriorem capſulæ medietatem ſolvi ab ambitu ſuo, luminique aditum aperiri; vitreum etiam corpus minus lædi, acus progreſſum per corneam tunicam conſpici poſſe. Contra, facile retinam & choroideam perforari, quæ ſenſu ſit acutiori; lentem inter has membranas deponi, ejus particulam in anteriorem cameram elabi. Frequentius cataractam mollem eſſe & diſſolutam, in qua Ferrenii depoſitio locum non habeat, nec tunicam choroideam minus lædi. De calculo duro, capſula fere pergameni duritate; de diſſiliente cataracta & inflammatione inde nata pene ægrum excæcante. In Davielii adminiſtratione iridem lædi poſſe, & corpus vitreum nimis fluidum elabi.

In alia diſſertatione laudes impugnat, quas Ferrenianæ inciſioni Wahlbomius tribuit. In cataracta adnata noſter partem capſulæ anteriorem perforavit, ſeparavit.

In tertia diſſ. Davielium fere noſter ſequitur. Craſſam capſulam difficulter ab acu perforari. Ferrenii depoſitionem non bene ceſſiſſe, etiam perito, neque ſe eo modo tenacem capſulam potuiſſe aperire &c.

Ej. diſſ. *om nödwändigheten och förmoner af de chirurgiska handelagens för kort*

kort nandè i utöfningan Stokholm 1767. 8. *. Nuperrima chirurgorum artificia tradit. Acum bioculam a RAVATONIO ad ligandas arterias commendatam, minime neceſſariam videri: nervum melius omitti. Spongiam agarico Broſſardi præfert. Ad ſanguinem conpeſcendum ſimplicius prelum. In fiſtula lacrumali tubulum aureum in ſaccum naſalem deponit. La FAYE DAVIELII extractionem perfeciſſe. Cochleam ad os aperiendum minus eſſe neceſſariam. Male FOUBERTUM cartilaginis naſi partem in labio leporino reſecuiſſe. Iterum cancroſam mammam melius ſcalpello & manu ſeparari. In hydrocele teſtem fere corruptum eſſe. Anulum abdominis ſuperius incidit. Saccum integrum neque apertum reponit. In calculo ſecando ſedem CHESELDENII, ſcalpellum F. COSMÆ præfert. Le CATII inſtrumenta nimis eſſe compoſita: cæterum calculoſis ſaponem Alonienſem dat, & calcis aquam. Anevryſma arteriæ ſubclaviæ ex deſtructa per vulnus ſtlopetarium tela celluloſa, vinculo conpreſſum. Non poſſe ſemper amputationem artus evitari, non certe ſi magna caries, profunda gangræna, vulnus arteriæ inacceſſæ adfuerit. Amputationem molitus eſt duobus carnis ſegminibus reſervatis.

In *K. Sw. Wet. Acad.* 1746. *trim.* III. agit de parotidibus in febre caſtrenſi non aperiendis, cum inciſio fere funeſta ſit.

Trim. IV. Sanguis ſub calvaria in infantulo effuſus, pro hydrocephalo habitus.

A. 1747. *trim.* IV. de ſpina bifida. Ab hydrocephalo naſci; non ſemper medullam ſpinalem deſtruere; non debere aperiri.

A. 1752. *trim.* IV. vetuſta in ſene hernia reducta. Omentum induratum repoſitum, ſponte reſolutum, poſtquam ejus adhæſio ſoluta fuerat. Tumor vaginæ cancroſus repetita deligatione exſtirpatus, quam reſectioni præfert. Magnus tumor abſque inflammatione natus. Fiſtula cervicis & in œſophagum aperta & in meatum auditorium, tamen ſanata.

A. 1754. *trim.* IV. exempla aliqua oſſium in adipem inque gelatinam mutatorum. Immedicabilis cariei exempla. Paronychia difficilis ex oſſe a gleba adipoſa conpreſſo.

A. 1755. agaricum Broſſardianum in hæmorrhagia conpeſcenda utilem eſſe conperit, dum preſſioni ſit locus.

Hernialem ſaccum repoſuit quidem, ut tamen iterum elaberetur.

Cum ſymptomata ſe remiſiſſent, æger tamen ex inteſtini inflammatione periit, quæ ſuperne in arctato inteſtino ſupervenerat.

A. 1761. de calculis membrana obvolutis: eam ex muco fieri conpacto.

A. 1766. de calculo celeriter renato, poſtquam exciſus fuerat.

A. 1767. de viſu per laceram iridem hactenus ſuperſtite.

§. DCXCV. Varii.

Carolus Guattani, chirurgus, edidit *hiſtorias duas anevryſmatum, quorum alterum in brachio per chirurgicam operationem ſanatum, in femore alterum paucos intra dies lethale fuit* Rom 1745. 4. *. In priori & feliciori caſu pulſus nullum decrementum paſſus erat, cum a recurrente radiali arteria & ab ulnari cum ſuperioribus arteriis anaſtomoſes adſcenderent. In altero exemplo anevryſma a nixu funeſto eventu ruptum eſt.

In *Mem. de l'Acad. de Paris* T. III. de incidenda gula ob illapſa corpora peregrina recte monet, ad ſiniſtra aſperæ arteriæ debere incidi. Cautelæ variæ & repetiti felices eventus.

In *hiſt. de l'Acad. de Par.* 1745. anevryſma deſcripſit ex nixubus hominis a latronibus ligati natum.

In *hiſt de l'Acad. des ſcienc.* 1767. de tumore in hepate per abſceſſum hydatides effundente.

Jacques Daran, chirurgus militaris.

Ej. *recueil d'obſervations chirurgicales ſur les maladies de l'urethre* Avignon 1745. 12. Paris 1746. 8. *. 1757. 8. *. 1768. 8. *. Anglice London 1750. 8. *. Princeps ſcopus eſt, cereos ſuos ad fiſtulas aliaque urethræ mala commendare, & felices adducere eventus, in quibus id auxilium ſalutare fuit. Eos cereos modo ex acrioribus medicamentis conponit, modo ex mitioribus, ut morbus poſtulaverit.

Editio Pariſina 1746. multo auctior eſt. Carunculas urethræ tuetur, quas toties viderit. Suos cereos in ea parte urethræ ſola vires ſuas exercere, quam contingant, neque hactenus ramoſæ fiſtulæ convenire. Numeroſis ex morborum hiſtoriis videtur conſtare, difficiles omnino morbos hoc auxilio eſſe ſuperatos, neque de nimiis doloribus conqueſtos ægros. Calculum cereo expediit. In Fouberti punctione veſicæ urinam in celluloſam telam effundi. Calculus ex penis glande exciſus. Dari omnino carunculas cum ulcere, aliasque & ſine eo. Cicatrices calloſas prope oſtium proſtatæ, excreſcentias ſcirrhoſas, fungos proſtatæ & veſicularum urinæ iter etiam impedire, frequentius tamen carunculas.

Anglicam editionem dedit T. Tomkyns, qui fatetur arcanum quidem Daranii ſe ignorare, cæterum ex ſua experientia laudat, cujus quinque adducit ſpecimina.

In *Journ. de Med.* T. V. de tubulo ſtyloque Daran dicit, quibus ad lotium de veſica educendum utatur.

Ej. *traité complet de la gonorrhée virulente* Paris 1756. 12. *. Omnes callorum medicationes rejicit, ut ſuam ſubſtituat. De gonorrhœa, quæ fiat pure per coronam balani exſudante. Speculum vaginæ, quo ſedem gonorrhœæ in feminis detegit. De mali geneſi a vaginæ ulceribus ex gonorrhœa natis orisque

uterini. Catheteres ſuos flexiles demum deſcribit, quos ex filo metallico in ſpiram torto parat, & emplaſtro obducit, & quos ſæpe in urethram ſubiit, cum non alius chirurgus poſſet. Reliqua in practicis dicemus.

Habet etiam Cl. PORTAL *reponſe à la brochure de M.* BAGIEU *intitulée, Lettre pour la defenſe & la conſervation des parties les plus eſſentielles à l'homme* Paris 1750. 12. Et *lettre pour ſervir de reponſe à un article du traité des tumeurs.*

PHILIPPE FICHET de FLECHY, chirurgus militaris, deinde chirurgiæ profeſſor & obſtetricius, Med. D.

EJ. *obſervations ſur différens cas ſinguliers, relatifs à la chirurgie & aux accouchemens* dicuntur primum prodiiſſe ib. 1745. 12. Franc. Lit. Deinde 1761. 12. * & 1765. 12. *. Obſervationes in univerſum 135, inter eas chirurgici argumenti 45. Has inter memorabilis curatio, in qua noſter os frontis terebra deſtruxit, ut denique nervi olfactorii in foraminibus cribroſi oſſis nudi adparerent. In fractura cranii tendines & ligamenta lacerata abſque ſymptomate. Injectione ſola fiſtulas lacrumales curavit. Scrophulas hydrargyro curat, deorſum ad inteſtina derivato. Calvariam abſque noxa depreſſam vidit. Sinus frontales magno vulnere aperti ſexto menſe coaluerunt. In P. III. de partu ait difficili, & de morbis puerperii. Sæpe emplaſtris & fomentis abſceſſus clauſos curari abſque ſcalpelli auxilio.

Nuperior editio nihil habet præcipui.

Arret du Conſeil d'Etat du Roi, qui ordonne l'execution des édits ſtatuts & reglemens concernant la chirurgie & la barberie, que les acquereurs des ofices pour les barbiers & les perruquiers ſeront tenus de s'y conformer, & que les lieutenants du premier chirurgien acquereront les mêmes droits mais ſeront tenus d'apeller a toutes les aſſemblées les controleurs & inſpecteurs Arret du fevrier 1743. *& du* 3 *Juillet* &c. Paris 1745. 4.

Second Memoire pour le Doyen & les DD. Régens de la faculté de medecine contre le S. de la PEYRONIE *& les Prevots & Communauté des MM. Chirurgiens de Paris* ib. 1745. 4. *. Multa continet ad hiſtoriam chirurgiæ Gallicæ facientia. LANFRANCUM utique medicum fuiſſe. Chirurgiam a. 1301. inter opificia fuiſſe numeratam (un metier). A. demum 1436. chirurgos in gremium Univerſitatis receptos fuiſſe. A. 1647. repetito iis interdictum eſſe, ne cadavera acciperent diſſecanda, niſi conſentiente medicorum Decano. A. 1494. ordinem medicum, poſt multas tonſorum ſupplicationes exoratum, prælectiones iis conceſſiſſe, interque ſuos diſcipulos recepiſſe, quod fœdus ſæpe ſit renovatum. HABICOTUM tonſorem fuiſſe, & ſero ad chirurgos togatos tranſiiſſe: iſtos togatos inertes fuiſſe, & parum *practicos.* Anno 1671. lege confirmatum eſſe, ut præſentibus medicis chirurgi candidatorum profectus explorarent, & a. 1676. juſſos chirurgos annuum o. medico præſtare jusjurandum atque tributum. A. 1699. cum medicos inter & chirurgos ſumma intercederet concordia, medicorum jura ſuprema in ſtatutis chirur-

 gorum

gorum conſervata fuiſſe. Cum ab anno 1714. & 1719. tributum, & in *examinibus* præſentiam medicorum detractarent, in ordinem redactos eſſe lege anni 1724. chirurgos tributum & jusjurandum a. 1725. ſponte medicis obtuliſſe, quod utrumque a. 1742. negaverint, neque judici a. 1739. paruerint, a quo medicos ad examen juſſi ſint invitare. In eorum curationibus plurimum eſſe errorum, & in ſanatione morborum venereorum flagitiorum & ſcelerum. Cum magno reipublicæ periculo FRANCISCUM de la PEYRONIE adrogare ſibi jus tribuendæ licentiæ operandi. Ridentur experimenta F. QUESNAI, FOUARTI, HEVINI. FRANCISCUM la P. non eſſe legitimum medicinæ doctorem. Librorum chirurgicorum cenſuram ab omni tempore medicis conceſſam, etiam a. 1575. & 1672.

A Meſſieurs les adminiſtrateurs des hôpitaux ſigné par M. LEPINE *Doyen* Paris 1745. fol. *. Cum VERDIER & GARENGEOT abſque Decani conſenſu cadavera poſcerent, petunt medici ne obtineant.

Lettre miraculeuſe adreſſée a M. le Medecin & avocat malgré lui Paris 1745. 8. PORT.

VIGNON, medici, *Tr. de medecine pratique pour l'inſtruction des jeunes chirurgiens* ib. 1745. 12. 2. vol. PORTAL: lego etiam 1746. De partu difficili &c. Unguentorum & emplaſtrorum formulæ.

EMANUEL LOEBER *anführung zu einer heilſamen Lebensart* Jena 1745. 8. *. Chirurgica etiam continet.

HANS SLOANE, venerabilis ſenis, *an account of a moſt efficacious medicine for ſoreneſſ wealneſſ and ſeveral other diſtempers of the eye* London 1745. 8. *. ſæpe recuſ. Laudes unguenti ex adipe viperæ, tutia, hæmatite & aloe parati. Arcanum DAMPIERIANUM utique lichenem terreſtrem recepiſſe. Germanice Gedani 1745. 8.

MATTHIAS GEORG PFANN, profeſſor Erlangenſis, & J. G. DEGGELER *de luxationibus generatim* Erlang. 1745. 4.

EJ. diſp. *de enterooſcheocele antiqua, reſtitutione ſacci hernioſi feliciter peracta, abſque bracherio & ſectione curata* Erlang. 1748. 4. & in *ſelectis meis.* Per ſolum diuturnum decubitum hernia ſenſim reducta, ut vix quidquam ejus reliqui eſſet.

EJ. *Samlung verſchiedener merkwürdiger Fälle, welche theils in die gerichtliche, theils in die practiſche medicin einſchlagen* Nürnberg 1750. 8. *. In præfatione oſtendit, ut medici in vulnerum inſpectione, & in judicio de vulneribus, ſe gerere debeant. Deinde octo hic reperias reſponſa, ut vocant, ordinis medici Erlangenſis, quorum noſter auctor eſt. Inter ea eſt reſponſum de capitis vulnere: de lethali vulnere jejuni inteſtini. De male curata femoris prope collum fractura. De morte pugni ictui caſu ſuperveniente.

Treatiſe on cataracta and glaucoma London 1745. 8. *. Diſcipuli WOOLHOUSIANI.

HOUSIANI. Cataractam veram membranaceam in humore aqueo & camera quidem poſteriori naſci. Vitium lentis incurabile eſſe. Deſcribit etiam cataractæ depoſitionem, fiſſionem, extractionem per inciſam corneam tunicam.

An expoſtulatory adreſs to J. RANBY *occaſioned by his treatiſe on gunshot wounds by a phyſician* London 1745. 8.

MARTIN SIMON STARK *mediciniſcher Unterricht für angehende Feldſcherer zum Nutzen der ſächſiſchen Armee* Leipzig 1745. 8. alii 1746. 8.

CHRISTOPH ERNST ENDTERS *Samlungen von verborgenen und offenen Krebs, noli me tangere, Wolf, Fiſtula und andern um ſich freſſenden Schäden, wie ſolche bisher erkannt und curirt werden, nebſt einer neuen Methode wie dieſe Gebrechen ohne Gewalt zu heilen* Hamburg 1745. 8. 1753. 8.

EJ. *kurzer Begrif der wahren Heilkunſt* ib. 1753. 8.

Der curieuſe Botanicus wie auch Chymicus Medicus und Chirurgus Dresden 1745. 8. * & prius 1743. 8. *.

LUD. MICHAEL DIETERICH *Rede von einem Vorfall und glücklich unternommenen Abſetzung der Mutter* Regenſpurg 1745. 4. *.

EJUSD. *de uſu corticis Peruviani in cancro mammæ exulcerato* Ratisbon. 1746. 4. *. Conjunctus uſus externus ſpiritus ſalis, internus Peruviani corticis, cancrum pene ſanaverat, curam gerente SWIETENIO. Imitatus D. DIETERICH ſpem non minimam de eo remedio concepit.

BENIT. HIERON. FEYOO *uſo honeſto de la arte obſtetricia* Ep. II. Madrit 1745. 4. C. de V. In magno opere varia habet ad rem chirurgicam ſpectantia.

EMANUEL JOSEPH de FONSECA *examen de ſangradores* Lisbona 1745. 8. C. de VIL.

WILLIAM FORSTER *treatiſe on the cauſes of moſt diſeaſes incident to human bodies, and the cure of them* London 1745. 8. Etiam morbi feminarum aliique.

§. DCXCVI. DISPUTATIONES.

GEORGIUS AUGUSTUS LANGGUTH, profeſſor Wittebergenſis, *de fractura patellæ genu* Witteberg. 1745. 4. *.

EJ. *de perioſteo propter amputationem prudenter circumcidendo* ib. 1745. 4. *.

EJ. diſp. *de terebratione capitis chirurgica generoſa, nec ita difficili deteſtabilique* ib. 1748. 4.

EJ. *de ſinus frontalis vulnere ſine terebratione curando* ib. 1748. 4. * & in *ſelectis meis*. Hæc vulnera, quæ vulgo habentur pro difficillimis, noſter abſque labore curat.

EJ.

Ej. *de potiſſimis cancri mammarum cauſis prudenter occupandis* ib. 1752. 4. *. Ex laſciva adtrectatione ortum eſſe.

Ej. *de optima methodo ſanandi ulcera corporis humani per remedia potiſſimum interna* 1753. 4.

Ej. *de paracenteſi aſcitis remedio ad* Celsi III. 21. ib. 1765. 4. *

Ej. *de paracenteſi aſcitis remedio admodum probabili* ib. 1765. an idem?

J. Benjamin Boehmer Prof. Lipſ. *de pſyllorum, marſorum, & ophiogenum adverſus ſerpentes eorumque ictus virtute* Lipſ. 1745. 4. *.

Ej. *de oſſium callo* progr. 1748. 4. *. Eandem callo quæ oſſi fabricam eſſe, ex oſſe prodire, & renaſci etiam quando perioſteum deſtructum fuit.

J. Jacob Muller *de rupto in partu utero* Baſil. 1745. 4. * & in *meis ſelectis.* Infelices ex obliquo uteri ſitu partus, cui plurimum tribuit, & Deventerium tuetur: iſta obliquitas ex adhæſione placentæ laterali nata, denique uterus in partu ruptus, incidente Hommelio.

Henrich Bernhard Winkler, meus in theatro anatomico inciſor, *de ſitu uteri obliquo* Gotting. 1745. 4. *. Cauſæ hujus obliquitatis variæ, inter eas flatus aut fæces, quæ colon inteſtinum diſtendunt. Nimium a Deventerio huic obliquitati tribui.

Ejusd. diſſ. *de vaſorum corporis humani lithiaſi* ib. 1747. 4. *.

Theodori Kappenhagen diſſ. *de inſigni uſu venæ ſectionis in ſanandis vulneribus* Altdorf 1745. 4. *.

J. David Schlegel *de calculo veſicæ prægrandi in puero novenni* Erford. 1745. 4.

Bernhard Marianus Luther *de luxationibus* ib. 1745. 4. *.

J. Casimir Aulber *de prægrandi fœtus capite partum retardante & impediente.* Gieſſ. 1745. 4. *. Nimis grande caput ut educas. Forcipem Anglicanam laudat, id ni fieri poſſit, caput aperire jubet.

P. a Selbach *de obſtetricum imperitia & erroribus caſu quodam demonſtratis* Hall. 1745. 4.

Car. Christoph. Wolfahrt *de inflammatione tunicarum oculi* Leiden. 1745. 4.

J. Augustin Burri *de ſuppuratione* Leid. 1745. 4.

Jac. Franc. Reber *de inflammationis cura & reſolutione* Leid. 1745. 4. Pl.

Petri Pasquai *de ſignis & partu fetus mortui* ib. 1745. 4. *. Signa ejus infortunii pene omnia rejicit. Aquas illas præmaturas vidit eſſe ab appendice placentæ, peculiaribus membranis comitatæ.

J. Franc. Maurin *diſſ. de vulneribus* Monſpel. 1745. 8. d'Etr.

§. DCXCVII.

§. DCXCVII. Diaria.

In *Philoſ. Tranſact.* n. 475. W. Watson de lapide non modico in equi ventriculo reperto, in quo ſalem ammoniacum analyſis deprehendit.

John Still Winthrop de oſſibus fetus per anum decedentibus.

Starky Middleton, de fetu tubario, ut videtur.

Charles Peters de homine a cane rabido demorſo, per repetitas venæ ſectiones ſanato. Non videri aut frigidum balneum profuiſſe, aut antilyſſum pulverem.

N. 477. Franciscus Simon de fetus oſſibus per anum egeſtis.

D. Petrus Layard de fracto oſſe ilium ſanato.

In *K. Swensk. Wetensk. handling* 1745. Trim. I.

Car. Fridericus Ribe de morbis oculorum, de cataracta lactea, quæ diſſoluta in humore lacteo colliquata ſit, quæ eadem, cum materies ſponte ima petiiſſet, decimo quarto poſt die arachnoideam tunicam depoſuerit, quæ obſcurata erat, & denſa, ſimilisque cataractæ membranaceæ. In vivo homine ſe lentem glaucomaticam vidiſſe.

Idem in *tal om ögonen* Stokholm 1748. 8. * de cataractæ vera ſede, & ejus inventoribus: de retinæ tunicæ a choroidea receſſione; de corporibus peregrinis in oculum illapſis.

Ejus *oratio funebris* dicta eſt a Rolando Martin Holm. 1766. 8.

Hic & in *Trim.* II.

Joseph Veratti experimenta de natura cantharidum; oſtendit vim quam habet veſicas ciendi; volatilem eſſe & facillime evaneſcere, liquores ad ignem ſtillantes non eſſe alcalinos.

Inter Sancassani obſervationes Veratti eſt ſanatum ulcus uteri, uſu lactis cocti cum limacibus & injecta aqua mumiali.

In *Comm. Lit.* 1745. n. 2.

B. L. Huckel de teſte ſcirrhoſo, cum hydrocele conjuncto.

Hebd. 11. Cl. Etlinger calculorum hiſtoria, in aure repertorum & ſub lingua.

Christh. Wilh. Baier n. 40. hernia partis coli inteſtino recto proximæ; cæcum int. ampliſſimum.

N. 45. aliqua de medicamento lithontriptico Stephaniano.

§. DCXCVIII. Philippus Conradus Fabricius.

Profeſſor Helmſtadienſis, vir egregius, & vitæ philoſophicæ exemplum.

Ejus ſunt pluſculæ diſputationes, & ſparſæ per alios libellos adnotationes. In *Sciagraphia hiſtoriæ phyſico medicæ* Butisbaci Wezlar 1746. 8. * de vulnere agitur arteriæ vertebralis, inter primam vertebram & caput inflicto, lethali. Caput fetus abruptum, retentum, & per ſternutationem expulſum &c. In hominibus ſuſpenſis vertebras non luxari. Trepani uſum ſæpe periculoſum eſſe.

Ej. *Samlung einiger mediciniſcher reſponſorum und ſections berichten* Helmſtätt 1754. 8. *. Duodecim reſponſa ſunt, Heisteri fere opus. Pleraque pertinent ad infanticidia. Defenditur hæmorrhagiam a funiculo umbilicali non ligato ſequi, etiam funeſtam; & effuſum ſanguinem vitalem fetum demonſtrare. Duo vulnera pulmonum cum vaſis majuſculis læſis, numerantur inter lethalia.

Zweyte Samlung Helmſtätt 1760. 8. *. Novem caſus. Iterum infanticidia: mors ex funiculo umbilicali non ligato, per quem ſanguis omnis effluxerit.

In *idea anatomes practicæ* Wezlar 1742. 8. *. Helmſtätt. 1774. 8. *. Aliquoties ſe vidiſſe oſtendit uteri non inverſi prolapſum.

Ej. *facilitas inſignis extractionis fetus vivi & incolumis in parturientibus procidentia uteri ſine inverſione laborantibus, tempeſtive tentatæ* Helmſtätt 1748. 4. * & in *ſelectis meis.* Exemplum proprium. Non poſſe partum difficilem eſſe eo in caſu, qui & anguſtam pelvim excludat, & accuratam clauſionem. Prolapſum frequentiſſimum eſſe.

Ej. *morbus & curatio jecoris prægrandi inflammatione muſculorum abdominis & periculoſa puris in cavum illius effuſione laborantis, paracenteſi in integrum reſtituti* ib. 1749. 4. *.

Ej. *præcipuæ cautiones in ſectionibus & perquiſitionibus cadaverum humanorum pro uſu fori* ib. 1750. 4. *. Series vulnerum lethalium & non lethalium.

Ej. *de lethalitate vulnerum ventriculi* ib. 1751. 4. *.

Ej. *cauſſæ infrequentiæ vulnerum lethalium præ minus lethiferis ex fabrica corporis humani anatomica & ſitu partium præcipue eruta* ib. 1753. 4. *.

Ej. *de genuina calculi renum geneſi* ib. 1756. 4. *. In pelvi hominis calculoſi vidit ſuccum quaſi albuminoſum, viſcidum, in eo calculus erat, abſque ullo ulcere, aut vaſis alicujus violatione. Inde deducit noſter, ex ſola renum laxitate calculum naſci poſſe, & adſtringente medicina curari. Paſſim etiam in humano corpore ex ſuccis coactis calculos generari.

Ej. *ſylloge obſervationum anatomicarum ab* a. 1754. ad 1759. *in theatro Helmſtadienſi factarum* ib. 1759. 4. *. In extiſpiciis huc pertinent calculi in pineali glandula. Cellulæ in urinaria veſica.

Ej.

Ej. *de nephritide* Helmſtätt 1760. 4. *.

Ej. progr. ad diſp. Hofmanni ſulcus ſ. tractus niger in cute ſuper lineam albam decurrens, eſt inter ſigna partus prægreſſi. Ab ulcere maligno colli maxilla inferior eroſa & fracta.

In *E. N. C. Vol.* X. *obſ.* 36 de utero ſcirrhoſo & omni cavitate deſtituto &c.

§. DCXCIX. Christian Frider. Eschenbach.

Medicus & profeſſor Roſtockienſis.

Ejus ſunt *Anfangsgründe der Chirurgie zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen* Roſtock 1746. 8. *. Ad eas prælectiones elementa, in quibus magis frequentes morbi & eorum curationes traduntur, & receptæ magis curationes.

Ej. *medicina legalis breviſſimis conprehenſa theſibus* ib. 1746. 8. *.

Ej. *vulnerum ut plurimum lethalium ſic dictorum nullitatem demonſtrans commentatio* ib. 1746. 4. *. Ea vulnera noſter partim ad ea refert, quæ abſolute lethalia vocantur, partim ad ea, quæ lethalia per accidens. Negat recte claſſes vulnerum lethalium aut non lethalium conſtitui, cum quodque vulnus ſigillatim æſtimari debeat. Ad lethalia refert vulnera carotidum, ſinuum cerebri &c.

Eodem anno *de ſuppurantibus* in diſſertatione egit, quam ad Academiam Chirurgicam Pariſinam miſit, & quæ in T. II. collectarum ejusmodi diſſertationum prodiit. Fuſa diſp.

Ej. *Bericht von dem Erfolg der Operationen des R. Taylors beſonders in Roſtock* 1752. 8. *. Varia in adfectationem titulorum, qui Tayloro non debentur. Non ſanatos fuiſſe, quorum ſanationem T. ſibi tribuit. Nihil eſſe in ejus adminiſtrationibus præcipui. Formulas ejus hominis medicas nimis undique ſui ſimiles excutit. Non vere ſecare arteriam temporalem. Nihil habere in cataractæ depoſitione proprium; ſæpe etiam ne manum quidem adhibuiſſe.

Ej. *obſervata anatomico medica rariora* ib. 1753. 4. *. Exemplum tunicæ corneæ ablatæ, bis reparatæ. In aſcite infelix paracenteſis. Calculus cretaceus ex multo uſu pulverum abſorbentium natus. Acupuncturam inteſtini inflati non bene ceſſiſſe. Leucomata fruſtra ſecta. Staphyloma ſponte in ordinem redeuns. Cataracta, quæ adſcenderat, pariter ſponte deſcendens. Acus rotundas ſibi meliores videri, neque Palluccianas placere.

Ej. *l. continuatio* ib. 1755. 4. *. Submerſionem ante hydrophobiam utiliter tentatam fuiſſe. Partus difficilis a capitis membranis oſſeis. Oſſa cum artu ſuo per gangrænam a vivo corpore ſeparata. Cancer mammæ fruſtra exſtirpatus, novi renati tumores & cancer.

Recuſa & aucta hæc prodierunt cum titulo, *obſervata medico chirurgica rariora*

riora Roſtock 1769. 8. *. Redeunt quæ jam diximus. Corticis Peruviani vis in gangræna, cicutæ in cancro. Anevryſma pectoris funeſto eventu ruptum. Rara hiſtoria ſanatæ herniæ per foramen ovale. Puella atreta ab ipſa natura reſtituta. A funiculo umbilicali non ligato alias hæmorrhagia, minime alias.

Ej. *chirurgie* ib. 1754. 8. * plenius opus & multo uberius eo quod diximus, compendium artis univerſæ. De faſciis fuſe: bibliothecam etiam chirurgicam inſtruit; cæterum morbos & curationes ad nuperiorum ductum docet.

Ej. *Grundlage zum Unterricht vom Hebammen* ib. 1763. 8, cujus opuſculi etiam prior exſtat editio.

§. DCC. V. H. Riecke.

Volter Henrich's Riecke *kurzer und deutlicher Unterricht für die Hebammen auf höchſten Befehl verfertigt* Stutgard 1746. 8. *. Hominis exercitati in arte opus, in quo ordinem ne quæras. De uteri obliquitate varia, quam a placentæ adhæſione laterali deducit. Incuneatum caput deſcribit, forcipis uſum ignoravit. Partus difficilis a pelvi nimis ampla, ut uterus pariter cum fetu deſcendat. Immenſi dolores ab utero ſemiinverſo, quæ obſtetricis culpa fuit. Mater tamen ſanguinem per abruptum funiculum umbilicalem amiſit. Sic puer. Varii caſus partuum difficilium. Levari puerperam, ſi os coccygis repreſſeris. Difficilis partus ab oſſe ſacro male formato. Si placenta ſoluta fuerit, neceſſario fetus educendus eſt, etiam ſi calumniæ chirurgus ſe expoſuerit. Exemplum funeſtæ hæmorrhagiæ, cum partus non promoveretur. Fetus capite in pelvim urſo vix poteſt verti.

§. DCCI. Antonius Louis.

Profeſſor & Academiæ Chirurgiæ Pariſinæ a ſecretis, vir ingenioſus ac eloquens.

Ejus *cours de chirurgie pratique ſur les playes d'armes à feu* Paris 1746. 4. Multum ratiociniorum eſſe lego, qui non viderim, laudat tamen experimenta Portalius.

Ej. *examen des plaintes des Medecins de Province, & refutation de divers memoires de M.* Combalusier *en faveur de la faculté de Medecine* Paris 1748. 4.

Ej. *obſervations & remarques ſur les effets du virus cancéreux* ib. 1749. 12. *. Feminæ morbus, cui oſſa paulatim plura fracta, nullum ſanatum eſt, & denique cancer vitam abſtulit. Cancri virus potiſſimum medullam oſſium corrumpere. Huic malo noſter uſum internum aluminis cum creta, extus ſedum acre opponit, ex theoria, ut puto, utrumque.

Ej. *poſitiones anatomico chirurgicæ de capite* ib. 1749. 4. Prima, ni fallor, theſis, quæ a chirurgis literatis propoſita ſit. Aliqua de vulneribus capitis.

Contra

Contra eam diſp. prodiit *Lettre à M. de F. Medecin ordinaire du Roi* Paris. Præſidem ejus diſp. græca fracturarum nomina pro Arabicis habuiſſe &c.

EJ. *éloge funebre de M.* PETIT Paris 1750. 4.

EJ. *poſitiones anatomico chirurgicæ* ib. 1750. 4. * præſide MORANDO.

EJ. *de partium externarum generationi inſervientium in mulieribus naturali, vitioſa & morboſa diſpoſitione* ib. 1754. 4. *. De oſſium pubis in partu diſceſſione. Cartilaginem his oſſibus interpoſitam intumeſcere, molleſcere, a capite fetus non difficulter diduci. A medicamentis adſtringentibus funeſtam gangrænam ſuperveniſſe.

EJ. & BENED. PEYRILHE *de bronchotome* ib. 1768. 4. *. De ejus auxilii adminiſtratione. BAUCHOTI cultellum ancipitem cum fiſtula: tenaculam ſpeciem lunatæ aſperæ arteriæ tenentem præfert.

EJ. & PETRI FAGUER *de methodi Hawkinſianæ præſtantia in calculoſorum ſectione* ib. 1769, 4. *. Inſtrumenta & encheireſes deſcripſit. Catheterem miniſtro tradit. Conductorem habet, cujus dextra ſedes ſecat, is conductor per ſemicanalem *gorgeret* introducitur in ſulcum catheteris, & collum veſicæ unaque proſtatam dividitur. Eam adminiſtrationem D. LOUIS repetiit.

In *Mercure de France* 1755. Oct. de calculis agit, qui extra urinæ vias reperti ſunt, per ruptam urethram eo elapſis. Inciſione calculus eductus abſque fiſtula. Calculus in eadem ſede unciarum decem cum dimidia pondere. De modo utendi magno apparatu; timendum eſſe ne fiſtula ſuperſit. Contra eum magnum apparatum.

EJ. *Lettre à M.* BAGET *ſur les amputations* ib. 1757. 12. *. A. BAGIEU oſſis denudatum finem in amputatione ſerra juſſerat detruncari. Noſter amputationis modum defendit, in quo carnis ſegmen reſervatur, ſutura oſſis denudationem mavult occupare, neque emplaſtris fidit. Literarum in chirurgia utilitatem tuetur.

EJ. *éloge de Mrs.* BASSUEL MALAVAL & VERDIER ib. 1759. 8.

EJ. *diſcours hiſtorique & critique* additus editioni operis PETITIANI de oſſibus ib. 1758. 12. 2. vol. *. Hiſtoria litium, quas PETITUS ob hoc opus ſubiit. De tendine rupto recte ſenſiſſe; inveniſſe inſtrumentum hic delineatum, quo calcaneus ſurſum urgetur. EJUS tubulus pro fractura cruris cum vulnere conjuncta: alius D. ARNAULD ad fracturam colli femoris. Multa in DU VERNEYI l. *de oſſibus* eſſe DU VERNEYI junioris. Contra fiſſuras oſſium ſecundum longitudinem.

EJ. *Memoire ſur une queſtion anatomique relative à la juriſprudence, pour diſtinguer les ſuites du ſuicide de celles de l'aſſaſſinat* ib. 1767. 8. *. Ut homines ſuſpenſi adgnoſcantur, ut diſtinguantur, qui poſt mortem ab aliis ſuſpenſi fuerint ab iis, qui ſibi ipſi laqueo vitam eripuerint; a congeſto inprimis in violenta ſtrangulatione

tione ſanguine ſuſpenſos necari; ſubinde tamen vertebram aliquam luxari. Hæc & alia ſigna violentarum manuum ab autocheiria abeſſe.

* *Recueil d'obſervations d'anatomie & de chirurgie pour ſervir de baſe à la theorie des contre-coups* Paris 1766. 8. *. Collectio ex PETITI medici epiſtolis, VALSALVA, MORGAGNO, MOLINELLO, SANTORINO, WINSLOWO, HEISTERO. Sua noſter monita addit. Negat a læſa dura membrana cerebri convulſiones ſequi. De apoplexia magis chirurgicis quam aliis medicamentis curanda.

BOERHAAVII & S. v. SWIETEN *aphoriſmos chirurgicos* noſter gallice vertit & cum notis edidit Paris 1767. 12. 7. vol.

In *Memoires de Chirurgie* Tome II. de calculis in utero genitis collectionem dedit.

IDEM de elevatorio PETITI egit, quod commendat.

IDEM adverſus P. PAULUM MOLINELLUM pro PETITO de fiſtula lacrumali dicit. Et PETITUM feliciter ea curandi ratione uſum, & ſe ipſum. Tubulum ſponte elabi. Difficultates in ſpecilli per nares introductione.

ID. de oſſe poſt amputationem eminente, modisque, quibus id incommodum vitetur. Contra ſuturam. De D. BAGIEU ſecunda oſſis amputatione tamen nocuiſſe. Ut oſſis pars mortua abſque violentia ſeparetur. Vitari id malum carnibus retractis & reſervatis.

EJ. de amputationibus artuum majorum. Ut caro reſervetur, quæ os operiat, ut in humero, ubi minus eſt periculum. Præalto loco reſervatis duobus labellis amputatus humerus. In Tibia. Contra VERDUYNIUM. De brachio anteriori &c.

T. III. de Ranula. Non fieri a ſpiſſata ſaliva, quæ non ſpiſſetur unquam: requiri longam inciſionem tumori æqualem. In fiſtula ſalivali, cum parotis glandula intumeſceret, tamen noſter preſſione uſus eſt, neque ideo os ſiccum fuit.

Ib. de hernia incarcerata & inteſtinorum gangræna, quæ ſtrangulantur. Poteſt fieri, ut exigua inteſtini particula incarcerata ſit, eaque mali ſpecies ſatis facile ſanatur, etiam quando ſideratio ſupervenit. Quando totum inteſtinum ſtrangulatur, in parte rupta anus erit ſervandus artificialis. Raro ſuccedit, ut inteſtinum vulneratum convaleſcat, niſi arcus inteſtini incarceratus fuerit & adhæſerit, quo in caſu adminiſtratio RAMDOHRII locum poteſt habere. Aſperæ arteriæ particulam inteſtino inſuere non probabile eſt. Exempla gangrænæ ſanatæ & funeſtæ, & novi ani. Felicitatem ab inteſtini adhæſione per inflammationem nata fere pendere.

ID. de calculis urinariis extra lotii vias natis. Calculi per urethræ foramen in celluloſam telam circa ſcrotum elapſi. Inter eos ingentes lapides, facti ex multis minoribus per lapideam materiam conglutinatis.

EJ. magni momenti diſſ. de diverſis calculi ſecandi modis. De apparatu magno ex MARECHALLI conſilio producto, breviter. Noſter perfectionem adminiſtrationis fere in diviſione proſtatæ ponit. De lithotomo occulto F. JOHANNIS

NIS de S. COSMA, cujus ſucceſſus Academia Chirurgica accurate inveſtigavit. Inſtrumenti effectum incertum eſſe, & majorem deſtinata, & minorem facere incisionem, alias nimis alto loco ſupra collum veſicam aperire, alias profundius, & tunc veſiculas ſeminales diſcindere, rectum inteſtinum ſauciare, hæmorrhagias facere, alias proſtatam non ſatis dividere, unde difficilis calculi extractio ſequatur. In omni adminiſtratione bonos ſucceſſus citari. Correctio inſtrumenti a D. CAQUE' facta; mucro obtuſus, pars magna aciei demta, apertura magis definita. Pro FOUBERTI emendata ſectione, quam THOMAS feliciter mutaverit, ut certius veſicam aperiat. Sectionem deorſum dirigit. Ejus felices operationes. Feliciter ſub oculis SENACI eum calculos ſecuiſſe.

In T. IV. qui a. 1768. 4. prodiit, multa ſunt Cl. viri. De retractione carnium poſt amputationem. Nudatum os debere amburi; adeo non dolere, ut gratus ignis ſenſus ſit (ex PETITO). De cauſa ob quam carnes retrahuntur. Loco preli ſæpe manus preſſionem ſufficere: femoralem arteriam ſuperne in inguine debere urgeri. De carne aut cute, quæ amiſſa renaſcatur. Non vere reparari, ne cutem quidem, in cicatrice, neque papillas.

EJ. de herniotome. Non valde curat celluloſas laminas, quæ ſæpe ſaccum hernialem tegunt. Monet, ne ſaccus hernialis integer reponatur, qui præterea ſæpe undique adhæreſcat. Inteſtinum, quod reponi non poſſet, tectum & defenſum ab ipſa natura in ſitum legitimum fuiſſe retractum.

EJ. de meliori labii leporini ſectione. Scalpellum forfici præfert: nullas acus in vulnere relinquit, quod adductis labiis facile conferveat, ſolis emplaſtris glutinantibus adhibitis. Duplex etiam labium leporinum ſanavit.

EJ. de bronchotome duæ diſſ. prior hiſtorica magis, altera chirurgica. Ad firmandam aſperam arteriam ſemilunari forcipe utitur, ad incidendam fortiori lanceola. In angina eo auxilio utiliter uſus eſt, & etiam magis commendat, quoties in ea arteria quam diximus, corpus peregrinum reſidet, alioquin fatale futurum, ut per exempla conſtat.

EJ. *Hiſtoria Academiæ Chirurgorum* ad a. 1743.

Præmia ab Academia Chirurgica propoſita alias meruit, alias ad ea acceſſit, quæ meruerunt. Ad problema anni 1744. valde tum juvenis monet, ne cataplaſmatis aceſcentibus utamur, tumores potius induraturis. Egerat de emollientibus.

Præmium a. 1745. ipſe meruit. De anodynis. De tumore ab aure ad aurem continuato, qui in teſtium inflammationem abeat, niſi alvus ducatur. Ipſi tumori emollientia adponit.

A. 1747. de detergentibus egit. Inflammationis naturam ponit in ſanguinis per celluloſam telam diffuſione.

In

In *Merc. de France* 1754. Oct. In fiſtula ductus Stenoniani mavult ductum naturalem ſetaceo introducto reſervare.

In *J. de Medec.* 1758. T. IX. ſervatus homo, qui ſibi partes genitales totas præciderat.

Ibid. 1761. de ſarcocele diſſ.

Ib. 1762. Ej. *reponſe de M. L.* à Mrs. Faisole & Champeaux Lion 1768. 8. * cum iſtorum libro.

Ej. ſunt chirurgica in *Encyclopædia* varia, eorumque multa, quæ legi, omni laude digna. Vaginam in rectum inteſtinum apertam fuiſſe, partum tamen a Cl. Pean feliciter expeditum.

§. DCCII. Joseph Sue.

Chirurgus Pariſinus & Profeſſor.

Ej. eſt *traité des bandages & des appareils avec une deſcription abrégée des brayers* Paris 1746. 12. 1761. 12. *. Compendium pro tironibus, auctum nuperrimis faſciis, modeſte ſcriptum, cum grata eorum recordatione, per quos auctor profecit. De bracheriis, etiam de faſciis. De herniis nonnullis, in quibus inter inteſtinum rectum & partes genitales inteſtina elapſa ſunt.

Ej. *Elémens de chirurgie*, Paris (præfixo Londini nomine) 1755. 12. *. Major pars operis eſt phyſiologica, altera breve chirurgiæ compendium, quo paulo fuſius agitur de venæ ſectione, in qua venam, nimis tendini bicipitis muſculi vicinam, jubet promta manu removere; deinde de oſſibus molleſcentibus, quorum deterrimum exemplum in Supiota fuerit.

Ej. *de ſectione Cæſarea* diſp. Paris 1763. 8. *. De D. Soumain ſectione Cæſarea, anno 1740. adminiſtrata, in qua uterus tenuis fuerit, & pene exſanguis.

§. DCCIII. Angelus Nannoni.

Chirurgus Florentinus, Benevoli diſcipulus.

Ejus eſt *trattato chirurgico delle malattie delle mammelle* Firenza 1746. 4. *. Venet. 1762. 12. Cum l. *de ſimplicitate* &c. Venet. 1765. Pathologia morborum mammæ Boerhaaviana. Multæ inflammationum, ſcirrhorum, œdematum, ſuppurationum hiſtoriæ. Inflammationi, etiam ſcirrho, calentem poſcam opponit. Turundas rejicit. Scirrhum exſtirpat, rejectis medicamentis cauſticis. Amputationem deſcribit, ſæpe a ſe ipſo ſuſceptam, quæ unicum tutum adverſus cancrum ſit præſidium. Suturam commendat, non tamen, ut ſemper neceſſe ſit eam injicere. Hydrargyrum non laudat in mammæ ſcirrho: poſcam calentem præfert.

Ej.

Ej. *diſſertazioni chirurgiche*, 1. *della fiſtola lacrimale*, 2. *della cataratta*, 3. *de medicamentis exſiccantibus*, 4. *de medicamentis cauſticis* Parigi 1748. 8. *. In 1. ſtudet oſtendere, ſuperfluo labore novam ad nares viam parari, cum ſaccus lacrumalis ſemel apertus nunquam non coaleſcat, & ſuperſtes poſt curationem lacrumatio facile tolerari poſſit. Quando pus non fætet, debere aquam aluminoſam injici; ſi ulcus adfuerit, nihil injectionem poſſe, cum eo in caſu canalis lacrumalis fungis fere plenus ſit; quare ſaccum nunc aperit, ſuper ſtylum, & carpto replet &c. Cuneos & cannulas rejicit. Ad finem Benevoli de carunculis ſententiam defendit. 2. In cataracta deponenda teretes acus præfert, maturitatem requirit, vitium certe ſæpe in capſula ponit, cataractam etiam non bene depoſitam & reſurgentem ſperat ſponte deſcenſuram & evanituram. Cum bene depoſita fuiſſet cataracta, eamdem iterum adſcendiſſe, ſed evanuiſſe. In anteriorem cameram elapſam inciſa cornea educit. In 3. 4. *diſſ.* quæ latine ſcriptæ ſunt, medicamenta quædam ſua mire laudat, & inter ea mundificans emplaſtrum. Tumor cyſticus non deſerendus, quoad totus a cauſticis conſumtus ſit. Struma ulceroſa colli & glandulæ maxillaris alumine uſto ſanata. Sarcocele fotu tepido & mercuriali frictione ſublata. Unguenti viridis in hoc malo præcipuam eſſe laudem. Hæ diſſertationes proxime ad eam acceſſerunt, quæ judice Academia Chirurgorum Pariſina præmium retulit. Longe mihi videtur eas ſuperare, quas Academia præmio condecoravit. Vulnera a nimio ſpiritus vini uſu utique ſiccari, cum modico uſu etiam ambuſtis convenire. Recentia vulnera frigida curat. Ulcera vix abſque ſiccantibus medicamentis claudi, quo plumbum refert, ſæpe tamen tutiam etiam requirit, aut ceratum Iſidis. Si magna fuerit ſuppuratio, ægrum melius alere convenit. In vetuſto & difficili ulcere cutis tenſionem unguento conpeſcuit. Unguento ex terebinthina, tutia &c. conpoſito vetuſta ulcera ſanat. Exigua in ora palpebræ ulcera lapide infernali corrigit. Tumoribus cyſticis calcem & ſaponem mollem inponit. Viridi unguento Andromachi ſarcoma teſtis abſtulit. Si caries conjuncta fuerit, alumine opus eſt, & præcipitato hydrargyro.

Ej. *diſcorſo chirurgico* Firenza 1750. 4. *. Potiſſimum de amputatione agit. Cutem prius quam cultro utaris, jubet retrorſum ſtringere, ut ejus reſerves quantum ad tegendam ſectionem trunci ſufficit. Ipſam dum ſecat carnem, faſciam ſurſum ducit, ut etiam ea os operiat. Arterias apprehendere, adtrahere & ligare non probat, unde varia mala ſequantur, & potiſſimum etiam convulſiones. Garengeoto male ceſſiſſe, quod ſuadente Francisco Quesnai reſervato carnis ſegmine artum tentaverit amputare; cum enim hæmorrhagiam premendo conpeſcere vellet, gangrænam acceſſiſſe (Pariſiis enim noſter aliquamdiu vixit). Suturam, qua cutis ſupra truncum adduceretur, feliciter ceſſiſſe, & ſibi, & aliis: ſolum circumjectum ſuperius vinculum, quod Benevolus commendat, continendo ſanguini non ſuffeciſſe, quando ægrotus viribus pollebet, & neceſſe fuit prelo tortili uti, & lentiſſima ſanatio ſecuta eſt. Maggetum Lo-

Locarnenſem chirurgum unico vinculo, noſtrum binis uſum eſſe, omnes tamen deligationes ad gangrænam ducere poſſe. Fuiſſe ubi convoluto faſciis & preſſo artu noſter ſanguinem coercuerit.

EJ. *trattato chirurgico ſopra la ſimplicità de medicare i mali d'attenenza alla chirurgia* T. I. Firenz. 1761. 4. * majus opus. Noſter ad BENEVOLI ductum mitiori favet chirurgiæ, quæ inciſiones, quantum poſſit, avariſſime exerceat, parcat doloribus, aerem ad interiora corporis non admittat, neque carnem ſpiritu vini tangat, ſiccoque carpto in vulneribus contenta ſit. Hæc ſua axiomata ex ſua experientia per plurimorum caſuum felicitatem confirmat, tum aliorum, in quibus inciſiones repetitæ & ſpirituum vinoſorum prodigalitas nocuit. Neque tamen ferro uti metuit. Cancroſas mammas amputat, acus in labiis relinquit, quæ dicuntur leporina. Naſum pene totum reſectum vidit reconciliari, & cartilaginem conſervere. Mali eventus in tumoribus ad genua, quibus inciſis ferrum aeri acceſſum aperuit. Celluloſam telam vidit induruiſſe, motum muſculorum moratam eſſe. Ut tendo Achillis cum integro artus motu ſanatus fuerit. Rejicit balſama, & in univerſum fere in medicamentis internis ſe continet. Inflammationem colli veſicæ cum ſuppuratione conjunctam feliciter ſanavit. Induratas arterias, frequens malum, conpreſſione ſuperavit. Gallos nimis, etiam in contuſis, ferro indulgere. Inde quinquaginta ſequuntur curationes, fracturæ calvariæ, aliorum oſſium, quorum magna fragmenta repoſita adhæſerunt. Calculorum ſectio, hos inter ſimilis erinaceo. Polypi bini. Carbunculos cum periculo incidit. Cataracta depoſita, quam putat ſæpe ſe membranaceam vidiſſe. A DAVIELII extractione cataractæ inflammationes naſci, puto injuſte. A cerebelli abſceſſu mors lenta. Veſicas cieri ob oculorum inflammationes non probat. Saccum lacrumalem ad fiſtulam curandam aperit, carpto linteo replet, neque ultra curat, aut cariem, aut lacrumæ viam. Caruncula in urethra feminina vidit & reſecuit, non perinde in virili. PALFYNI forcipe frequenter uſus eſt, & caput incuneatum ſolvit, ubi manu non potuit expedire, periculoſos vero hujus mali caſus aliquot recenſet.

§. DCCIV. VARII.

MOUTON, chirurgus dentarius, edidit Paris 1746. 12. *Eſſai d'odontotechnie, ou diſſertation ſur les dents artificielles.* Artem ſuam laudat. De triplici dentium artificialium inſerendorum encheireſi. Cochlea ſpirali in radicem dentis novum dentem inſerit. Totam ſeriem dentium artefactorum elatere confirmat, ut inmitti poſſint & auferri. Denique dentem evulſum in alveolum dat, quem ſæpe reperit conprehendere. Ut dentes artificio in os plantati conſerventur.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX *diſcours ſur les moyens d'établir une bonne intelligence entre les medecins & les chirurgiens* Paris 1746. 4. *. Sermo in ſcholis medicis eo anno pronuntiatus, ſale plenus & ironia. Chirurgos nova petere, medicos ſua tueri. Medicis inſpectionem in chirurgiam deberi. Chirurgiam a medicis

medicis in Europa natam eſſe, ipſo fatente PAREO. Non ſufficere clinicis conſiliis chirurgos.

Memoire pour le S. de la PEYRONIE *& le Prevot & College des chirurgiens, contre le Doyen & la faculté de Medecine* Paris 1746. 4. *. Fuiſſe utique literatorum chirurgorum collegium, qui abſque ulla ſubjectione, quam medicis debuerint, honores artis ſuæ candidatis tribuerint. Nuperam legem nihil novi chirurgis dare, reddere vero antiquum ſplendorem, quem a. 1660. ſenatus obſcuraverit (Male certe chirurgi phyſicos & LANFRANCUM ſuis annumerant, qui veriſſimi medici fuerint, neque ſatis dilucide reſpondent ad decreta Univerſitatis anni 1436. & 1515, quibus ſe ſcholares medicorum ſint confeſſi, quorum ſcholas auſcultarent. Fatentur iidem leges Regni Bleſenſes juſſiſſe chirurgos medicis præſentibus ſuos recipere candidatos, neque cadavera ſibi promiſſa fuiſſe, niſi medicis præſentibus).

ANT. CASAMAJOR la PLACE *deſcription d'une nouvelle aiguille propre à faire la ligature des vaiſſeaux* ib. 1746. & cum GOULARDO 1747. 12. *.

In FRANCISCI de PAULA COMBALUSIER *pneumatopathologia* ib. 1747. 12. & alias edita, aliqua habet huc facientia. Tympanites cum aſcite feliciter tentata punctura, quæ fiebat acu triquetra.

STEPHAN. CHARDON de COURCELLES, medici, *manuel de la ſaignée pour l'inſtruction des jeunes chirurgiens* Breſt 1746. 8. 1763. 12. LUDW.

EJ. *manuel des operations de chirurgie les plus ordinaires pour l'inſtruction des éléves chirurgiens* ib. 1756. 8.

CLAUDE FRANÇOIS ATTHALIN, profeſſoris Veſuntini, *Lettre à un Medecin de la province, au ſujet d'une obſervation ſur les accidens funeſtes ſurvenus au bout de 54 jours à un coup reçu à la tête, qui n'avoit occaſionné aucun accident primitif* Beſançon 1746. 8. * Poſt lapſum & depreſſam calvariam, & terebræ uſum, ſanguis in cerebro effuſus, qui corrumpi incipiebat, & initium putredinis cerebri ipſius. Non male duram membranam inciſam fuiſſe. Uterum totum elapſum eſſe, neque ſuppreſſos ideo menſes.

SAMUEL MIHLES M. D. *the elements of ſurgery adapted to the uſes of the camp and navy as wel as to the domeſtic ſurgeon* London 1746. 8. *. Non inutile compendium totius a capite ad calcem chirurgiæ, etiam faſciarum & vinculorum, cum numeroſis iconibus. Paſſim BOERHAAVIUM ſequitur, neque tamen credas, DU VERNEYUM Pariſiis præſente BOERHAAVIO anno 1730. (cum eſſet nonagenarius) brachium ex acetabulo ſcapulari excidiſſe. Propria ne exſpectes.

ROBERT WILLAN *on the kings evil* Lond. 1746. 8. OSB.

ABRAHAM BAEK *tal om nyttan ſom tilflytar läkare konſten af en wäl irättad Lazareth i Stokholm* Stokh. 1746. 8. *. Bis ſe vidiſſe femoris luxationem. Raro bene ſuccedere tibiæ amputationem &c.

Ej. in *Wet. Acad. Sw. handl.* 1746. de morſu ſerpentum, aſpidis, viperæ. Ab iſta tamen canes occiſi.

A. 1749. de calculi ſignis, ut adeſſe lapidem adgnoſcamus, non adhibito cathetere.

J. Franc. Scardona *aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis* Padova 1746. 4. *. Multa chirurgici ſcopi. Venam jugularem, quando ſecatur, non neceſſe eſſe ligari. In magna hæmorrhagia fungum Melitenſem laudat. Cantharides in angina. Cephalea graviſſima exemtis fragmentis carioſis oſſis frontis ſanata.

Hyacinthi Anselmi Castellani *lettera apologetica* Mantua 1746. fol. Excuſat fomentationem ſapone & bryonia factam in contuſione, ab alio Medico inculpatam.

D. Chiesa tecto nomine reſpondit in *riſpoſta ſopra la lettera apologetica del* S. Castellani 1746. 4. Saponem utique nocuiſſe, ut ex morbi hiſtoria adpareat.

Angelo Buoni *contro critica medico chirurgica, nella quale con cinque lettere dirette ad un amico ſi riſpoſta ad una lettera cieca data in Cento il* 15. Novembr. 1746. *Nella prima lettera ſi dimoſtra l'inſufficienza della detta riſpoſta, nella ſeconda ſi porto la medeſima cieca riſpoſta, che deſcrive la ſtoria del malo colle ſue pruove, e ſi riſponde. Nella terza, quarta e quinta lettera ſi fa l'apologetica ſuddetta colla cenſura fatta della riſpoſta, e la contro critica* Venez. 1752. 4. Mazuchelli. De uſu ſaponis. Videtur ad priorem litem pertinere.

Deſcrizzione degli inſtrumenti, delle machine, delle ſuppellectile relatte ad uſo chirurgico medico del D. Ippolito Rondinelli *opera di* Don Miragoldo Firenza 1746. Ita lego.

Pferdarzt oder Mittel vor allerhand Pferdekrankheiten Leipz. 1746. 8.

§. DCCV. Disputationes.

Beatus Ignatius la Chausse'e *de hernia ventrali* Argentor. 1746. 4. * & in *meis ſelectis*. Curatio in gravi caſu felix.

Caspar Marti *de loco præternaturali orificii ductus ſalivalis Stenoniani ſanato* Baſil. 1746. 4. *. Fiſtula ductus parotici exterius in gena patuli, cum cæca eſſet, ſanata.

Mich. Ludw. Knobloch *de cancro mammarum* Jen. 1746. 4. Pl.

J. Adam Reichart (præſide J. Ad. Wedel) *de tumore abdominis poſt partum in nonnullis mulieribus non ceſſante* ib. 1746. 4. *.

Ern. Frid. Burchard *de faſcia venenum expellente* Roſtock 1746. 4. Boehm.

Georg Alb. de Selpert *Medicina plagoſa* Gotting. 1746. 4. *. Præſide G. G. Richter.

Godofr.

GODOFR. HOERLE *de ſtaphylomate fungoſo* Gieſſ. 1746. 4. *.

B. LIEBERKUHN *de nephritide* Leid. 1746. 4. *

P. v. HAMEL *de abortu* Utrecht 1746. 4. *.

H. KINTIUS *de nephritide* Leid. 1746. 4. *.

EVERARD HENRICH v. MARLE *de œdemate* ib. 1746. 4. *.

FR. BEDAULT & ANT. PETIT *Ergo in paronychiæ operatione torcular verſus ſupernam brachii partem applicandum* Paris 1746. 4. *.

JOH. CL. MUNIER & J. FR. PARIS *E. poſt gravem ab ictu vel caſu violento capitis contuſionem, etiam mediocriter ſuſpecta cranii fractura vel fiſſura, cutis una cum pericranio ad os uſque incidenda* ib. 1746. 4.

LUD. REN. MARTEAU & FLORENT. CARL. BELLOT *E. ad extrahendum e veſica calculum diverſa pro re nata debet uſurpari chirurgia* ib. 1746. 4.

JOS. LALLEMANT & JULIAN JAC. HINGANT *E. vulneri moderate ſuppuranti rara curatio* ib. 1746. 4.

PETR. IS POISSONNIER & PASCASIUS BORIE *E. in vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præſtat* ib. 1746. 4.

ANT. le CAMUS & BARTHOL. TOUSSAIN le CLERC *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda* ib. 1746. 4.

CL. BOURDIER de la MOULIERE & DIONYS. PAUTIER de la BREUILLE, *non E. ingruente in artubus gangræna a cauſa interna amputatio imperanda* Paris 1746. 4.

GUIL. RUELLAN & JAC. LAUR. MAUROY *non E. eryſipelati topica* Paris 1746. 4.

PETRI ARCELIN & DION. CL. DOULCET *E. ani fiſtula ferro tutius quam cauſticis aut ligaturis curatur* ib. 1746. 4.

PETR. CHEVALIER & STEPH. POURFOUR du PETIT *E. ſeneſcentibus oculi inflammationibus conjunctivæ ſcarificatio* ib. 1746. 4.

PETITUS dedit etiam *remarques ſur l'extrait du memoire de* M. DAVIEL *inſeré dans le Mercure du mois d'Août* 1752. Apud RAZEUM & AVICENNAM extractionem cataractæ reperiri.

FR. BERNARD & NAT. ANDR. J. BAPT. CHESNEAU *E. in aſcite paracenteſin tardare malum* ib. 1746. 4.

JOH. le THIEVLLIER & LUD. GABR. DUPRE' *E. exercendæ chirurgiæ juventus aptior* ib. 1746. 4.

JAC. BRING ſub præſidio B. J. de BUCHWALD *de cauſis partus difficilis notabilioribus adjecta uteri conſtrictione tribus obſervationibus illuſtrata* Hafniæ 1746. 4.

§. DCCVI. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 478. J. Fothergill de rupto diaphragmate, per quod ventriculus & pars inteſtinorum in pectus adſcendit.

N. 479. J. Breintal deſcribit ſymptomata, quæ ipſe expertus fuit, cum a ſerpente caudiſono demorſus fuiſſet.

N. 480. Cl. Arderon de inflammatione violenta, nata a ſeta, quæ pedem ſubierit.

Georgius Howell de magno calculo ex urethra exciſo.

N. 481. Petrus Templeman de uteri ſcirrho.

Edward Bailey de calculo ex equæ inteſtino exciſo.

N. 482. Guilielmus Fidget de calculo decem unciarum & dimidiæ in canis veſica reperto, quæ ſe circa calculum contraxerat.

In *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. III. Bonon. 1746. 4. *. J. Antonius Gallus egit de fetu quem ex tuba, ut videtur, excidit, eventu quidem minus felici.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc. de Paris* 1746. Bernardus de Jussieu recenſet, ut ope tincturæ alcalinæ *Eau de Luce* hominem ſervaverit, quem vipera momorderat, cum idem ſymptomata ſatis ſæva pateretur.

Redit in *Mercure de France* 1747. Septembre.

In *Select. Francofurt.* T. IV. vol. II. Barth. Lud. Hückel de ſecundis retentis funeſto eventu.

Philip Samuel Giering de ſanato per repetitam inciſionem puero, cui anus nullo oſtio patebat.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1746. Guillerme de fetu per anum reddito.

§. DCCVII. Andreas Levret.

In arte obſtetricandi peritiſſimus, & celebris auctor.

Ej. *obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux* Paris 1747. 8. * 1762. 8. & nuper 1770. 8. *.

In prima editione auctor primum agit de capite fetus abrupto & in utero relicto, quæ calamitas fere accidit, quando fetum capite ſuo in pelvem inpactum obſtetrix ſubito pedibus extrahere conatur, in quem errorem etiam G. la Motte ſe incidiſſe fatetur. Auxilia. Rejectis aliis omnibus Levretus inſtrumentum ſuum proponit, ex tribus factum laminis, quæ caput poſſint amplecti, & quæ in vertice uniuntur. Inde ad caput inpactum forceps ab Anglica hactenus diverſa, quod ſuperne paulum cavata ſit, quodque propriæ ope laminæ duo brachia aut ſuperius magis conjungere liceat, aut inferius. Exempla, in quibus difficillimos hac

ipſa

ipſa forcipe partus expedivit. Placentam non perpetuo eadem in ſede adhærere, & alieno loco adnatam partum difficilem facere, cauſamque eſſe poſſe, cur uterus rumpatur. Tres modi quibus caput ad clavi modum poſſit inpactum eſſe. Germanice vertente J. JULIO WALBAUM Lübek & Altona 1758. 8. *.

EJ. *ſuite des obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux* Paris 1751. 8. *. Pluſculæ ſunt diſſertationes. 1. Reſpondet ad docti viri in *diario eruditorum* a. 1749. *Mai* inſertum aſperum de ſuo opere judicium, qui DEVENTERII gloriam ſibi defendendam eſſe putabat. Fatetur tamen ſe ſuum ad extrahendum fetus caput excogitatum inſtrumentum nunquam adhibuiſſe. De judicio Societatis Regiæ Britannicæ conqueritur. De cauſa, quæ facit, ut caput fetus ſæpe in utero retineatur. Obliquitatem, & humeri in oſſe pubis decubitum, & caput ad latus converſum accuſat, unde dolores evaneſcant. Ut huic malo medeatur, repulſo capite, extractis pedibus; aut manu certe humerum depellente. Denique fetum, ſi vitam amiſerit, unco extrahere jubet. 3. Situm obliquum fetus oriri fere a placentæ ad alienam uteri ſedem adhæſione. Dari etiam, ubi ea in cellula uteri ſedeat, quæ conſtrictam placentam continet. Situs perverſi fetus ſigna: conſilium, educere lateraliter converſo capite, ut FIELDING OULD præceperit. 4. De ſuæ curvæ forcipis prærogativis. Utiliter ſe ea uſum eſſe, potiſſimum etiam, poſtquam eam leniter curvam reddiderit. 5. RATHLAUWI, quod continuo dicemus, inſtrumentum ROONHUYSIANO præfert. 6. Contra forcipem GUILIELMI SMELLIE. Corium improbat, & debilem crurum unionem, cæterum omni alteri, etiam ſuæ præfert. 7. Contra ſectionem Cæſaream, quam tamen admittit, quando pelvis nimis anguſta eſt, aut fetus in pelvi ſedet. Non ſupremam partem uteri mavult incidi, & abdomen cultro in parte convexa ſecante aperiri. 8. De cauſa frequentis funeſtæ puerperarum hæmorrhagiæ: eam tribuit laxitati uteri, qui non valeat ſe conſtringere; ei malo opem fert, dum partum reddit quam lentiſſimum. 9. Forceps longa, cochlearibus perforatis, qua uteri polypos extrahit. 10. BOEHMERI quam diximus diſſertatio: ei addit noſter notas, in quibus forcipem tricrurem defendit, forcipem ſuam laudat. 11. Inſtrumentum ſuum pro extrahendis polypis contra SHARPIUM tuetur.

Utrumque opus recuſum prodiit Paris 1770. 8. *. Priori aliqua in hac editione acceſſerunt; de forcipe Ægidii le DOUX; de ſuis in PALFYNI forcipe emendationibus. Plus in poſteriori (*ſuite*) eſt auctariorum. Fuſe de laminis ROONHUYSIANIS, quæ interim melius fuerint deſcriptæ: eas undique rejicit, & forcipem præfert. SMELLIUM ſuam in forcipe curvationem eſſe imitatum. Ea forcipe utendum, quoties in capite inpacto pueri tumor naſcitur, neque id progreditur.

Aliud opus Cl. viri eſt *Obſervations ſur la cure radicale de pluſieurs polypes de la matrice, de la gorge & du nez operés par de nouveaux moyens* Paris 1749. 8. *. Multa inſtrumenta proponit, aut aliis ſubſtituit, quæ abrogat. De polypis agit accurate. De uterinis, eorumque ſpecie, quæ de fundo uteri pullulat. Ut

Ut remoto & recondito loco polypus poſſit ligari circumjecta anſa, deinde adducta. Ligare quam evellere mavult. De hæmorrhagia ex polypis oriente; de propendente de oſtio uteri tumore; de curatione, quæ ſit a ligatione ſperanda. De polypis ex collo uteri natis, nullum ſanguinem cientibus. De aliis ex oſtio uteri prodeuntibus, qui ligati delabantur. Ut polypi diſtinguantur a prolapſu. De utero integre prolabente, & de partu ex ejusmodi utero; polypi pars inferior latior, prolapſus anguſtior eſt. Cum utero inverſo & integre elapſo etiam vaginam elabi, id rarius eſſe. A peſſo imperfectum prolapſum coercer, etiam manu. Cum utero inverſo etiam partem veſicæ & recti inteſtini excidiſſe; ut id malum diſtinguat a polypo, cavitate, aliis ſignis. Frequenter tunicam internam inteſtini recti elabi. Tumores ejus inteſtini internos petiolatos ligare oportet: prolapſum etiam ligare voluit. Exemplum ſponte elapſi polypi uterini, cum a natura ſtrangularetur. Polypus oſtio uteri adnatus. Prolapſus varii. Cum vagina veſica calculo feta elapſa. Polypi vaginæ, qui putantur prolapſus eſſe, ſunt membranæ internæ productiones. Polypos narium præſtat ligare quam evellere. Ozæna ſanata cum magna pars maxillæ periiſſet. MANNII polypi ſectiones & evulſiones, acu ſubinde altius ligati; tum ejus polypi, qui per nares & per fauces pendebat. Velum palati findi debere. Uvula ut ligetur: Reſecanda forfice. De narium polypis, quorum paucos ligando ſanavit, in aliis minus felix fuit. Unicum ſemper polypo eſſe petiolum, etiam maximo & multiplici. Ad polypos faucium. Inſtrumenta fere eadem, quæ in uteri polypis. Ad mucoſos polypos acetum lethargyrii. De ozæna aliqua. LE CATII ad polypum inſtrumentum. Noviſſimum LEVRETI multo ſimplicius inſtrumentum nondum erat repertum, cum hæc ſcriberet.

Altera editio 1759. 8. ſucceſſit, tertia 1772. 8.* Opus ipſum parum auctum, præter pauculas adnotationes. Verum *ſupplementum* novum eſt. In eo aperit nova conſilia & perfectiones, quos ſuis inſtrumentis ad vinciendos polypos addidit. Tubum tripartitum pro uterino polypo curvum fecit, filum ceratum argenteo filo præfert. De polypis uteri utiles adnotationes. Perinde curari eos, qui ex oſtio uteri pullulant, eosque qui de utero excreſcunt. Polypos ex utero in vaginam prominentes oportet ligare. Alia præter hos polypos ſarcomata ſanationem reſpuunt, & reſecta repullulant, quæ ex uteri abſceſſu oriuntur; curantur autem ligando polypi, a quibus ulcus abeſt. Utiliter aliquoties quotidie in vaginam aptus liquor injicitur. Qui tumores & de ore uteri prodeunt, & una de vagina, eos noſter mavult non ligare. Polypi faucium periculoſi, ſenſu acutiori ſunt, facilius recrudeſcunt. Ad hos polypos & argentea anſa utitur, & una filo cerato. Ut vinculum adaptetur. De polypis aurium: tubulos ad eos ligandos noſter nunc minores facit. Facilius ſanantur. In curando encheireſis.

In *Journal des ſavans* 1749. tuetur ſe contra anonymum, quem dicemus. Forcipem Iperæ ab ÆGIDIO le DOUX, Gandavii a PALFYNIO inventam eſſe (non inventore). Queritur ſuæ forcipis uſum Pariſiis non eſſe adoptatum. Placentam

centam utique non conſtanter ad certam ſedem uteri adhærere. Recuſa hæc diſſ. exſtat in *ſuite d'obſſ.*

Id. in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. de educenda poſt fetum placenta. Retineri a conſtricto oſtio uteri. Breve tempus eſſe, quo poſſit manu ſolvi, idque tempus eo citius adeſſe, quo robuſtior femina & minus aquæ fuit. Naturæ jubet non diffidere. Si nimis cito placenta deceſſerit, nondum ruptis membranis, debere digitis oſtium uteri titillari, ut ſe contrahat. In abortu putridam placentam aquam cum althea decoctam injicit. Quando hæmorrhagia urget, ſolvendam manu placentam, dum venter urgetur.

Id. de polypis vaginæ & uteri. Inſtrumenta in priori opere deſcripta aliquanto ſimpliciora reddidit, ut nunc duplex ſit tubulus cum filo argenteo trajecto, quo polypos facile ſit ligare. Ut ſua per ſigna fungum a prolapſo utero & ab elapſa vagina diſtinguas. Curationem fere tutiſſimam eſſe in vinculo repetito, ut paulatim altius injiciatur.

Explication de pluſieurs figures ſur le mecaniſme de la groſſeſſe & de l'accouchement.

L'art des accouchemens demontré par des principes de phyſique Paris 1761. 8.*. Germanice Gera 1772. 8. Plura ſunt opuſcula. 1. Compendium artis, qua partus difficiles expediuntur. Clitoridis caput in puellis ſubinde reſecare neceſſarium videri, & abſque periculo reſecari. Partum præcipitem periculo plenum eſſe, & non raro funeſtum. Ut uterus rumpatur, ex fetus calcitratione. Forceps curva ad caput ad clavi modum inpactum. Rariſſime uncis utendum. De obliquitate Deventeriana varia; de caſibus, in quibus Cæſarea ſectione opus eſt. In hydrocephalo habet terebram duabus laminis ſcindentem. Fetus capite inpacto converti nequit. Quoties placentæ pars de utero deceſſit, fetum oportet confeſtim extrahere. A nimis præcoci funiculi delapſu hæmorrhagia. De ligandis polypis. De fungo articulorum: de ulcuſculis corneæ tunicæ oculi lapide infernali ſanatis: de ſanguinis ex ano jactura inflata veſica conpeſcenda: de tumorum in utero ſignis: de medicamento coagula etiam ſanguinis reſolvente, oleo nempe tartari per deliquium. In aphoriſmos Francisci Mauriceau animadverſiones.

Ej. *eſſai ſur l'abus des regles générales & contre les prejugés qui s'oppoſent au progrès de l'art des accouchemens* Paris 1766. 8. *. Liber popularis. Fetum ante partum ſe dare præcipitem. De herniis diſſimulatis, & earum in parturitione incommodis; de tumoribus in celluloſa tela pelvis ſubnaſcentibus; de veſicæ urinariæ prolapſu integro, aut imperfecto. Nunquam ſecundæ extractio præcipitanda, niſi propter ſanguinis fluxum, & exſpectandum donec uterus vires ſuas recuperaverit. Catheteres aliquos deſcribit, & inſtrumenta ad ligandos uteri polypos idonea, quæ inter tubulus eſt bilocularis. De freno linguæ, quod egeat inciſione. De dentitione aliqua. Hernia veſicæ in vaginam nitentis præmagna, ex lapſu orta.

In *Journ. de Med.* T. XXXII. novum inſtrumentum ad ligaturam in locis

profundis injiciendam. Duo ſunt tubuli obtuſi in cardine mobiles, per quos chordæ metallicæ vel cannabinæ introducuntur, quibus fungus ambeatur & adſtringatur.

T. XXXIII. Ejusdem de ſumma-utilitate forcipis curvæ.

Ej. de vinculo polypo de palato pullulanti injiciendo.

Ej. contra Laugieri artificium ad tumores in utero ligandos.

Ej. inſtrumenta ad fungos in ſumma gula vinciendos.

T. XXXIV. de peſſis, qui ex ſubere fabrefiunt, ceræ incocto. Peſſi cordati. Pelvis nimis ampla certo prolapſum facit uteri.

T. XXXV. contra Buttetum de vinciendis uteri polypis. Emendatio inſtrumenti, quo polypos intra nares ligat.

T. XXXVI. fuſe de peſſis. Iis os uteri debere inniti, ad eam ergo ſedem debere cavos eſſe. Subere utitur cera tecto. Petiolum etiam peſſo dat, qualem Suret. In pelvi nimis ampla certo uterum prolabi. Ut poſſint per peſſos feminæ concipere.

T. XXXVII. de ſugendo & papillæ vitiis. Tumores mammæ cornei. De morbis infantum nuper partu editorum: lingua ad fauces adhærente, facile ſeparabili: freno nimis longo, quod oporteat incidere, cum alioquin infans fame pereat. Dari & vincula præter naturam nata per latera linguæ, quæ inciſione & ipſa egent. Caro ſub lingua fungoſa, funeſta, quæ deglutitionem impedit. Labium leporinum: poſſe poſt ſectionem apta deligatione curari. De optimo modo, quo funiculus ligatur. Oportere ſanguinem exprimi. De teſtibus, raro in ſcroto eſſe in maſculis pueris modo natis: dum teſtis per anulum tranſit, noſter ejus iter adjuvat. De tumore quaſi pultaceo in capite pueruli: ſanguinem continere, quem oporteat decuſſata ſectione emittere. De oſſibus longis incurvatis, eorumque correctione. Ad vulnera capitis adhiberi decoctas radices arundinis. In rachitide oſſa molleſcere.

T. XXXIX. an liceat in caſu neceſſatis puero brachium amputare, qui aliter partu non poſſet edi. Licere noſter.

De labio leporino ejusque cauſa mechanica.

§. DCCVIII. Petrus Rahtlauw.

P. Rahtlauw, chirurgus & obſtetrix Amſtelodamenſis.

Ej. eſt *het beroemd geheim in de Vroedkunde van* Rogier Roonhuysen *ontdekt en uytgegeven op hooge oordre* Amſterdam 1747. 8. *. Laminas Rogerii v. Roonhuysen deſcribit & depingit, quæ ad utrumque latus capitis fetus in utero inmittuntur, deinde manu adducuntur; ita caput clavi modo inpactum apprehenditur & educitur. Hoc arcanum inſtrumentum ab inventore ad chirurgum van der Swamm, ab eo ad D. Cornel. Henr. Velsen, hinc ad noſtrum tranſiit,

ſiit, ita demum veniam obtinuit exercendæ artis. Deſcribit etiam forcipem Anglicam, & corrigias, quas D. SANDER Londini capiti fetus circumjicit, ut extrahat. Teſtimonia adducta, verum inſtrumentum ROONHUYSII ſe depingere. Nullum Pariſiis aut Londini inſtrumenti *tiretête* uſum eſſe.

Cum interim duo medici Amſtelodamenſes negaſſent, verum inſtrumentum ROONHUYSII a noſtro deſcriptum fuiſſe, tuitus eſt ſe in epiſtola inſcripta *brief bevattende eenige aanmerkingen op een werk uytgegeven door* J. *de* V. & H. *van der* POLL Amſterdam 1754. 8. *. Fieri poſſe, ut hi viri genuinum pariter ROONHUYSII inſtrumentum poſſideant, potuiſſe enim auctorem aliquid mutaſſe. Suum certe, a ſe in ipſo opere compertum eſſe, chirurgi votis reſpondere. Dari & tertium inſtrumentum, quod pariter ROONHUYSII ſit. Suum a medicorum, qui ſibi adverſantur, inſtrumento parum differre. Cum ROONHUYSIANO illo venali arcano etiam eſſe, qui infeliciter obſtetricentur.

EJ. *verhandeling van de cataracta derzelve oorzaaken, kentekenen en gevolgen en inzonderheit de manier der operatie* ib. 1752. 8.* & Gallice 1751. 8. *. Noſter CAROLI de S. YVES & ANTONII FERREIN diſcipulus fuit. Ejus judicium de HILMERO, quem totum rejicit, & TAYLORUM pariter pro impoſtore habet. Hiſtoria cataractæ, quam HIPPOCRATES jam pro lentis cryſtallinæ opacitate adgnoverat, ſic PLEMPIUS. Vidiſſe ſe cataractam membranaceam, nempe lentis cryſtallinæ opacam capſulam, eam ſe diſſecuiſſe, viſum rediiſſe. Nullas dari membranulas, quæ in aquoſo humore cogantur. Opaca capſula, remota lente, tamen poteſt cæcitatem facere; eam oportet findere, eademque eſt membranacea cataracta auctorum. Id malum depoſitum adſcendit, quando capſulam rumpere negleximus. Acum non debere planam eſſe, neque ſcindente acie. Non ſemper lentem oculi molleſcere, antequam in cataractam tranſeat. Puncta etiam & araneas ſedem in lente habere. Signa cataractæ veræ, ſigna maturitatis. Ab inflammatione diſſipata cataracta. Contra vulgarem deponendæ cataractæ modum, pro FERRENIANA, quam fuſe deſcribit. De ophthalmia quam metuit. De procidentia oculi infantili. Morborum oculi icones aliquæ. Inter eas capſula opaca, cataracta membranacea connata (nempe membrana pupillaris); glaucoma ſ. tumor *cæruleus* lentis, quæ ſubinde in cameram tranſit anteriorem.

De ſuo inſtrumento ad partum expediendum. Forte non fuiſſe idem cum ROONHUYSIANO, ſed eadem certe præſtare.

In noſtris *Gotting. Anzeigen von gelehrten Sachen* 1753. n. 99. leges RATHLAVII diſſ. de medicamento adverſus morſum canis rabidi, etiam quando aquæ metus invaſit, efficaci, ex oleo vitrioli & vulgari oleo conpoſito, deinde ex ovis & oleo lini: quæ omnia valde videntur improbabilia.

Contra noſtrum continuo prodiit *klaare bewys dat het berugte geheim in de Vroed kunde van* ROGIER ROONHUYSEN *ontdekt door* J. P. RAHTLAUW *volſtrekt vals en het inſtrument onnut en gevaarlyk en doedlyk is* Amſterdam 1747. 8. *. Subſcripſiſſe videntur chirurgi obſtetricii Amſtelodamenſes, qui arcanum ROONHUYSII

 inſtrumentum,

inſtrumentum, per traditionem perpetuam ſibi transmiſſum, vindicant. RAHTLAUWIUM vix artem exercuiſſe, niſi in artificiali feminæ corpore. Ejus inſtrumentum ſpeculum eſſe uteri nimis voluminoſum, hinc noxium, quod & uterum conprimat & caput fetus. Van der SWAMMIUM, cui ab aliis ſit impoſitum, RAHTLAUWIO impoſuiſſe.

§. DCCIX. JAC. van der HAAR.

JACOB *van der* HAAR *korte verhandeling van de geſchootene wonden en de uytwerking van de donder aan een man* Hertogenbuſch 1747. 8. *. Caſtrorum Belgicorum chirurgus, inde Sylvæ Ducis artem exercuit. In Caſtris mirabiles curationes cominus vidit, quas chirurgi Britannici corticis Peruviani ope perfecerunt. Tuetur præcocem abſque mora amputationem, moramque injectam funeſtam fuiſſe objicit. Contra longas forcipes evellendis glandibus ſtlopetariis deſtinatas. Pro dilatatione vulnerum ejus generis, pro venæ ſectione & medicamentis emollientibus. Contra ſetacea. Linteum carptum purum ad conprimendos fungos ſufficere. Vulnera articulationum ſæpe amputationem poſcere. Quos Galli amputaverint, eos fere perire, Hannoveranos tres inter denos, Anglos vigeſimum quemque amittere. Sæpe funeſtas poſt amputationem convulſiones ſupervenire, & anodyna poſcere.

EJ. *verhandeling over de natuur en aart van de klier knoeſt en kanker gezwellen waarin teglyk de verhandeling van h. Stoerk over de cicuta ordeelkondig onderzoekt en ter toets gebragt word* Amſterdam 1761. 8. *. Verus ſcriptori ſcopus fuit, nova ILL. STOERKII inventa refutare. Aliqua præmittit de ſcrophularum a ſcirrhis diſcrimine; in illis quidem majorem partem tumoris ſuccum eſſe coactum, in iſtis vaſa dilatata: eamdem fere benignæ a maligna exoſtoſi diverſitatem eſſe. In cancri initiis ſemper ſcirrhi aliquid ſubeſſe, etiam quando ab externa aliqua injuria natus eſt. Sibi quidem cancrum inſanabilem videri. Fruſtra ſe uſum extracto ſolani: cicutæ vires etiam nimis prædicari. STOERKII viginti obſervationes ſcrutinio ſubjicit. Leviora mala abſque cicuta curari, gravioribus aliis gummata amara potius auxilio fuiſſe, aut mercurium ſublimatum. Alias ſcirrhos a STOERKIO pro cancroſis habitos eſſe, qui ſcrophuloſi fuerint. Mammarum ulcera, quæ lactantibus feminis moleſta ſunt, facile curari. Sæpe cancrum meliorem faciem induere, neque ideo ſanari. Ab extracto cicutæ ad meliorem ſpem ægros erigi, curationem veram non præſtari. Eſſe ubi natura ſibi ſufficiat, & fiſtulas ſanet. Fruſtra etiam in cancro labiorum, in tonſilla indurata, in fungis œſophagi, in ſcrophulis, in mammæ ſcirrho, & in cancro cicutæ uſum fuiſſe. Nunquam ex CAMPERI & aliorum teſtimonio in vero cancro profuiſſe, cum extractum tamen Vindobonæ emtum fuiſſet. Se ſolo linteo carpto cum oxycrato feliciter uſum. Eodem cum cortice Peruviano quinquaginta ſe amputatos ſanaſſe.

Contra hoc HAARII opus prodiit *K. Agnomaſtix Apologia Haariana or eernſtige verdeediging voor den h. Jaç. v. d. Haar en over deſſelfs verhandeling over de klier.*

Klier knoeſt en kankergezwellen Amſterdam 17 . 8. *. Ultrajecti data præfatio. Aſpera in HAARIUM ſatyra. Non recte ſcirrhum definiviſſe, non bene cum cancro conjunxiſſe. Non abſque ſpe eſſe, in naſcente ſcirrho aliqua poſſe diſſolvi, neque recte HAARIUM negare, etiam clauſum ſcirrhum poſſe curari. Dari & ſanabiles ſcirrhos & cancros & inſanabiles.

In *Verhandel. van de Holl. maatſchappy* T. II. refert de tendine Achillis lacerato, abſque ullo ſenſu, facile coaleſcente, cum pes propria faſcia ſurſum duceretur, etiam poſtquam iterato rupta fuerat. In alio ægro idem malum a natura abſque faſciarum auxilio feliciſſime curatum fuit.

EJUSD. caries tibiæ repetitis terebrationibus, deinde ſetaceo ſuperata.

In T. VI. P. II. de vulnere Chriſti agit, & oſtendit, mortuum fuiſſe Servatorem, cujus ſanguis ab aqua ſeceſſerit.

In T. VIII. de luxatione femoris ex cauſis internis facta, potiſſimum etiam ex abſceſſibus internis, etiam a variolis natis, qualia ulcera plerarumque claudicationum cauſæ ſint: externa enim a violentia femur nunquam vidit luxari. Intra 24 horas, cum malum a variolis eſſet, articulatio pure plena fuit.

IDEM de lacte ex febre acuta circa inteſtinum effuſo.

T. X. P. 2. de ſabulo cum muco conjuncto. Laudat uſum cereorum.

T. XII. de artubus gangrænoſis non amputandis, ſed naturæ committendis, quod feliciſſimo eventu factum ſit, ut arti nihil ſuperfuerit, niſi tendines diſſecare, artum & ex articulo extorquere.

§. DCCX. HENRICUS FRIDERICUS DELIUS.

Profeſſor Erlangenſis. EJUS ſunt *amœnitates medicæ circa caſus medico practicos haud vulgares. Decades* V. Lipſ. 1747. 8. *. Pluſcula chirurgici ſunt argumenti. Oculorum inflammatio vapore tepido levata. Placenta funeſto eventu retenta. Feliciter ſanata ampla ambuſtio. Hernia recens fomentis repoſita. Gangræna pedis ulceroſi ſanata. Ab ictubus abdomen contuſum, ſanguis ex vaſis effuſus. Poſt partum tumor partium pudendarum gangrænoſus curatus.

EJ. *einige Betrachtungen und Unterſuchungen die Erzeugung und Geburtshülfe betreffend* Nürnberg 1767. 8.

EJ. *Entwurf einer Erläuterung der teutſchen Geſetze, beſonders der Reichsabſchiede aus der Arzneygelahrtheit und Naturlehre* Erlangen 1753. 4. *. Primum index legum Germanicarum, etiam ad chirurgiam ſpectantium. Deinde notæ ad Conſtitutionem medicam Baruthenſem, & in agyrtas aliqua.

Diſputationes pluſculæ,

De *ſugillatione quatenus infanticidii indicium* Erlang. 1751. 4. *.

Cicatrix & callus idea nutritionis ib. 1751. 4. *.

Hydrops aſcites paracenteſi imprimis feliciter curatus ib. 1755. 4. *.

Ej. *de diſcuſſione & medicamentis diſcutientibus in genere* Erlangen 1755. 4. Heft.

Obſervationum medico chirurgicarum pentas ib. 1756. 4.

Obſervationes ad partum faciliorem ſpectantes ib. 1760. 4. Ad forcipis uſum & chirurgiam.

Ej. & Neustædter *triga caſuum medico chirurgicorum* ib. 1763. 4.

Ej. & J. Phil. Jul. Rudolf, qui Indiam adierat, *de uſtura cranii in Epilepſia* ib. 1768. 4. *. Continet exempla felicis uſtionis. Periculum Viennæ factum male ſucceſſiſſe, quod tegumenta fuerint remota & reſecta.

In *fränkiſche Samlungen* T. I. Nürnb. 1756. 8. De ictu non lethali, etſi poſt eum puer periit. De hæmorrhagia ex gingiva cacochymica. De abſceſſu in pecudum, etiam ſuum, pede ex quo ungulæ deceſſerunt: De morſu canis rabidi non funeſto, ſcarifato vulnere, veſicatorio inpoſito, dato pulvere Meadiano.

Vol. II. 1757. de herniis, ut videtur, incarceratis plerumque abſque chirurgia ſanatis. In ultimo caſu inteſtinum corruptum ſe aperuit fæcesque dimiſit, ut tamen & ipſum convaluerit. Relatio juridica de capitis percuſſione non neceſſario lethali. Mors ab ictu, multo ſanguine nigro in dura matre cohæreſcente. Vulnus lethale ſinus venæ portarum & hepatis. Vulnus venæ cavæ, cum enſis per cartilaginem coſtæ adactus eſſet. Lethale venæ cavæ vulnus. Sanatus teſtis venereus.

In T. III. 1758. 8. * improbabilis curatio canis hydrophobi. Uterus in partu ruptus. Cancer mammæ, ut putatur, ſanatus.

T. IV. 1759. 8. *. Ex uretere feminæ per abſceſſum calculus prodiit. Kephalides chirurgus ad Davielii modum cataractam feliciter extraxit. Calculus circa funiculum natus. Calculus bilarius per abſceſſum umbilici. Hernia hepatica. Exomphalos reſecta parte non exigua omenti curatus. Poſt amputationem tetanus & gangræna funeſto eventu. Cancroſus tumor de palpebra exciſus.

T. V. vulnus ſtlopetarium pectoris. Glans poſt longum tempus per os reddita. A tumore uteri oſtium arctatum. Tibia exemta, & a natura hactenus reparata, ut uſus pedis reſtitutus fuerit.

T. VI. 1762. curatio ſympathetica ad evellendam de gula ſpinam. Cicuta ſolutæ indurationes teſtis & glandulæ thyreoideæ. A tumore calvaria eroſa. Oſſa fetus per anum excreta. Wenzelii extractio cataractæ: non nocere aliquam humoris vitrei jacturam, vix poſſe vitari, quin iris aliquid patiatur. Generaſſe virum, cui penis magna pars detruncata fuerit. Luxatio dentis vertebræ ſecundæ funeſta. Uterus clauſus, ut oſtium ejus non pateret.

T. VII.

T. VII. 1765. iſchuria funeſta. Sic ſarcomata intra abdomen; & bubo venereus.

Christiani Philippi Herwig ſcirrhus de inguine feliciter exciſus. T. VIII. 1768. cicutæ non optimi ſucceſſus in cancroſis glandulis. Ex diſp. Delii aliqua ad expediendum partum. Reſponſum de funeſto ictu capitis. Juniperi baccis cum butyro reducta hernia. Mors ex ambuſtione.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 104 de fiſtula ani abſque ſectione curata injectionibus.

Obſ. 105 tumor malæ in phthiſico ante mortem.

Vol. X. *obſ.* 89 poſſe ſanguinem ex aure fluere, ab ictu & violentia externa, neque ideo calvariam fractam eſſe.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 23 ulcera dorſi ex ſcarifatione nata, ſanata decocto ſaturato nicotianæ.

Obſ. 24 ſecundæ putridæ abſque magno malo deceſſerunt.

T. V. *obſ.* 75 calvariæ feliciter in puero terebratæ eductum os, quod depreſſum fuerat.

§. DCCXI. Varii.

Civiaco Sincero Modeneſe (D. Vandelli) *lettere al D. Simon Coſmopolita* Modena 1746. 4. Inter octo epiſtolas ultima pertinet ad medicamenta veſicas ducentia, quæ contra Janum Plancum defenduntur.

Poſtſcritta di Civiaco Sincero Modeneſe a S. Coſmopolita ib. 1747. 4. Ejusdem argumenti. Vetuſtiſſimum eſſe veſicatoriorum uſum, per ſingula.

Riſpoſta apologetica della poſtſcritta del S. Ciriaco Sincero Modeneſe contra la lettera publicata ſotto nome del D. Giſmondi . . . In collectione Veneta 1749. 4. *. Fuſius it oſtenſum, perantiquum eſſe uſum cantharidum; ipſum Hippocratem unguentum habere, quod cantharides recipiat, tum Archigenem, Galenum, Ætium, Paulum, tum Arabes, & Nuperos omnes, adductis locis. De Mercurialis & Massariæ, & Herculis de Saxonia litibus. Male a Gismondio fratris mortem veſicatoriis tributam fuiſſe, Plancum non eſſe clinicum &c. De veterum cauteriis, ſinapiſmis.

Johannes Oosterdyk Schacht (Hermanni F.), profeſſor Ultrajectinus, in ſuis *practicæ medicinæ inſtitutionibus* Utrecht 1747. 4. *, dum morbos univerſos tractat, etiam calculum & cognata mala, & oculi nonnullos morbos, aliaque chirurgica percurrit, breviter, ut in compendio.

Georgii Key *diſſertation on the effects of mercury* Lond. 1747. 4. De corticis chinæ adverſus vulnera ſtlopetaria efficacia. Vulnus ſtlopetarium per foramen oſſis pubis penetrans cum plurimis ſinubus feliciter ſanatum. Inſtrumentum ad venæ ſectionem inventum.

Samlung

Samlung einiger Schriften von dem Urſprung und den ſchickſalen der Wundarzneykunſt und Zergliederung 1747. 8.

Christoph Henrich Keil *compendiöſes chirurgiſches Handbüchlein* Leipzig 1747. 8. * ſexta editio, nam primam ignoro. Medici in Wonſiedel compendium pro tironibus.

William Barker *eſſay on the agreement between the ancient and modern phyſicians* London 1747. 8. *. In noſtris frigidis regionibus veſicas cieri neceſſe videri, cum vires oporteat ſuſcitare.

D. Matthias de los Slanos *cirujano latino* Valent. 1747. 4. C. de V.

Eſtitutos del Real colegio de los profeſſores Cirujanos de Madrit ib. 1747. 4. Heister.

In practicis dicetur *a phyſical diſſertation upon drowning* Lond. 1747. 8. *, in qua multum ad excitandos ſemianimes fumo tabaci tribuitur inteſtino inpulſo, quam ad rem machinam dirigit.

Decretum facultatis medicæ 28. Jan. 1747. Unanimi conſenſu contra chirurgos reclamari, adjectis oſtenditur ſignantium nominibus.

Requête au Roi pour les Doyens & Docteurs regens de la faculté contre le premier Chirurgien prevots & communauté des chir. jurés de Paris avec le Memoire de Conſultation ſur le faux Paris 1747. 4. *. Chirurgos fictitia produxiſſe ſtatuta, ordinemque annorum manifeſto invertiſſe, annum 1600. refinxiſſe in 1268. recentiori manu uſos, foliis etiam evulſis, per chirurgum de la Noue.

Conſultation pour les Doyens & Docteurs regens de la faculté contre les prevots & les chirurgiens jurés de Paris Paris 1747. 4. *. Advocati conſulti reſpondent in chirurgorum legibus fraudem manifeſtam eſſe. Archiatri Regii ſubſcriptis nominibus oſtendunt, ſe cum reliquis medicis ſentire.

Francisci Gigot de la Peyronie *teſtamentum*, qui chirurgorum ordinem fere heredem ſuum inſtituit, annuum præmium 500. ℔ optime problema chirurgicum ſolventi: nummos argenteos in quolibet conſeſſu, 500. alias ℔ pro curſibus obſtetriciis, 3000. ℔ ſecretario, 2500. quinque adjunctis, 100000. ℔ chirurgis Monſpelienſibus legavit.

Ordonnance du Roi portant reglement général concernant les hôpitaux militaires du 1. *Janvier* 1747. Paris 1747.

Arret de la cour du Parlement, qui declare qu'en conformité des Declarations de 1710. *&* 1719. *tous maitres Chirurgiens, Barbiers, Perruquiers & autres qui exercent quelque partie de Chirurgie & de Barberie ſeront tenus de paier au premier chirurgien* 21. *ſ.* 3. *d. une fois ſeulement pour ſon droit d'avenement* Paris 1747. 4.

Decretum ſaluberrimæ Fac. Par. 28. Jan. 1747. datum Paris 1747. 4. Litem intentatam omnibus per regnum academiis indicant.

Etat des conteſtations entre la faculté de medecine & l'univerſité, faiſant pour les

les autres facultés & colleges du Royaume & la communauté des MM. Chirurgiens Jurés de Paris & le premier Chirurgien Par . . . . D. Reg. de la fac. de Medecine Paris 1747. 4. Tribuitur ASTRUCIO.

Teſtament de la Peyronie du 18. Avril 1747. 4. Omnia fere ſua bona, quæ erant plurima, legat ordini chirurgico.

Remarques ſur les Memoires de l'Academie de Chirurgie Paris 1747. 4.

Lettre de M. M de Valence & M. apoticaire de Grenoble au ſujet d'un paſſage inſeré dans le dernier memoire des chirurgiens de Paris contre les Medecins de la même ville par M. J. J. A. A. M. D. A. D. R. M. A. D. J. Paris 1747. 12.

L'avocat curieux au Medecin veridique, le Medecin veridique a l'avocat curieux la Haye 1747. 4.

Lettre d'un garçon barbier a l'avocat curieux &c. 1747. 12.

Arret donné a la grande chambre de Ratopolis en faveur des MM. Chirurgiens Profeſſeurs & membres de l'Acad. de S. Côme pour le retabliſſement de leurs anciens privileges 1747. 12.

§. DCCXII. DISPUTATIONES.

CHRISTOPH FRID. TRAUN *de modo quo conſolidantur vulnera aliæque cohæſiones ſolutæ* Leid. 1747. 4. *.

NIC. FRID. BERTRAM *de partu difficili ex uteri ſitu obliquo* ib. 1747. 4. *.

ADRIAN DICTEN *de gangræna & ſphacelo* ib. 1747. 4. *.

J. JACOB STEIN *caſus hydrophobiæ lethalis ſine delirii nota* Regiomont. 1747. 4. BOEHM.

J. SIM. FRID. BOEHMER *de legitima cadaveris occiſi ſectione* Hall. 1747. 4.

LEBRECHT DAN. CHRIST. MITTELHÄUSER *de nodis articulorum & incurvatione oſſium rachitica* Jen. 1747. 4.

SAM. FRID. NÖTHIGER, infelix juvenis, *de arteriotomia ejusque uſu & injuſto neglectu* Argent. 1747. 4. *.

FRANC. HENR. KELP *de convulſionibus parturientium* ib. 1747. 4. *.

FRIDER. ERASMUS *de partu difficili ex capite fetus etiam prævio* Argentor. 1747. 4. *.

EJ. in *N. E. N. C. obſ.* 3 fetus ſervatus & verſione ereptus, cui brachium egrediebatur.

Obſ. 4. 5. partus alii difficiles, etiam forcipe expediti.

LAURENT. MIZLER *de balſami vulnerarii univerſalis uſu & præſtantia* Erford. 1747. 4. *. Medicamentum ad ſcirrhum, viperarum morſum, cataractas,

J. Paul Graaf *de motibus epileptico convulſivis herniæ incarceratæ ſupervenientibus per venæ ſectionem ſublatis* Altdorf 1747. 4. *.

J. J. Willer *de morbis tartareis in genere* Marpurg 1747. 4.

§. DCCXIII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 483. E. Davis de fetu nato cum omnibus ſuis oſſibus loco motis, & ad ancyloſin diſpoſitis.

Robert Lucas calculoſus, de magna utilitate, quam ex uſu ſaponis Alonienſis & aquæ calcis perceperit.

Carolus Lucas, celebris nuper orator in ſenatu Hibernico, de calculoſis concrementis in rene repertis.

N. 484. Thomas Cameron de morte ex rupta per lapſum ex equo veſica urinaria.

Starkey Middleton de fetu retento, & ſedecim poſt annos in ventre matris reperto, poſtquam interim quatuor liberos erat enixa.

In *K. Swenska wetenskaps Academiens handlingar* 1747. Herman Schützer puncturam veſicæ adminiſtravit, in veſica tubulum reliquit, felici eventu.

Idem 1752. *trim.* 3. refert de peſſo totis decem annis multo cum incommodo geſto, ut denique in perinæo inflammatio naſceretur: ea compoſita peſſus exemtus, cumque vagina in rectum inteſtinum pateret, malum curatum, ut ani fiſtula, feliciter, etſi alto eſſet loco. Monet ne peſſus ſupra annum in utero retineatur.

Ej. *Tal om Chirurgiens nu wärande tilſtånd* Stokholm 1755. 8. *. Hactenus in ſeptentrione chirurgos peritos raros fuiſſe. Chirurgiam deficere in parte medica, inque curandis potiſſimum humoribus vitiatis. Corticem chinæ chinæ in gangræna ſpei non reſpondiſſe. Adverſus cancrum, ſcrofulas & ſpinam ventoſam nullam antidotum innotuiſſe. Cum noſter ob cariem manum amputaſſet, malum æque pernicioſum recruduiſſe. Ita cum brachium ſpina ventoſa corruptum reſecuiſſet, in alterum brachium malum tranſiiſſe. Laudes Francisci Gigot de la Peyronie, & potiſſimum etiam Acrellii.

Idem in *K. ſw. wet. Acad. Handlingar* 1749. tibiæ carioſæ partem majorem exemtam fuiſſe, abſque ullo in artus motu detrimento.

Deinde excidit calculum adhærentem ad veſicam, quæ circa lapillum accurate conſtricta erat, & lapidem non ſine jactura internæ veſicæ membranæ feliciter tamen evulſit.

A. 1752. *trim.* 3. prolapſum evulſi uteri continuo a partu curari debere, pila linea aliquamdiu admota, cum victu lectulario. Apoſtemata perinæi continuo & ampliter debere aperiri. Sanata mala a peſſo diu retento nata.

A.

A. 1757. maximam hydrocelen ſanavit, fiſſo ſcroto, arteria & vena ſpermatica ſeorſim vinculo interceptis, quæ utraque digitum æquaret.

A. 1758. in virgine tumor in meſenterio, in quo oſſa, capilli & dentes.

A. 1767. bis inciſo oſtio uteri expeditus partus.

A. 1768. ex nana, quæ omnino non poterat parere, fetum excidit, hactenus feliciter, ut uterus conferbuerit, etſi aliis ex cauſis ægra periit.

A. 1769. de neceſſitate Cæſareæ ſectionis in feminis male natis, & in exemplo, quando placenta non poteſt educi. Uterus in partu ruptus.

Vertit ſuecice opus Cl. la FAYE a. 1763. & Cl. præf. ad librum PETITI 1769.

In *K. Sw. Wet. Acad.* 1747. GERARD BOLTENHAGEN de inflammatione gangrænoſa aſperæ arteriæ.

In *Selectis Francofurtenſibus* T. IV. Vol. IV. ERDMANN KUPITZ, civitatis Guben poliater, de nonnullis ad mala puerperarum pertinentibus. De uteri condylomatibus & prolapſu, deque inverſione uteri.

Hamburgiſches Magazin zum Unterricht und Vergnügen aus der Naturforſchung Hamburg 1747. 8. *. Hoc diarium paſſim etiam chirurgicas rariores hiſtorias collectas continet ex Philoſophicis Tranſactionibus, aliisque fontibus.

§. DCCXIV. GEORGIUS ARNAULD.

Chirurgus Gallus, celebris chirurgi filius p. 84. peculiari cura herniarum curationem coluit, & ob triſtes aliquas cauſas, natamque ex arte obſtetricia calumniam, in Anglia vixit.

Ej. *diſſertations on hernias or ruptures in two parts translated from the original manuſcript* London 1748. 8. *. Gallice Paris 1749. 12. 2. vol. In præfatione propriæ vitæ hiſtoriam tradit, & monet ſe ampliſſima collectanea de herniis ex MAZARINIANÆ bibliothecæ ſcriptis poſſidere. In P. I. docet, ut quisque qui herniam patitur, ſe ipſum curare & a periculo ſervare queat. In P. II. herniarum diverſa genera exponit. Ut BENEVOLUS, ita noſter multum humori tribuit abdominali. Ut reponatur ramex, decumbendum. Strangulationis initia frigida impugnat: ſi ſero ad id auxilium veniatur, medicamenta emollientia adhibet, deinde ſi aliquot intra horas malum ſe non remiſerit, ipſam inciſionem, ante eam vero ſpirituoſa fomenta, quæ gangrænæ reſiſtant. Bracheria parat, quorum laminæ partim ferreæ ſunt, & partim chalybeæ. A cauterio mortes. Epirotas herniotomos peritonæum incidere, inteſtinum retrahere, ſaccum ligare, ſuturam injicere. Hernia ventriculi in apertura triangulari pro vaſis patente (intervallo, ut puto, carnium diaphragmatis). Hominum partem octavam hernias pati. Hernia ſeminalis. Cirſocele diuturna: ad id malum commendat conjugium. Nulla datur pneumatocele. Eſſe ubi ſolo ſitu diuturno herniæ ſanentur. In primis principiis gelidam convenire, non vero ſerius, tunc mollientia debere inponi.

 Bracheria

Bracheria elaſtica chalybea non bona eſſe; ſed omnia omnino longo uſu laxari. Prolapſum etiam uteri tangit, & ani, & hydrocelen. In P. III. de herniis agit adnatis, quæ fere pro incurabilibus habentur. Signa dilucida dat, ex quibus inteſtina aut inter ſe connata adgnoſcas, aut cum ſacco, aut ſaccum cum cute cohærentem. Cohæſiones ſolvit ſtricta vitæ ratione, aptis pulvinis, hydrargyro. A ſtrangulatione adhæſionem diſtinguit; inteſtina digito, aut ſpathula, aut ſcalpello in cylindrum terminato a ſacco ſolvit. Gangrænam ſæpe felix ſuperavit, aliquando 84. pollices inteſtini ſiderati reſecuit, ægrotum ſanavit, ut fiſtula in latere pateret. P. IV. agit de ſtrangulatione, etiam a peritonæo facta, parum nota, quod vel ſolum, vel cum anulo inteſtinum poſſit conprimere. Ut inteſtinum ex hernia ſub muſculos poſſit aberrare: ut etiam in eo caſu ſaccum aperuerit, inteſtina ſolverit. Poſt gangrænam longa particula membranarum intimarum de inteſtino deceſſit. Utilis & practicus labor.

Ej. *obſervations on anevryſms* Lond. 1750. 8. V. paulo poſt.

Ej. *plain and eaſy inſtructions on the diſeaſes of the bladder and urethra* Lond. 1763. 12. *. Gallice Amſterdam 1764. 12. ſ. Pariſiis. Cereos valde laudat, quos venales proponit. Caruncułas ſæpe in capite gallinaginis, alibi tamen etiam per totam urethram reperiri, huic malo ſolos mederi cereos. Exempla fiſtularum iisdem cereis curatarum. Ut tirones cereos ſubire diſcant.

Ej. *memoires de chirurgie* ampla collectio Lond. 1768. 4. 2. vol. *. De hernia primum congenita, de qua Hunteri libellum hic vertit & notas addidit. De herniis adnotationes. Nudum fuiſſe teſtem, cum ſaccus quaſi evanuiſſet (herniam nempe congenitam vidit). Interiiſſe ex ſanguinis jactura hominem, cui imperitus chirurgus cum ſacco vaſa ſeminalia reſecuiſſet; alium nihilo prudentiorem chirurgum veſicam elapſam amputaſſe. Teſtem in inguine reſidem ſummo cum cruciatu ſtrangulatum vidit, neque rarum eſt, ejusmodi teſtem pro hernia haberi: & bracherio eliſum finem feciſſe virilitatis.

De anevryſmate libellus, hic recuſus. Lamina curvata ad anevryſmata conprimenda. Anevryſma ſpurium. Anevryſmata in arteria crurali omnino quinque, inque iis deleti muſculi, oſſa ipſa.

In T. II. fere de herniis agitur. Fuſe de omento in herniam elapſo, convoluto & cum ſe ipſo connaſcente, aut in funiculum abeunte. Dureſcit etiam & mire tumet omentum, ut octo libræ & ultra ex omphalocele potuerint auferri. Epiplocele ſectione non curatur, & cum ſummo periculo cultro tentatur. Omentum difficulter a ſacco ſolvitur, ad quem adhæſit. Anulum ſcarificare & ſanare noſter non putat in medici eſſe poteſtate. Enormes epiplocelæ, aliquando tamen ab auctore ſanatæ, & omentum ſolutum quod adhæſerat. Pulvino & preſſione repoſita hernia. Cancroſa hernia felici eventu reſecta. Omentum elapſum & inflammari poteſt, & in funeſtam ſuppurationem tranſire. Subita & rudi preſſione ſublata hydrocele. Raro, aliquando tamen, utrinque omentum elabitur, ſiniſtrorſum cæterum fere vergit, & eo in latere frequentior epiplocele eſt. Strangulatum

tum

tum inteſtinum a fibris tendineis obliqui majoris muſculi, quæ in os pubis producuntur; aut ab ab omento in funiculum mutato. Omentum tamen in herniæ inciſione ligare præſtat, ſubinde tamen dolores ab eo vinculo & convulſiones ſupervenerunt. Abſque ligatura repoſitum corruptum eſt, cum funeſto abſceſſu. Ad finem operis deſcribit noſter ſellam chirurgicam; & novum uteri ſpeculum; aliqua addit de crurali hernia, in qua ſecanda facile arteriæ læduntur. Valde metuit vulnera vaſorum ſpermaticorum; epigaſtricæ etiam arteriæ violationem. Staphylotomus, quo polypum de recto inteſtino excidit. De exploratione chirurgorum Pariſinorum, quæ ſit ſeveriſſima.

Ej. *remarks on the compoſition uſe and effects of the extract of lead of Goulard and of his vegeto-mineral water* Lond. 1770. 12. Ad oculos minori doſi debere adhiberi, camphoræ doſin augeri.

§. DCCXV. Jacobus Daviel.

Vir indefeſſus & publice utilis, olim amicus noſter, in Neuſtria natus, chirurgus Maſſilienſis, deinde Regius, morborum ocularium curatione potiſſimum inclaruit. Licet enim non omnino primus per diviſam corneam tunicam lentem cryſtallinam opacam extraxit, longe tamen frequentius ea adminiſtratione uſus eſt, eam inſtrumentis idoneis perfecit, ita demum ornavit, ut nunc a plerisque chirurgis adoptata fuerit. Forfice uſus eſt, quod non placuit, alii ſcalpellum ſubſtituerunt.

Primam epiſtolam de ſuo artificio edidit in *Mercure de France* 1748. & ſeorſim etiam excuſam. *Bibl. Franc.*

Alteram in *Journal de Medecine* 1756. Fevr. Seorſim etiam excuſam. In 350. curationibus 305. plene reſpondiſſe. Nullam cataractæ maturitatem ſe deſiderare, nullam anni ætatem, neque cicatrices corneæ tunicæ nocere, neque jacturam humoris vitrei. Nullum ſupervenire ſymptoma, niſi ex ægri errore.

Tertiam epiſtolam ſubjecit in *Journal des Savans* 1756. Fevr. quæ tamen eſt junioris Davieli, Jacobi filii. Varias & minime inutiles adnotationes habet. Partem cryſtallinæ lentis poſteriorem opacis lineis percurſam vidit. Ad objectiones reſpondet. Vulnera corneæ tunicæ facile ſanantur. Humoris vitrei jactura vix nocet, etiam ſi aliquanto plus perierit.

In *Journal de Medecine* T. IV. a. 1756. agit Davielius pater de ſua in curando felicitate. Inter 350. ægros 305. ſanatos, iterum. Non infrequens malum eſſe, corneam tunicam a ciliis introrſum verſis conpungi, ulcuſcula fieri, ea ſe ſecare.

In *Mercure de France* 1760. Janv. reſpondet ad epiſtolam D. Hoin; alia epiſtola, quæ etiam ſeorſim prodiit *. Depoſitionem difficilem eſſe, ob duritatem minime raram capſulæ cryſtallinæ. Et molles & duras cataractas ſe frequenter extraxiſſe. Cataractas & ſubito naſci, & poſſe tuto extrahi. Curatio ictuum,

quibus aperta fuerat capſula, & ſubito lens opaca reddita. Humorem vitreum utique regenerari, per experimenta.

In *Mem. de chirurgie* T. II. adminiſtrationem ſuam deſcribit, cultellum ſpathulatum curvum, curvam forcipem aliam, acum quadratam, cochlear.

In *Phil. Tranſact. Vol.* XLIX. P. I. refert de veris cancris, in multis ægrotis de palpebris, naſo, angulo oculi interno & circa oculos excifis.

In *K. Sw. Wet. Acad.* 1759. *Trim.* I. de duabus cataractis adnatis, quas excidit. In priori exemplo lens ocularia oſſea erat, & neceſſe fuit iridem findere. In altero facilius paſſa eſt ſe ſuperare.

Ejusd. epiſtola ad me data exſtat in *Journ. de Med.* T. XVI. Iridem inſenſilem eſſe, & abſque noxa lacerari.

Plenum opus de morbis oculorum teſte Morando moriens reliquit.

Probatur ejus operatio in *Diction. d'Anat. Chir.* I. p. 222. Refert de eadem in *Phil. Tranſ. Vol.* LII. P. II. Andreas Cantwell, & felicitatem viri prædicat. Non nocere ſi tantillum vitrei humoris perierit.

§. DCCXVI. Charmetton.

Præmium Academiæ Chirurgiæ a. 1748. meruit Charmetton chirurgus, diſſertatione qua egit de ſiccantibus & cauſticis medicamentis. Gangrænam ſalutari eventu febri acutæ vidit ſuperveniſſe.

Pro præmio a. 1752. contendit in diſſ. edita cum ſecundo Tomo collectionis 1753. 4. *. Ea diſſ. redit cum titulo *eſſai theorique & pratique ſur les écrouelles* Avignon 1752. 12. *; 1755. 12. * hic cum titulo *traité ſur les écrouelles.* Multum theoriæ. Scrofulas eſſe a corrupta lympha, exque glandulis conglobatis ab ea cauſa obſtructis naſci; ejusmodi glandulas etiam in collo reperiri & in inguinibus. In hoc malo contagium eſſe, & a parentibus in liberos etiam tranſire. Ab admiſto veneno venereo vel ſcorbuto, reddi deteriores. Eſſe ubi reſolvantur, eſſe ubi in ſcirrhum tranſeant, aut in gangrænam, demum evaneſcere. Primarium remedium eſſe in hydrargyro, internoque ejus uſu, neque ea copia, ut ſalivam cieat. Idem metallum etiam extus imponit, aut in deteriori caſu glandulas corruptas cauſticis medicamentis adoritur.

§. DCCXVII. Britanni.

Benjamin Pugh, chirurgi in oppido Chelmsford, *treatiſe of midwifry chiefly with regard to the operation, with ſeveral improvements in that art* London 1748. 8. * ſed ea editio ſucceſſu caruit, & ipſe liber demum vere prodiit 1754. 8. *. Bis mille parturientibus noſter adſtitit. De *tactu:* ad eum duobus digitis uti mavult, quam uno. Os uteri poſteriori loco poni, quam vulgo putetur, hinc non adeo facile reperiri. Partum expeditum ſperare licet, quoties oſtium uteri planum

planum tenue, latumque eſt, & a quoque dolore dilatatur. Aquas mature ruptas nocere, quod uterus circa fetum ſe conſtringat. Optime parere matrem, quæ genubus robuſti viri inſideat (id aliquoties ſum expertus). Præcoces partus morandi venæ ſectione, opio. Coccygem noſter repellit, ſicuti caput progreditur. Quando dolores lenteſcunt, utile fuerit, manubus utrinque abdomini adpreſſis caput deorſum promovere. Placentam digitis inter eam uterumque datis, ad utrumque latus motitatis ſolvi, neque enim debere in utero relinqui. Id ſi caſu factum fuerit, & putredo acceſſerit, opertere amara injicere medicamina & aromatica. Ad extrahendum fetum, matrem in latus ſiniſtrum debere decumbere, genua ſurſum adducere, capite eſſe humiliori. Unicum pedem ſe ſubinde coactum & invitum extrahere, præſtare utrumque. Anſam dat circa digitos, deinde circa pedes, quo firmius fetum extrahat. In tranſitu per vaginam enixe ſuadet os fetui aperire, & linguam deprimere, ut reſpirare poſſit: eo artificio multorum ſe parvulorum vitam ſervaſſe. Debili infanti aerem in os per tubulum inflat. Caput grandius non debere aperiri, manubusque potius deorſum premi, id auxilium nunquam fallere. Optime fetum inverti continuo, poſtquam aquæ ruptæ fuerunt. Non debere uncum ori fetus inmitti. De ejus morte difficile judicium eſſe. Prolapſum vaginæ uterive facile corrigi. Forcipe opus eſſe, quando obſtetrix ſero acceſſit, vireſque puerperæ diminutæ ſunt. Forcipem curvam anno 1748. deſcripſit, etiam tunc idoneam, quando caput altiori loco hæret; rectam convenire, quoties caput humilius deſcendit. Forcipem in univerſum valde laudat, fatetur tamen, quoties pelvis nimis arcta eſt, caput BURTONI extractore aperiri debere, & cranium elidi, raro tamen eo neceſſitatis nos adigi. Faciem oſſi pubis obpoſitam in ampla pelvi vix nocere, in anguſta utique. Quando pedes extrahit, genu jubet flecti. Cum tumor de vagina excreſcens partum moraretur, ei vinculum injecit, eumque reſecuit. Hydropicæ puerperæ aquam per paracenteſin eduxit. Connatam vaginam late diduxit, turundis apertam tenuit. Inſtrumenta. Diverſæ forcipes. Inſtrumentum ad caput in vaginam demerſum educendum, ex quatuor laminis chalybeis factum, quarum ope quatuor faſciæ circa caput dantur, inque anſam conſtringuntur. Lectuli pro fracto crure. Species *gorgeret* ad ani fiſtulas. Ambes ſpecies cum polyſpaſto; Ferulæ ad fracta crura, quibus ægrum poſſis levare.

G. DOWMAN M. D. *on the nature, cauſes, and ſigns of a ſcirrhus and the means that ought to procure its reſolution when not compleat* &c. London 1748. 8. * etſi annus non expreſſus eſt. Deſcriptio ſcirrhi. Laudes ad id malum aquarum in oppidis Barege & Dulwich ſcaturientium. Contra amputationem mammæ cancroſæ, niſi is cancer pene gypſeus fuerit. Promittit ſe medicamentis internis & externis cancrum in ulceris naturam reſtituturum, & curaturum ope antimonii, argenti vivi, & potiſſimum kermes mineralis. Inciſum cadaver feminæ ex calculo demortuæ, cujus uterus foramine purulento in vaginam patebat.

WILL. DOUGLAS *letter to D. Smellie* London 1748. 8. *. Vir obſtetricius

in

in GUILLELMUM SMELLIE invehitur, cujus eo ipſo tempore nova & lignea forceps innoteſcebat.

W. BOURDON *marechal de poche du cavalier . . remedes qui conviennent dans les maladies & accidens* la Haye 1748. 8. ex Angl. verſ.

§. DCCXVIII. ITALI.

GIAMBATISTA GISMONDI, di Gubbio, *lettera intorno una poſcritta che contiene note critiche ſopra la diſſertatione de veſicatori del D. G. Bianchi di Rimino* Peſaro 1748. 8. *. & in collectione de veſicatoriis Veneta 1749. 4. *. Habetur pro ipſius PLANCI opere. Claros ante PLANCUM viros veſicas cientia medicamenta improbaſſe. Occiſos ab eo auxilio ſibi duos fratres. AETII dropacem non eam recepiſſe doſin cantharidum, quæ veſicas trahere potuerit. Neque PLANCUM ſcripſiſſe, veſicatoria emplaſtra a. 1575. primum adhibita fuiſſe, id voluiſſe, innotuiſſe frequentius.

OTTAVIO NERUCCI, Saneſe, *lettere fiſiche mediche* Lucca 1748. 8. * & in *collectione Veneta* de veſicatoriis. Quarta adverſus PLANCUM ſcripta eſt. Ab eo offenſos medicos Senenſes, qui frequenter veſicatoriis utantur. Vim cantharidum non in cute terminari viciniſque partibus; veſicas ab humorum fermentatione adtolli. Non a veſicatoriis illas in maritimis Piſanis adeo frequentes mortes eſſe, ſed a vini ſpiritu &c.

ANDREÆ PASTA *diſcorſo del fluſſo di ſangue dall' utero delle donne gravide* Bergomi 1748. 8. *. Non ſemper a ſoluta placenta hæmorrhagias gravidarum oriri, neque ſemper debere partum præcipitari.

MORANDUS MORANDI in prima *decade de lettere familiari* Modena 1748. 4. de corticis Peruviani in gangræna uſu agit.

EJUSD. *della cura preſervativa della rabbia canina* Ancona 1755. 8. *. In demorſis a cane rabido & ex eo infortunio mortuis, hominibus ſæpe pectoris muſculos inflammatos, inteſtina & ventriculum ſiderata, fel corruptum, arterias inanes, venas atro ſanguine turgidas fuiſſe. Solam ſalivam etiam abſque vulnere infeciſſe. Utitur turpetho minerali, de quo ſpiritus vini ter deflagraverit: tamen ut vulnus ſcarifet, diu apertum teneat. Uxorem propriam eo in funeſto caſu ſervavit, tum alios demorſos: nonnunquam moſchi uſum turpetho feliciter addidit. Homines, qui demorſi fuerant a cane, qui pro rabido habebatur, ſæpe vidit ſolis inciſionibus ſervari, (& ſuſpicor in ejuſmodi felicioribus caſibus canes non rabie fuiſſe adfectos, quales hic Bernæ vidi raſo ſtanno & ſpongia cynosbati ad fauſtum eventum perductos).

Lettera al S. Curzio, in cui ſi ragguaglia varie oſſervazioni medico fiſiche Florent. 1748. 4. *. Veſicatoriorum uſum tuetur.

§. DCCXIX. LITES CHIRURGORUM.

Requête au Roi pour les Doyens & DD. Régens de la faculté de Med. contre le S. PICHAUT *de la* MARTINIERE *& les prevots & communauté des chirurgiens*

Paris

Paris 1748. 4. *. Chirurgos poſt priorem illam refutationem ſua ſtatuta ipſos deſeruiſſe. Nupera ergo Regia reſcripta, quæ iis ſtatutis nitantur, & prærogativam tribuendorum honorum, chirurgis conceſſam, una ruere.

Troiſieme Memoire pour les Doyens & Docteurs Regens de la faculté de medecine contre le S. PICHAUD &c. Paris 1748. 4. *. Fuſius opus, quo multa continentur, ad hiſtoriam chirurgiæ pertinentia. Chirurgi nunc quidem juri civitatis Academiæ renuntiaverant, jus docendi & latina quidem lingua utendi nihilo ſecius ſibi ideo vindicabant, quod a LUDOVICI IX. temporibus latinas ſcholas conſtanter aperuiſſent. Medici reſpondent, ſe ab a. 1436. latine chirurgiam docuiſſe: privilegia chirurgorum ipſis tributa eſſe ob conſortium Academicæ civitatis; repetito Senatum ipſis interdixiſſe ne prælegere vellent: nunquam chirurgos facultatis gradum in Univerſitate tenuiſſe, nunquam ipſis licuiſſe candidatos abſque medicorum conſenſu admittere, non poſſe ipſis licentiam concedi internos curandi morbos, aut graves operationes abſque conſenſu medicorum ſuſcipiendi, etiam per nuperas leges.

Requete au Roi par les Doyen & DD. Regens de la fac. de Medecine de Paris contre le premier chirurgien prevots & communauté des chirurgiens jurés de Paris, ſervant de reponſe aux dernieres repreſentations du S. de la MARTINIERE, *pour demander la caſſation des arrêts du Parlement de 1551. & 1743, qui ont maintenu les Medecins dans le droit d'aprobation aux receptions des chirurgiens de S. Côme* Paris 1748. 4.

Au Roi requête des Doyens & DD. Regg. de la faculté de Medecine repreſentants que les Chirurgiens deconcertés par l'inſcription en faux de leur pretendu ſtatuts &c. Paris 1748. 4.

Sommaire pour la faculté de Medecine de Paris contre les Chirurgiens de la même ville pour ſervir de refutation aux fables par eux avancées dans leur Memoire intitulé le Précis Paris 1748. 4.

Requête au Roi pour le Doyen & les DD. Regens &c. contre le S. PICHAUT *pour ſervir de reponſe a leur Requête* Paris 1748. 4.

COMBALUSIER, ut lego, *Repreſentations au Roi ſur la declaration du* 23 *Avril* 1743. Paris 1748. 4.

Obſervations des Recteurs, Doyens, Procureurs & Sujets de l'Univerſité de Paris ſervant de reponſe au dernier Memoire du S. PICHAUT *& de la communauté des Chirurgiens* Paris 1748. 4.

Relation de ce qui s'eſt paſſé dans l'Univerſité en 1576. au ſujet des Chirurgiens, tirée des regiſtres de l'Univerſité, augmentée de quelques Obſervations, Paris 1748. 4.

Memoire ſervant de repreſentation a Nos S. du Parlement pour les Doyen & DD. Regens de la fac. de Medecine au ſujet de quelques diſpoſitions teſtamentaires du S. de la PEYRONIE Paris 1748. 4.

Deux Memoires preſentés au Roi par M. CHICOINEAU *premier Medecin, Chancelier de l'Univerſité de Montpellier* Paris 1748. 4.

EJ. *Memoire preſenté au Roi pour detruire les fauſſetés avancées par le S.* PICHAUT *dans ſon memoire au Roi* Paris 1748. 4.

Extrait chronologique de l'état des chirurgiens jurés dits de S. Côme jusqu'à leur union faite avec les barbiers Chirurgiens en 1656. concernant leur ſubordination envers la faculté de Medecine, tiré des Archives de la faculté Paris 1748. 4.

Expoſition des examens ou actes d'approbation des candidats pendant leur cours de licence dans la faculté Paris 1748. 4.

Repreſentations de M. PICHAUT *de la* MARTINIERE *& des Chirurgiens &c. ſur la conſervation de leurs droits & priviléges pour ſervir de reponſe aux repreſentations de M.* CHICOINEAU Paris 1748. 4. * non brevis libellus. De medicorum ad *examina* chirurgorum invitatione & neceſſaria præſentia agitur. Omnino a. 1555, 1578. & alias id jus medicis datum, & ab a. 1660. ad 1724. exercitum eſſe. Verum medicos mutas fuiſſe perſonas, neque omnino idoneos eſſe de chirurgi profectibus judices. Neque interna mala a chirurgis debere curari, neque externa a medicis. Bleſenſes leges nunquam effectum eſſe ſortitas.

Memoire preſenté au Roi par ſon premier Chirurgien, en reponſe du 2 Memoire preſenté par le premier Medecin Paris 1748. 4. *. Excuſat paulo prioris ſcripti incivilia ſcommata, cæterum, etſi ipſe apud comitem Archiatrorum jusjurandum præſtitit, nullam tamen ejus eminentiam adgnoſcit.

Repreſentation pour les maitres en chirurgie de Montpelier contre les reproches de M. CHICOINEAU Paris 1748. 4. *. Chirurgos Monſpelienſes paria fere cum medicis privilegia poſſidere, & cathedram ipſis in Academia ſuam eſſe.

Second Memoire pour le S. de la MARTINIERE *& les maitres en chirurgie de Paris, ſervant de reponſe au troiſieme memoire des medecins & aux obſervations de l'Univerſité* Paris 1748. 4. *. Utique chirurgis jus docendi deberi. Medicos equidem lege anni 1743. ad graves caſus chirurgicos vocari, nihil tamen iis inde accedere in chirurgos imperii. Sexaginta prælectiones medicorum chirurgicas ad perfectam artis cognitionem adquirendam non ſufficere. Fruſtra repugnante Univerſitate, chirurgos tamen facultatem conſtituere, quæ pars ſit Univerſitatis.

Précis pour le S. de la M. contenant la refutation de l'écrit intitulé, la ſubordination des Chirurgiens Paris 1748. 4. * (aliud autem ſcriptum in mea editione anno demum 1749. prodiit). Medicis ut olim clinicis *præcedentiam* deberi, nihil ultra. Nullius momenti eſſe doctores chirurgiæ medicos. In refutatione aſperitatem ipſe auctor adgnoſcit. Chirurgos in anatome medicorum præceptores eſſe. F. JOSEPHUM HUNAULD in inciſione cadaveris hæſiſſe. In minoribus noſodochiis & ruri chirurgos internos morbos curare.

Memoire préſenté au Roi par ſon premier Chirurgien pour repondre a celui, qui a été préſenté a S. M. par ſon premier Medecin Paris 1748. 4.

Requête

Requête très importante au Roi, ou il eſt demontré, qu'avant 1656. *depuis l'inſtitution du College de S. Côme en* 1226 *les chirurgiens de Paris ont toujours été de vrais membres de l'Univerſité pour enſeigner publiquement la Chirurgie, que l'aſſemblée de* 1670. &c. Paris 1748. 4.

Sommaire par le S. PICHAUT *de la Martiniere premier Chirurgien contre les Doyen & DD. Regens de la faculté & contre l'Univerſité de Paris* Paris 1748. 4.

Additions au Sommaire contenant l'inventaire des titres pour le S. PICHAUT *contre les Doyen & DD. Regens de la faculté* Paris 1748. 4.

Obſervations pour ſervir de reponſe a la derniere requête imprimée des Medecins de Paris, Paris 1748. 4.

Examen impartial des conteſtations des Medecins & des Chirurgiens conſiderées par raport a l'interêt public par M. de B. Paris 1748. 12. Tribuitur FRANCISCO QUESNAI.

Lettres Patentes portant confirmation de l'établiſſement de l'Academie Royale de Chirurgie Paris 1748. 4. * cum quibus conjungimus *Nouveau réglement pour l'Academie R. de Chirurgie donné par le Roi* 18 *Mai* 1751. Paris 4. *. Forma Academiæ, Præſes, conſilium, adjuncti, ſodales exteri, conventus ſtati, præmia, hic auctoritate Regia conſtituuntur.

FRANCISCI de PAULA COMBALUSIER *la ſubordination des chirurgiens aux Medecins demontrée par la nature des deux profeſſions & par le bien public* Paris 1748. 4.

Pretextes frivoles des chirurgiens pour s'arroger l'exercice de la medecine combatus dans leurs principes & dans leurs conſequences Paris 1748. 4. *. Tribuitur etiam D. COMBALUSIER.

Remarques ſur la ſubordination des chirurgiens aux medecins & ſur celle qui eſt établie a la Cour Paris 1748. 4. PORTAL. Iterum COMBALUSIER.

Lettres d'un Medecin à M. PICHAUT *de la M. au ſujet du memoire qu'il a preſenté a ſa Maj.* Paris 1748. 4.

Memoires preſentés au Roi Paris 1748. 4.

Repreſentations au Roi ſur les plaintes des Provinces ib. 1748. 4.

Conſiderations d'un Medecin de Montpelier ſur les deux premiers memoires de M. PICHAUT *de la Martiniere* ib. 1748. 4. FRANCISCUM CHICOINEAU contra PICHAUTI cavillos tuetur, qui tamen intra manus Archiatri ſacramento ſe adſtrinxerit. Medicos & Pariſiis & Monſpelii pauperum curam gratuitam gerere. Chirurgos principes tamen doctoris medici gradum ambire. Eorum qui excellunt, eos medicorum fuiſſe diſcipulos. PETITUM fraude uſum WINSLOWI correctiones ſubterfugiſſe. Crure integro hominem ſervatum eſſe, in quo F. GIGOT crus geſtiebat amputare, ipſumque proprio in morbo, male a chirurgis intellecto, a D. SIDOBRE ſanatum fuiſſe.

Lettre d'un Garçon barbier à l'A. des Fontaines au ſujet de la maitriſe ès arts ib. 1748. 12. Id.

Lettre d'un Chirurgien de Paris à un Chirurgien de province contenant un reve ſingulier & quelques remarques ſur l'excellence de la medecine moderne Paris 1748. 4.* Aſperrimæ & inciviles calumniæ, quibus Franciscus Chicoineau, Johannes Astruc, & in univerſum medici Pariſini maculantur. Obſcuriſſimos chirurgos Hallium, Vicary, Vigier inter celebres inciſores numerat &c.

Refutation de l'écrit des Medecins intitulé la Subordination des Chirurgiens Paris 1748. 4. Tribuitur D. Louis.

Reponſe du Bedeau de S. Côme au ſecond Bedeau de la fac. de Medecine contre le nouvel écrit du Medecin veridique contre le Garçon chirurgien ib. 1748. 4.

Lettre d'un citoyen zelé qui n'eſt ni Medecin ni Chirurgien, ou l'on propoſe un moien d'apaiſer les troubles de la medecine & de la chirurgie ib. 1748. 12.

Entretiens familiers de deux garçons apoticaires ſur la medecine généralement priſe ib. 1748. 12.

Epître de M. a ſon frere au ſujet de la theſe du Bachelier en medecine, ſcript. 1748, impreſſ. 1752. 8.

Plaidoyer d'un Contrebandier ib. 1748. 4. Portal.

Teſtament du S. de la Peyronie Med. ib. 1748.

Conſultation de MM. Pogeau &c. *au ſujet de ce teſtament* Paris 1748. 4.

La Peyronie *aux enfers* la Haye 1748. 12.

Arrêt de la Cour du Parlement portant confirmation d'une ſentence du Châtelet qui ordonne l'exécution du teſtament & codicille de M. de la Peyronie Paris 1748. 4.

Teſtament de M. de la P. *& arrêts rendus en conſequence* ib. 1750. 4.

§. DCCXX. Galli.

Petri Tarin ad Cl. Gvattanum *brevis epiſtola de lithotomia* Paris 1748. 8. * & in *meis ſelectis*. Lithotomum hactenus perficit, ut curvum faciat, atque in apice fiſſum, atque principium crenæ latius. Monet veſicam urinariam inteſtino recto ſiniſteriorem eſſe.

Ej. *obſervations d'anatomie & de chirurgie* Paris 1753. 12. 3. vol. Collectæ.

Conſultations choiſies de pluſieurs Medecins celebres de l'Un. de Montpelier ib. 1748. ſqq. 12. octo vol. Aliqua etiam chirurgici generis continet.

J. B.

J. B. in tr. *de cephalotomie* Avignon 1748. 4. * aliqua habet chirurgica; abſceſſus in tympani caveam patens ſanatus.

§. DCCXXI. Dissertationes.

Jac. Roelke *de therapia morborum per ulcera* Leid. 1748. 4. *.

Christian Kister *de morbis puerperarum* Leid. 1748. 8. Cum funiculus abruptus fuiſſet, placentam tamen extraxit reſidem.

Cornelii v. Niel *de cauſis partus difficilis & auxiliis requiſitis* ib. 1748. 4.* Vidiſſe ſinciput in partu adeo productum fuiſſe, ut pro aquis haberetur, quæ membranas diſtenderent. Quando caput in oſſe pubis hæret, jubet feminam ſe amplecti, ut vertebræ lumborum retrorſum recedant. Cum capite præſtare unum alterumve brachium extrahere, ne fetus ſtranguletur. Capite avulſo fetus in utero hæſit.

J. Baptista Bergst *de iſchuria vera* ib. 1748. 4. *.

J. Redman *de abortu* ib. 1748. 4. *.

Laurentius Martucci præſide J. Antonio Scrinci Pragæ 1748. 8. * diſputavit *de puncto aut ſciſſo nervo atque tendine.* Commentarius in Boerhaavium.

Phil. Jac. Walther *de partu naturali ejusque vera cauſa* Argent. 1748. 4.

Mar. Hieronymus *de hæmorrhagiis* Erford. 1748. 4.

J. God. Viselius *de inſpectione & ſectione legali* Gieſſ. 1748. 4. *.

Georg Matthias Gattenhof, auctor & præſes, olim noſter auditor, nunc Profeſſor Heidelbergenſis, & Georg Ludwig Hueber *de calculo renum & veſicæ* Herbipoli 1748. 4. *. De calculis multa; etiam de lapidibus prægrandibus 4. 5. l. in equorum veſicis repertis. Renis 52. librarum exemplum: pleni materiæ tophaceæ. Calculus in puellæ urethra, in gnomonis ſpeciem flexus, ut alterum crus in vaginam rediret. Saponis efficaciam noſter expertus confirmat. Calculi ſapone cum gummoſis extractis curati exemplum.

J. Jac. Roscius *de vera cataracta lactea cryſtallina* Regiomont. 1748. 4.

Jos. Maria Franc. la Sone & St. Lud. Geofroi *E. in vulneribus profunde contuſis inciſiones cultro chirurgico profunde inſtitutæ præparant aut promovent ſuppurationem* Paris 1748. 4. *.

Petri Lalouette & Car. Franc. Theroul de Toulouse de Vallun *E femur in cavitate condyloidea aliquando amputandum* ib. 1748. 4. * & in *meis ſelectis.* Caput femoris carie eroſum noſter vidit, & una acetabulum, alterumque etiam ſimilem caſum, in quo vulgatis auxiliis æger non potuerit ſervari. Suadet adeo femur de acetabulo excidere, uti ſocer viri H. F. le Dran humerum

rum de cotylo ſcapulæ ejecit. Experimento facto hæmorrhagiam negat magnam ſequi, & poſſe arterias iliacas conprimi.

J. FR. le CHAT de la SOURDIERE (WINSLOWI gener) & J. JAC. MESSENCE *E. chirurgicæ herniarum curationi muſculorum ſternomaſtoideorum tenſio nocet* Paris 1748. 4. * & in *meis ſelectis.* Quando corpus ſupinum erigitur, tendi muſculos abdominales, quos præſtat laxos eſſe: in operatione ergo cavendum, ne caput antrorſum levetur.

JULIANI BUSSON & ALEX. DIONYSII DIENERT diſp. *Ergo abſque membranæ tympani apertura topica in concham injici poſſent* ib. 1748. 4. * & in *ſelectis meis.* Per tubam nempe EUSTACHII liquorem medicatum jubet injici.

ANT. BERGIER & JAC. BARBEU du BOURG *E. tracheotomiæ nunc ſcalpellum, nunc trifidus mucro* ib. 1748. 4. *. Nempe acus quando aeri via facienda, culter quando illapſa eximenda.

JO. FR. ISEZ & BERN. NIC. BERTRAND *E. caries in extremitatibus oſſium vix ſanabilis* ib. 1748. 4. *.

CAR. FR. BOUTIGNY *des* PREAUX & PETR. AUGUSTIN ADET *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta ſola diæta & venæ ſectione curantur* ib. 1748. 4.

SYLV. ANT. le MOINE & ANNA CAR. LORRY *E. arteriotomia aliquando inſtituenda* ib. 1748. 4.

PETR. JOS. MACQUER & HUGO CAPET *E. inflammationi pro varia ſede ſuppuratio propior* ib. 1748. 4.

§. DCCXXII. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* n. 485. FRANCISCUS DRAKE de oſſibus fetus per abſceſſum umbilici egeſtis.

N. 486. JACOBI MOUNSEY fetus ex tuba Fallopiana exciſus.

N. 488. THOMAS AERY ſanatum vulnus corneæ tunicæ cum uveæ laceratione.

N. 489. RICH. HASSEL maximum vulnus oculi ſanatum. (Sed videtur oculus nihil paſſus eſſe).

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. JOB BASTER *obſ.* 14 epiphyſis tibiæ per abſceſſum ab oſſe ſeparata in puero.

Obſ. 15 fiſtula veſicæ perantiqua ſanata.

Obſ. 17 hernia umbilicalis viri hydropici funeſta.

Obſ. 20 calculus ſub lingua exciſus.

Obſ. 33 pus de cerebro per frontis abſceſſum manans, eventu funeſto.

Obſ. 34 parulis cartilaginea ab evulſo dente ſectione ſublata.

Obſ.

Obſ. 36 fiſtula inteſtini, ut cibi per vulnus exirent, impraegnatione ſanata.

Joh. Balthasar Erhart, Memmingenſis medicus, olim amicus noſter.

Obſ. 39 ex fungo veſicæ cauda ſua partem urethræ obturante, iter urinæ funeſto eventu ſuppreſſum.

Georgii Christiani Materni de Cilano, medici Altonenſis.

Obſ. 91 tumor inguinis puris vomitu curatus.

Obſ. 92 ſcirrhus colli in lethale carcinoma degener.

Vol. IX. *obſ.* 89 clavi pedum quotannis per ſuppurationem delabentes.

Obſ. 91 diuturna cephalea ſetaceo ſublata.

Vol. X. *obſ.* 4. de inteſtino colo per vulnus abdominis pendente, cum experimentis in eo inteſtino a B. S. Albino factis.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 5 empyema ſponte ruptum, & per lotium felici eventu repurgatum.

Obſ. 6 ex nervi plantaris vulnere funeſtus opiſthotonus.

J. Christoph Riedel in *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII.

Obſ. 103 os bregmatis a lapſu depreſſum, inde paralyſis.

J. G. Block.

Obſ. 120 calculus poſt 28 annos de urethra exciſus.

Obſ. 104 calculus per anum exemtus, & ejus chemica analyſis.

J. Friderich Furstenau J. Hermanni f.

In *Vol.* VIII. *obſ.* 59 bis abſceſſus in genu ſanatus.

Vol. IX. *obſ.* 48 ſanatum vulnus venarum jugularium & laryngis, ſutura adhibita.

Obſ. 50 ſpina ventoſa aliquoties ſanata exemtis, quæ corrupta erant, oſſiculis, alias lethalis.

In *hiſt. de l'Acad. des Scienc.* 1748. Toison, de puella, quæ cum anguſtiſſima vagina conceperit & peperit, cum ea in ipſo partu obſequioſe ſe laxaſſet.

In *Select. Francof.* T. IV. n. 6. Godofredus Behr de omento ex vulnere prolapſo, reſecto, ſuperveniente febre facile ſanabili.

Vulnus corneæ tunicæ, ut putatur, per febrem ſanatum.

In diario *Gentlemans Magazine* ſubinde chirurgici caſus deſcribuntur, ut a. 1748. fracta rotula, os emollitum.

§. DCCXXIII.

§. DCCXXIII. Franciscus Boissier.

Vulgo de Sauvages, profeſſor Monſpelienſis, Jatromathematicus, vix ullam medicinæ partem inornatam reliquit.

Ej. diſſ. *ſur la nature & la cauſe de la rage* Toulouſe 1750. 4.* & in Auctoris *Chefs d'œuvres* Paris 1771. 12. 2. vol. *. Italice in *nuova racolta*, verſus a G. S. cum præfatione, in qua experimenta exponuntur Ravennæ cum eodem medicamento facta. Diſſertatio, qua præmium ab ea urbe propoſitum meruit. Rabies idiopathica in canino genere frequens, inter homines rara. Rabies communicata ab hominis ſaliva, per ſalivam animalis rabidi infecta, ſero non raro erumpens, etiam abſque vulnere inficiens. Humores humanos id venenum cogit: electricæ naturæ eſſe videtur. Auget idem ſentiendi facultatem. Non deglutiunt ægri, quod fauces inflammatæ ſint, quod ab aqua mucus faucium corruptus diluatur, & plus inferat doloris. Febris inde acuta, & ſanguis colliqueſcit: ſpes omnis eſt in promtiſſima partis demorſæ amputatione, aut profunde certe fiſſa circumſcriptione, ut neque ſanæ carni parcatur. Serius ſi acceſſeris, hydrargyro utendum, cujus remedii felices effectus noſter producit, non tamen, quantum video, ipſe expertus. Ab aſino rabiente, ut credebatur, demorſus facile balneo & mercuriali inunctione ſanatus homo.

Ej. & Abrah. Mosis Joyeuse *Theoria tumorum* Monſpel. 1753. 4. * phyſici magis generis, ut & theoretici. Tumores alios ſedem habere in diſtentis vaſis, alios in celluloſa tela, quæ poſſ cyſtide circumdari.

Ej. ſub nomine J. Dechevane *ſynopſis morborum oculis inſidentium genera & ſpecies exponens* Monſpel. 1753. 4. *. Ad botanicæ methodi morem genera morborum & ſpecies conſtituit. Inter hos morbos quatuordecim ophthalmiæ (ex Carolo de S. Yves). Cataracta ex lente cryſtallina mole aucta. Suffuſio ei eſt macularum & colorum imaginariorum apperitio.

Ejusd. *noſologia methodica ſiſtens morborum claſſes genera & ſpecies juxta Sydenhamimentem & botanicorum ordinem* Lyon 1763. 8. 5. vol. *. Morbi etiam chirurgici in claſſes genera & ſpecies reducti. In Tomo II. huc pertinent Anthrax, Carcinoma, Exoſtoſis, Gibboſitas, Lordoſis, Cutanei morbi. In Anthrace oppiduli Roquecourbe ægroti perinde ut tarantati novem dies totidemque noctes ſaltare conantur. Carbunculus non peſtilens. Cancer linguæ jumentorum. Cataracta. In T. III. In Davielii curatione nono die dolorem ſupervenire, cujus ſedes ſit in choroidea tunica (quam Daviel non lædebat). Calculo molliores ab uva urſi ſolvi. Iterum morbi oculorum. Tarantatorum ſymptomatibus noſter fidem adhibet. Mors ex rupto anevryſmate. Non repertas fuiſſe urethræ caruncul as, cum exſpectarentur. Adverſus calculum ſaponem & calcem uvæ urſi præfert. Morbus *Yaws*. In cancro arcanum chirurgi Guy fruſtra fuiſſe.

In nova editione Genevenſi 1768. 4. 2. vol. * aliqua auctaria reperias, & tabulas additas.

In

Id. & Joseph Berthelot *de animalibus venenatis Galliæ* Monſpel. 1763. 4. *. De radio venenato paſtinacæ marinæ. Non videri ſcorpionum aculeum venenum habere. Venenum viperæ non eſſe perpetuum. Nomen Francisci de S. hic non apparet.

In editione opuſculorum, quæ J.E. G. Gilibert medicus Monſpelienſis cum notis ſuis Pariſiis edidit 1771. 12. 2. vol. * cum titulo *chefs d'œuvres de M. de S.* aliquæ acceſſerunt adnotationes ad lib. de hydrophobia, & Bertheloti diſputationem. Periiſſe canem, cui Cl. editor vulnuſculum in lingua inflixerit, & venenum viperinum infuderit. De ſcorpionum veneno dubitat.

§. DCCXXIV. Daniel Wilhelm Triller.

Vir eruditus, clinicus, deinde profeſſor Wittebergenſis.

Ej. progr. *de veterum chirurgorum arundinibus atque habenis ad artus male firmos confirmandos adhibitis, occaſione loci cujusdam Suetonii* Witteberg 1749. 4. *. Harenas, quibus Cæſar Auguſtus ſe confirmavit, in habenas mutat, quibus, & ferulis, crura debilitata firmaverit. Et certum eſt, apud Gellium ferularum loco arundinum vocem reperiri.

Cum ea emendatio a Cl. Springsfeld minus probaretur, reſpondit noſter in libello, cui titulum fecit *Exercitat. altera ad quemdam Suetonii locum in vita Auguſti de remedio habenarum atque arundinum* Witteberg 1751. 4. *. De ferulis jam Reinesium cogitaſſe. In hieracoſophio arundinum vocem pro ferulis ſumi, & Palladium arundines pro anthrace commendare. Videri Augusto femur ſubinde elapſum fuiſſe. (*Tibias* iſchiadi mederi Gellius).

Ej. *de pityriaſi veſicæ, ad corruptum* C. Aureliani *locum* Witteberg. 1750. 4. *.

Ej. *de gibbo ex nephritide potius quam ex phrenitide orto* Witteberg 1754. 4. *. Phrenitis vulgo legitur, quam vocem noſter in nephritidem & κωφωμα in κυφωμα mutat.

Ej. *de ſcarificatione & uſtione oculorum ab Hippocrate deſcripta* ib. 1754. 4. * duæ diſſ. Ατρακτον, quam Woolhousius ατρακτιδα legebat, noſter exiſtimat cauterium eſſe, ex buxi ligno in fervens oleum intincto. Dioscoridem tamen palpebras foliis ficus raſiſſe, Galenum pumice, ſpecillo, piſcium marinorum pelle, Aetium ferro, Paulum & iſto, & Blepharoxyſtro, Celsum & Apsyrtum ſcalpello.

Ej. & Titii *de nociva cancri inveterati exſtirpatione* ib. 1752. 4. * & in *ſelectis meis.* Propriis & utilibus exemplis confirmat, ab ejusmodi cancro manus eſſe abſtinendas, qui in partibus corporis interioribus deterior redeat.

Ej. *de mira naturæ ſolertia in reparandis damnis corpori animali illatis.*

Ej. *de tumoribus ſingularibus a menſium ſuppreſſione ſubortis* 1758. 4. *.

Denique anno 1766. 4. * duo tomi priores, nuper a. 1772. tomus III. * *Opuſculorum medicorum ac medico philologicorum* ab auctore recognitorum, auctorum & emendatorum prodierunt, qua collectione priora continentur.

§. DCCXXV. Fr. Johannes de S. Cosma.

Hoc anno 1748. in *Journ. des Sav.* M. Jun. Frater J. de S. Cosma, monachus quos vocant *feuillans*, primum deſcripſit novum ſuum inſtrumentum ad calculum excidendum, excogitatum, quod ab eo tempore celebritatem adſecutum eſt, & *lithotome caché* dicitur. Specillum eſt cavum, de quo lamina chalybea exit, tantum ſcindens quantum juſſeris, & majorem minoremve partem proſtatæ & veſicæ aperturum.

Succeſſit menſe Julio, & in *Journ. de Verdun*, deſcriptio forcipis ad confringendum calculum grandiorem idoneæ. Exemplum additur felicis uſus lithotomi, quem dixi.

Cum Le Catius menſe *Auguſto* in eodem diario in novum inventum animadvertiſſet, prodiit primum reſponſum in duobus menſibus diarii *Journal de Verdun* & in *Jun.* & *Julio du Journal des Savans.* Laudat Frater magnum vulnus, quo veſicam aperiat: & proſtatam dividat neque laceret. Le Catium infeliciter calculum ſecuiſſe, quod non ampliter ſatis veſicam aperuiſſet. Ad aliud iterum ſcriptum reſpondet duabus epiſtolis ſive

Lettres à M. Mopillier *pour ſervir de reponſe à la critique de* M. le Cat, in *Dec.* 1749. & *Jun.* M. 1750. *diarii eruditorum* excuſis. Vitia refutantur, quæ Le Catius inſtrumento Fratris imputabat. Ejus *gorgeret* nimium habere voluminis, & ſolam partem urethræ aperire, quæ eſt ante proſtatam. Le Catium nihilo aliis lithotomis feliciorem eſſe. Suum inſtrumentum aperire, quantum ad calculum educendum ſufficiat, etiam ſi major fuerit. Teſtimonium producit D. Boudou.

In *jugement d'après les faits*, enumerat ægrotos, qui feliciter a calculo ſuo lithotomo liberati fuerint, cum dimidia pars ægrorum in Le Catii manu perierat. Pro ſitu plano. Prodiit in *Journal des Savans & de Verdun Avril* 1750.

Id. in *J. des Savans* l. c. urget, ut ægrotus, cui calculum velis excidere, plano corpore & ad horizontem parallelo decumbat, ne inclinati corporis inteſtina veſicam urgeant, neve plica fiat inter calculum & forcipem. A chirurgis Tardy & la Roche feliciter calculos ſuo inſtrumento fuiſſe exciſos. Hevini teſtimonium producit.

Deſcribit etiam acum triquetram curvam ad punctionem veſicæ hypogaſtricam idoneam, quæ tubulum in veſica relinquat, ſtylo non extracto.

Cum iterum eſſet a Le Catio refutatus, reſpondit denuo, in *Reflexions qui ſervent de reponſe au dit memoire*, in quo ſitum planum defendit. Le Catium oſtendit ſibi ipſi contradicere.

Inde edidit *Recueil de piéces impartiales ſur l'operation de la taille faite par le lithotome*

lithotome caché; avec un memoire concernant la retention d'urine, cauſée par l'embarras du canal de l'urethre Paris 1751. 12. *. Eo priora omnia continentur.

In *Journal des Savans* 1752. enumerantur 23 homines, quibus chirurgi CAMBON & LE SAC inſtrumento COSMANO calculum ſecuerant, feliciter omnes unico excepto: hæmorrhagia tamen nonnunquam ſupervenit. Omni deligatione ad RAVII morem abſtinet.

Secutum eſt aliud volumen, *additions à la ſuite du recueil de toutes les piéces qui ont été publiées au ſujet du lithotome caché* Paris 1753. 12. *. Contra LE CATIUM pugnat, fere productis teſtimoniis hominum, qui ſui inſtrumenti beneficio calculo liberati fuerint, ut theoria pugnare non valde opus ſit. Frater S. COSMAE nomen ſuum nunc aperit, & FALCONETI favens teſtimonium producit. De LE CATII odiis & clanculariis inquiſitionibus queritur. Infelices ſucceſſus ex mala conditione veſicæ debere repeti. De hæmorrhagia in unico caſu funeſta fatetur. LE CATIUM perpetuo inſtrumenta & adminiſtrationem mutare. VANDERGRACHTIUM LE DRANIUM potius quam LE CATIUM ſecutum eſſe. Inſtrumentum ſuum collum veſicæ ſolum aperire, neque laminam rumpi poſſe. Male inſtrumentum ſuum ex cadaveribus a LE CATIO dijudicari, quod a peritis probetur. Numeroſos chirurgos recenſet, qui eodem utantur. Forcipe etiam ſua calculos majores bene fractos eſſe. Tunc etiam feliciter eſſe operatum, quando calculus aut in cellula veſicæ ſederit, aut fungoſa carne fuerit obvolutus.

In *Mercure de France* 1756. M. Mai. F. S. COSMÆ iterum ad felices curationes provocat, quæ ſuo inſtrumento a chirurgis TARDY & ab aliis adminiſtratæ fuerint. Exiguum eſſe, quod in eo mutaverit, & fere duo elaſtra. Prius inſtrumentum delineatum dat, & hoc novum.

In *Journal des Savans* 1763. Juin, epiſtola exſtat contra LE CATIUM. Periiſſe, cui veſicam cruſta lapidea obduxerit.

In T. XXXIX. *J. de Medecine* fuſe ſe tuetur contra BEAUSSIER ob curationes aliquas calculoſorum hominum minus felices & ſibi imputatas. De fungis veſicæ; de calculis in cellula latentibus, etiam adhærentibus, & tamen feliciter ſolutis. Calculi a fungo quaſi celati & occultati. In adminiſtratatione ſua B. BEAUSSIER erraſſe, & inſtrumento non bene uſum eſſe.

Omnino perſecutiones ob gloriam inventi plurimas paſſus eſt, ut etiam literas Regio ſigillo munitas Chirurgi petierint, quo Gallia expelleretur HELVETIUS *de l'homme* p. 542.

§. DCCXXVI. DES PORTS, BLANC &c.

. . . DES PORTS, chirurgus caſtrenſis.

Ejus eſt *traité des playes d'armes à feu* Paris 1749. 12. *. De vulneribus ſtlopetariis primo in univerſum. Contra BELLOSTIUM, pro turundis, quibus ſi ceſſes uti, vulnus claudatur quidem, cæterum corpora peregrina in imo vulneris

ſinu retineri poſſint, certe in profundis vulneribus. Spirituoſis ſe olim medicaminibus, magno cum ſauciorum malo, eſſe uſum, ipſam vero ſe experientiam docuiſſe, quantam inferant perniciem, quod neceſſariam ſuppurationem ſupprimant. Argentum vivum præcipitatum nimis acre eſſe, & ſalivationem ciere, ſi vulneri impoſueris. Qui ſaucii malo pane aluntur, eos vix convaleſcere. Dari veras contuſiones cum ſanguine effuſo, eſſe vero etiam, ubi ſub eſchara ſaniſſima caro ſit. In vulneribus nimis hiantibus aciculas infigit, filisque decuſſatis obvolvit. Si cum fracto oſſe contuſio conjungatur, inciſionem rejicit. Vulnus quodcunque ſtlopetarium utrinque dilatat, carpitque exteros, qui neceſſariam curam negligant. Si glans plumbea inter duos tendines impacta fuerit, alterum vel utrumque reſecat; etiam oſſa frangit ut eximat. Læſum tendinem totum dividit. De vulnere in articulo genu accurate, ut caſum diſtinguat, in quo ſit amputandum, quam curationem vitat, quantum ejus fieri poteſt. Gravia vulnera ſtlopetaria ad ſanationem perduxit, in cerebro, ſcapula, veſica, œſophago. Clathrata ſutura abdomen conjungit. Novam cranii a ſclopo læſionem vocat *en pente*, in qua lamina externa finditur, & paulum deprimitur, interna ſecedit, & cerebrum oblique conprimit: per fiſſuram vero tenuis de globo lamina tranſit; Ut id malum curetur, cujus exemplum producit. Pro turundis, dum molles ſint. Oſſis fungum in abſceſſu ſanavit adhibito ſetaceo. Amputationem fruſtra fieri, quando cacochymia dominatur. Chirurgos in his vulneribus ſpiritu vini abuti, Hiſpanos æque infeliciter aqua ſola uti. Nocere aloes tincturam oſſibus adhibitam. Utique a globo tormentario tranſeunte manum amputatam, hepar, lienem læſa &c. Omnino vulnus ſtlopetarium ſurſum & deorſum debere dilatari. Oſſi inpacta glans inciſione nudanda, etiam trepano excidenda. Eſſe, ubi glans circumflexa tamen os frangat. Sanatum memorabile vulnus, cum glans eſſet in cavitate ſemilunari tibiæ. Vulnus articuli tibiæ cum talo amputationem exigit; ſic oſſa tarſi fracta. Glans articulationi inpacta excidenda. Pro injectione apti liquoris in pectoris vulnere. Sanatum vulnus veſicæ & oſſis ſacri perforati. Exfoliantia medicamenta in levi cranii læſione non conveniunt. Vulnus & glans intra caput latens trepano quæri debet. Vulnus per nares ad tympanum uſque poſt multas inciſiones ſanatum. Sic œſophagi vulnus.

LE BLANC, chirurgus & lithotomus Aurelianenſis.

EJUS *lettre à* M. LE CAT citat PORTALIUS Paris 1749. 12. excuſam. Exſtat inter LE CATIANA narratio hujus chirurgi, de proprio in dura membrana vulnere.

Deinde a. 1768. Paris 8. * edidit *nouvelle methode d'operer les hernies.* Scopus eſt in hernia incarcerata dilatationem ſuadere, rejicere inciſionem. Digito ſolo feliciter uſus eſt, & inteſtina etiam gangrænoſa reduxit, anſa trans meſenterium ducta, cujus filum propendebat: in crurali tamen hernia digitus operi non ſufficit. Forcipem ergo invenit, quæ clauſa in anulum datur, tunc elaſtro aperitur. Neque carptum linteum in vulnere fert, neque turundam. Inteſtinum

una

una cum ſacco reducit, tantum ne æger nimis ſupinus decumbat. Id eſſe in dilatatione commodi, quod bracherio non egeas, cum inteſtinum facile elabatur, ſi anulum diviſeris. In anulo vetuſto & duro forcipe eſt opus. Mareti adnotatio, qui omentum quaſi laqueo inteſtinum vidit ſtrangulaſſe.

Ejusd. *refutation de quelques reflexions ſur l'operation de la hernie* ib. *. Contra cenſuram Antonii Louis, cui objicit, eum de ſymptomatibus ſcripſiſſe operationis, quæ facta ſit in cadavere.

Id. in *Journal de Medecine* T. XVII. refert de malo, quod ipſe paſſus eſt ab ictu, ut videtur, electrico argenti fuſi, unde abſceſſus intra cranium, & ſumma cephalea ſecuta eſt; denique pure per aures naresque effuſo ſanitas reſtituta.

T. XXX. *Journ. de Medec.* de ſuis herniarum curationibus agit. Eſſe tamen ubi hernia curata rediit.

In T. XXXV. de placentæ particulis retentis, & Levreti inſtrumentis eductis.

In T. XXXIX. ejusd. diarii agit de calculis in cyſtide latentibus excidendis: id ſuo inſtrumento putat fieri poſſe, ſi calculus non longe a collo veſicæ remotus fuerit.

Taillard, le fils, *élémens de l'operation de la phlebotomie* Paris 1749. 12. *. Fuſe de venæ in brachio & in pede ſectione; breviter de vena jugulari. Ex pedis vena ſi ſanguis fluere ceſſaverit, alterum vinculum ſupra genu injicit.

De la Fosse pater, *traité ſur le veritable ſiége de la morve des chevaux* Paris 1749. 8. *. Germanice Hall. 1752. 8. *. Morbum funeſtum & incurabilem reſidere unice in membrana pituitaria, cujus ulcus ſit: poſſe & in ſepto narium ſedem eſſe, & in ſinu maxillari aut frontali, aut in oſſibus turbinatis, demum in glandulis nonnullis equo propriis: eſſe ubi in pulmonibus reſideat. Veram curationem poni in perforatione narium, inter mediam lineam & angulum oculi internum, tum in alia terebratione in fine ſinus maxillaris. Idonei liquores in nares injiciuntur. Subinde neceſſe eſt, ſeptum ſinus maxillaris perforare.

Ej. *obſervations & decouvertes faites ſur les chevaux avec une nouvelle pratique de la ferrure* ib. 1754. 8. *. Exemplum laceratorum tendinum a terrore. Inflammatio ſoleæ carnoſæ. Callum renaſcentis & conferventis tendinis vidit. Vulnera. Demum de morbo *la morve* agit. Sanum equum experiendi cauſa eo morbo infecit, dum inficientem liquorem in ejus naſum inpulit. Oriri a frigore ſubito. De leviori morbo catarrhali *la Gourme*, qui & ipſe & ad ulcera pertineat, & egeat inciſione. Ulcus ad diviſionem aſperæ arteriæ. Experiendo didicit a pulvere lycoperdi ſanguinis jacturam, etiam cum arteriæ vulnere, ſubprimi.

In *Mem. des Sav. étrang.* T. IV. de tumore in pede equi, quem male ſoricis morſui tribuant, & quem inciſione curat.

Petri Senac, Archiatri, in *traité du cœur*, quod ib. 1749. 4. 2. vol.* prodiit, inque

que ſecundo volumine aliqua huc faciunt, de cordis vulneribus, ulceribus &c. Parvorum vaſorum vulnera non ita ſubito mortem inferre, etſi multum amittatur ſanguinis; tempus enim concedi tenuioribus humoribus, ut locum ſanguinis occupent (& arteriarum tunicas minus diſtentas dilatari, quo tubulus ſanguini perfluus minor nunc ſit).

Ej. præfatio ad Du Verneyum *de morbis oſſium* Paris 1751. 12. *. Luculenta præfatio, multaque ad Du Verneyi placita additamenta, etiam ex Boerhaavio. Oſſa fracta aliquando a muſculis juſto in ſitu contineri. De oſſibus emollitis. De corruptione ſucci medulloſi in carie, in ſpina ventoſa. De inflammatione perioſtei, etiam interni. De fragilitate oſſium ejusque cauſis. De rachitide, de carie, de ancyloſi.

Franciscus Imbert, Cancellarius Univerſitatis medicæ Monſpelienſis, Senaci gener.

Ejus ſunt *duodecim quæſtiones*, *occaſione cathedræ per mortem* D. Fizgerald *vacantis* Monſpel. 1749. 4. *. Inter eas ſecunda eſt de morſu viperæ. Octava de ſenſu oſſium molleſcentium, quem rejicit. Nona de carie. Carnem viperarum a demorſis edi poſſe.

Ej. *tractatus de tumoribus humoralibus* Monſpel. 1753. 12. *. De inflammatione; de quatuor œdematis ſpeciebus, cum ſubtili theoria. De ſcirrho teſtis, in quo arenam viderit, marinæ ſimilem. Carbunculus Languedociæ endemius. Paronychiæ octo facit claſſes, & magnum eſſe in iis periculum docet, quæ ſedem ſuam in vaginis tendinum, aut in articulationibus habeant. Ubi amputandum eſt, mavult totum digitum amputare. Emphyſematis peculiare exemplum. De cyſticis tumoribus breviter. Spina bifida, cujus caſus aliquos recenſet, & quæ ſit ab hydrocephalo. Cancer mammæ virilis rarus: in eo optima ſaturnina Goulardi medicamina. Funeſtus error herniotomi.

In . . . D'Aubenton *deſcription du cabinet du Roi*, quæ adjecta eſt hiſtoriæ naturali Buffonii, variæ hiſtoriæ, ancyloſios &c.

In T. III. multa ad calculos veſicæ; exoſtoſes, ancyloſes; oſſa venerea ſponte fracta, gibbi cum connatis vertebris &c.

In anatome *Coati* T. IIX. adnotat lentem cryſtallinam diminutam corneæ tunicæ adhæſiſſe.

§. DCCXXVII. Lites Medicorum cum Chirurgis.

Plurima hoc anno ſcripta prodierunt, quæ huc faciunt. *La ſuperiorité des medecins ſur les chirurgiens prouvée par les loix & les uſages de toute l'Europe* Paris 1749. 4. *. Ad exteras Academias (etiam ad Gottingenſem me Decano) ſcripſerunt medici Pariſini, ut limites diſcerent, in quibus chirurgi a medicis continentur. Reſponderunt plurimæ facultates medicæ, Oxonienſis etiam & Cantabrigienſis,

brigienſis, abſentibus medicis chirurgos non adoptari: hos internis morbis non mederi, neque majoris momenti curationes abſque medicorum conſenſu ſuſcipere; demum ubique a medicis chirurgiam doceri.

Reponſe au dernier memoire de M. le 1er chirurgien, à l'écrit intitulé Examen impartial Paris 1749. 4. *. Auctor D. PAYEN. Antiquiſſima medicorum prærogativa confirmatur. Experientiæ in chirurgicis utilitas contra chirurgum primarium defenditur, qui experientiam parvi faciebat, ut litterarum neceſſitatem ornaret. Veteres chirurgos togatos ad incrementa artis ſuæ vix quidquam contuliſſe; melius de ea meruiſſe tonſores, optime medicos, potiſſimum Italos. Infinita mala ex internis curationibus oriri, quas chirurgi ſuſcipiant.

Memoire au Roi pour les Conſeillers & Medecins de S. M. Chancelier, Doyen & Profeſſeurs en l'Univerſité de Montpellier & pour le Corps des Docteurs en la dite Univerſité contre les MM. Chirurgiens de la même ville par M. COMBALUSIER Paris 1749. 4. PORT.

Conſiderations d'un medecin de Montpellier ſur les deux premiers memoires preſentés au Roi par le S. PICHAUT *de la M. & ſur les progrès de la medecine & de la chirurgie* Paris 1749. 4. PORT. Tribuitur etiam FRANCISCO COMBALUSIER.

Repreſentations faites au Roi par la Faculté de Medecine de Paris ſur les plaintes des Provinces ſur le deſordre général introduit par les chirurgiens dans l'exercice de la medecine & de la pharmacie Paris 1749. 4.

La neceſſité de maintenir dans le Royaume les écoles de chirurgie, qui y ſont établies dans les facultés de medecine Paris 1749. 4.

Lettre d'un medecin de Montpellier à M. C. D. F. *medecin ordinaire du Roi au ſujet de l'examen public, que le S.* LOUIS *a ſubi à S. Côme le* 25. Sept. 1749. ib. 4. In theſes ANTONII LOUIS.

Du droit, que les medecins ont d'aſſiſter & d'opiner aux examens & receptions des MM. Chirurgiens Paris 1749. 4.

Memoire pour le S. de la MARTINIERE *& les Prevôts & College des chirurgiens, contenant la refutation des derniers écrits de la faculté de medecine à Paris* Paris 1749. 4. *. Cum medici oſtendiſſent, in univerſa Europa chirurgos medicorum eminentiam adgnoſcere, hi Pariſini chirurgi regerunt, extra Galliam meros eſſe tonſores, qui neque brachio uti norint, neque mente.

Obſervations pour ſervir de reponſe à la derniere requête des medecins Paris 1749. 4. *. Ut poſſunt, palliant ſpuriam ſuorum *ſtatutorum* naturam. Contra medicorum præſentiam, quando chirurgorum diſcipuli examinantur.

Memoire preſenté au Roi par ſon premier Chirurgien, où l'on expoſe la ſageſſe de l'ancienne legislation ſur l'état de la chirurgie en France ib. 1749. 4. *. D. PICHAUT extollit literarum in chirurgo neceſſitatem. Chirurgum medicum facit. & clinico præfert. Chirurgos negat quemquam adoptare, niſi quatuor annis in noſodochio curantibus adfuerit. Operationes ita contemnit, ut eas in 48. horis diſci

diſci poſſe adfirmat. Votum chirurgi eſſe non operari. Neque tamen chirurgos velit interna mala ſuſcipere curanda. Gallorum chirurgos ab ipſis exteris præferri. Pariturum ſe & chirurgos medicis, niſi ea imperent, quæ conſcientia vetat exſequi. Ad externa etiam mala vocari medicos conſentit, & eorum vota numerari. In oppidis vellet medicos ali, qui in noſodochiis ægris adſtiterint, & chirurgiam didicerint. Nihil ſe debere Archiatrorum comiti.

Examen des plaintes des medecins de province preſentées au Roi par le Parlement de Paris Paris 1749. 4. *. Ironiæ & cavilli. Tribuunt ANTONIO LOUIS, forte non vere.

Addition à l'examen des plaintes &c. ib. 1749. 4.

Obſervations ſur le memoire des medecins de Montpelier, écrit par F. de P. Combaluſier ib. 1749. 4. *. Superbum & injurioſum ſcriptum. GUIDONEM de CHAULIAC in chirurgo literas deſideraſſe (ſed GUIDO medicus erat & clinicus, agebatque de ſui ſimilibus). Lectiones chirurgicas medicorum nullius eſſe momenti.

Secondes repreſentations au Roi par le S. de la MARTINIERE ib. 1749. 4. *. Leges Bleſenſes irritas fuiſſe. Anno 1721. tonſores chirurgis traditos eſſe examinandos. Senatus contrariam legem anni 1551. nullum effectum eſſe ſortitam. Medicos equidem a. 1656. & 1660. in chirurgos eamdem poteſtatem adquiſiviſſe, quæ ipſis fuerit in tonſores.

Secondes repreſentations au Roi pour les maitres en chirurgie de Montpelier ib. 1749. 4. *. Plus hic eſt boni ordinis. Vetuſtos chirurgos Monſpelienſes de tonſorum grege fuiſſe. Anno 1496. lege ſanctum eſſe, ut medici eorum examinibus adeſſent, eam legem ſæpe renovatam tamen contrario uſu refutari. Chirurgos ipſos cadavera incidere, Medicos orare. Chirurgos intra eosdem Monſpelii limites ſe contenturos, quos PICHAUT admiſerit.

Denique hæ lites a Rege 12. Aprilis 1749. 4. *. per *Arrêt du conſeil d'Etat au ſujet des conteſtations qui ſe ſont formées entre les medecins & les chirurgiens* recuſ. 1753. 4. conpoſitæ fuerunt, quibus ſilentium medicis inponitur & chirurgis. Hi candidatis examinandis & recipiendis tres medicos advocare jubentur, qui per horam eorum profectus explorent. Alius ordo eſt chirurgorum non togatorum, qui ad antiquum uſum recipiantur. Utrorumque catalogus a Præpoſitis chirurgorum quotannis die Lucæ medicorum Decano offertur. Chirurgis interdicitur, ne morbos internos curaſſe velint. Ad operationes medici ſuam mentem aperire tenentur, & eorum vota numerantur.

Utcunque huc facit *Arrêt du Conſeil d'Etat concernant la vente faite a* S. M. *de la terre de Marigny legée par feu* M. de la PEYRONIE *au college des MM. en chirurgie de Paris* ib. 1749. 4.

Et *lettres patentes portant confirmation du contrat de vente de la terre de Marigny* ib. 1750. 4.

Porro.

Reflexions

Reflexions ſur le jugement du procès entre la faculté de medecine & l'Acad. Royale de Chirurgie Paris 1749. 4.

La voix du peuple ſur les conteſtations entre les Medecins & les Chirurgiens de Paris en faveur des Chirurgiens ib. 1749. 4.

Brevet de la Calotte pour la Chirurgie de Paris ib. 1749. 8. Satyra ſcripta in Chirurgos.

Compliment de felicitation a M. le Doy. & DD. Reg. de la fac. de Medecine au ſujet de l'Arrêt rendu en leur faveur ib. 1749. 4. Ironia in medicos.

§. DCCXXVIII. Itali.

Janus Reghellini, qui utramque medicinam Venetiis exercet, edidit Venet. 1749. 8. *. *Lettera chirurgica ſopra l'offeſa della viſta in una donna, conſiſtente nel raddoppiamento degli oggetti, ſeguito doppo la depreſſione della cataratta.* Admittit cataractam membranaceam: ad eam acu utitur ad lanceolæ modum facta. Cataractam membranaceam per ſua ſigna adgnovit. Eam difficillimam eſſe curatu, & fere adhærere atque ægre ſolvi. Deinde de lactea cataracta agit; perforata nempe lentis capſula albus effluit ſuccus, qui humores turbat. In Roſalba, celebri pictrice, cataractam ſquamatam deſtruxit, ut ſquamam poſt alteram detergeret. Humorem vitreum abſque periculo perforari. Morbus, de quo hic peculiariter agitur, duplex fuit viſio feminæ, cui cataractam noſter depoſuerat. Cauſa mali erat nova pupilla interius ad naſum ſuborta (ex uveæ tunicæ, ut videtur, in depoſitione vulnere, etſi R. inflammationi & ſuppurationi tribuit). Pupillam nova inciſione ſuadet in figuram legitimam reduci.

Ej. *oſſervazioni ſopra alcuni caſi rari medici e chirurgici* Venez. 1764. 4. *. Cataracta (lentis cryſtallinæ) bis a commotione adſcenderat, in cameram tranſierat anteriorem: a R. vero retrorſum conpulſa eſt, ægro ſupinato. Davielii extractionem carpit, & multo plures funeſtos habere eventus objicit. De deglutitis abſurdis, quorum aliqua, etiam emetico medicamento, de ventriculo expulit. Dolor capitis a dura matre in cerebrum depreſſa: dura cerebri membrana cartilaginea. Abſceſſus cerebri ad ventriculum uſque penetrans, & pars magna calvariæ conſumta; alia exempla oſſium, quæ evanuerunt. Hydrocele ictu curata.

Gregorii Barbette, medico chirurgi, Bononienſis, *lettera ad un ſuo amico* Jeſi 1749. 4. *. Laudes chirurgiæ. Ejus cognitionem magni medici famam juvare.

Raccolta di ſcritture mediche appartenenti alla controverſia de' veſicatori Venez. 1749. 4. *. Singula diximus, quæ hac collectione continentur, & oportebit in Clinicis hæc plenius dicere.

J. Dominici Baciocchi, chirurgi Brixiani, *lettera intorno l'eſtrazione d'un calcolo eſiſtente ſotto la lingua* Breſcia 1749. 8. *. In clauſo tumore calculum la-

tere ſagax divinavit. Ut calculi in corpore humano generentur exponit, & ſimilium exempla colligit.

Hic recenſebo Cl. SERAO *Lezione prima della tarantola, overo falangio di Puglia* . . . . 4. . . . . Mea editio caret loco & anno. Primum NICOLAUM PEROTTUM ſcripſiſſe, mala a Tarantulæ morſu nata muſica ſanari & ſaltatione, circa a. 1470. Non mordere, niſi infeſtatas. Cæterum anatomen ſolam fere habet, & neque de morſu neque de ſymptomatibus proprii quid adfert.

In ANTONII ULLOA *viage a la America Meridional* Madrit 1749. 4. 4. vol. agitur de araneis venenatiſſimis, de ſcorpio Carthagenæ non lethali. Nullam in America meridionali rabiem caninam eſſe.

§. DCCXXIX. GERMANI.

J. JULIUS WALBAUM, medicus & obſtetrix Lubecenſis, noſter etiam auditor, mechanici cæterum vir ingenii, & in perficiendis inſtrumentis ingenioſus. EJUS, me præſide defenſa, ſed ipſi tota propria eſt diſſ. *de venæ ſectione* Gotting. 1749. 4. * & in *meis ſelectis*. Bona hiſtoria inventæ venæ ſectionis & perfectæ, & eorum, quæ in ea ſectione debent caveri. Denique novum deſcribit inſtrumentum, elaſticum quidem, ſed quod ultra deſtinatos fines non poſſit quidquam lædere. Metus ſupereſt, ut omnino ſanguis non fluat.

EJ. LEVRET'S *Wahrnehmungen von den Urſachen und Zufällen vieler ſchweren Geburten, mit neuen Handgriffen und Werkzeugen vermehrt* Lubek und Altona 1758. 8. *. In præfatione inque notis editor agit de LEVRETO, in dijudicandis aliorum meritis acri viro, qui pauca legit, & multa pro novis habet, ab aliis dudum dicta & publicata. Inſtrumenta nimis artificioſa eſſe. Forcipem a RUOFFIO dictam eſſe & a SLEVOGTIO. BOEHMERUM GREGORII forcipem depictam dediſſe, non CHAMBERLAINII. Paſſim etiam editor in caſu graviori ſua dat conſilia. In appendice inſtrumenta nova deſcripſit, dilatatorem ex veſica factum, quam inflat, & inpacta expedit: paulo poſt idem inſtrumentum perficit. Forceps pro capite aperiendo: pro ventre: chirotheca; laqueus ad pedes adprehendendos. In alia appendice VOIGTI diſſ. de capite abrupto, unaque de rupto utero programmata reperias.

T. II. ib. 1761. 8. *. Pauciores notas adjecit, LEVRETI extractorem, uncum vaginatum & forcipis curvæ iconem addidit.

EJ. *die Beſchwerlichkeiten der Geburtshülfe aus Beyſpielen erwieſen* Buzov und Wiſmar 1770. 8. *. Cum pelvis deformis eſſet, & caput præmagnum, id avulſum in utero reſtitit, funeſto eventu. Culpa ab aliis medicis noſtro imputata eſt. Inciſo cadavere os ſacrum vehementer in pelvim prominens repertum eſt; caput fetus perrupta vagina in vulvam exiverat, & prædurum erat. Carpſerunt quod ſectionem Cæſaream non eſſet expertus.

MATTH HODSON *engliſcher Stallmeiſter u. bewahrter Roßarzt* Leipz. 1749. 8.

D.

D. Christian Friderich Daniel *Beyträge zur mediciniſchen Gelehrſamkeit, in welchen auserleſene Materien abgehandelt, merkwürdige Caſus vorgetragen und mit nöthigen Anmerkungen erläutert werden* Hall. 1749. 4. *. Fetus oſſa omnia ſenſim per anum egeſta. De iis, quæ ab animalibus didicimus. Cura parturientium & puerperarum.

Zweyter Theil Hall. 1751. 4. *. Curationes ſympatheticas imaginationi tribuit. Funeſtus uteri cancer, cum Boerhaavii conſilio & Stahlii.

Dritter Theil ib. 1755. 4. *. Ulcus diuturnum renis, purisque per urinam deceſſio. Ejusmodi malum per graviditatem ſublatum eſſe. Pedum œdemata. Veſicæ tunica intima poſt mictum cruentum deceſſit; noſter eo in caſu gummi Arabicum diſſolutum laudat. Uteri hæmorrhagiæ, & demum fetus putridus imperfectus de ano.

Augusti Schaarschmidt, Samuelis fratris, *kurzer Unterricht von den Krankheiten der Knochen* Berlin 1749. 8. *. Fiſſuras oſſium admittit. Emollitorum exempla.

Ejus *Verzeichniß der Merkwürdigkeiten bey dem anatomiſchen Theater* ib. 1750. 8. *. Luxatio femoris ſurſum retrorſum elapſi.

Conrad Dan. Kleinknecht *Unterricht für Hebammen* Ulm 1749. 8. Boecl.

Ernst Anton. Nicolai *Gedanken von der Erzeugung der Steine in dem menſchlichen Körper, inſonderheit in den Nieren, der Urin und Gallenblaſe* Hall. 1749. 8. *. Collectio calculorum in diverſis corporis humani partibus repertorum. Signa, curatio calculorum. Medicamentum Stephaniæ.

Ej. *Abh. von der Geburtshülfe mit Zuſätzen* ib. 1751. 8. 1762. 8.

Ej. *Abhandlung von den Fehlern des Geſichts* Berlin 1754. 8. *. De cataracta vera, cryſtallinæ lentis, ejus cauſis, ſpeciebus, capſulæ opacitate, depoſitione varia, extractione Davieliana. De aliis oculorum vitiis.

Ej. *Unterweiſung zu dem Studio medico chirurgico* P. I. II. III. Jen. 1753. 1754. 1760. 8.

Ej. *de carie oſſium in genere* 1762. 4.

Ejus & J. Theophil. Hoyer diſp. *de lethalitate vulnerum in genere* Jen. 1767. 4. *.

Ejus & Reſp. J. Fr. Wittich *de cucurbitularum effectibus & uſu* Jen. 1771. 4. *.

§. DCCXXX. Disputationes.

Josephi Exuperii Bertin & Joh. Fr. Clem. Morand *E. ſpecificum morſus viperæ antidotum alcali volatile* Paris 1749. 4. *. & in *ſelectis pract.*

Idem Bertinus in *Journ. de Med.* 1756. Jul. de fractis oſſibus parietalibus. In *oſteologia* aliqua huc faciunt. In dentitione difficili totas gingivas jubet diſſecare.

Gedeon de Rabours & C. Aug. Vandermonde *an in ulcere faucium gangrænoſo antiſeptica* Paris 1749. 4. *. & in *ſelect. pract.* Ad praxin clinicam.

J. Jac. Belleteste & Martin Nouguez *E. in abſceſſibus inteſtinorum ſuppuratio per vias urinæ & ſperanda & promovenda* ib. 1749. 4. *.

Barthol. Murry & Fr. Thierry, amici noſtri, qui idem auctor eſt, *E. in celluloſo textu frequentius morbi & morborum mutationes* ib. 1749. 4. *. & in *ſelectis pract.* In equo, a morſu muris aranei exſtincto, celluloſa tela dextri lateris ſero flavo turgida.

Jacobi Alberti Hazon & Francisci Thierry, auctoris, *E. tutior vulgari faciliorque datur anevryſmatis chirurgica curatio* ib. 1750. 4. & in *ſelect. Chir.* Cochleam deſcribit, quæ circuli metallici ope adacta arteriam conprimit, a Sculteto excogitatam, a Vallantio Lugdunenſi perfectam. Nervos cum arteria ligat, expertus dolorem vehementem ciere dum ligantur, deinde abſque malo effectu in ganglion intumeſcere.

Petri Kirschbaum *de hernia ventriculi* Argent. 1749. 4. * & in *meis ſelectis.* Proprium exemplum habet, in quo ventriculus per ſepti transverſi vulnus in pectus adſcenderat. Alia etiam collegit.

J. Friderici Corvini *de hernia cerebri* Argentor. 1749. 4. * bona diſputatio, recuſa in *ſelectis meis.* Rari mali bonæ recenſentur hiſtoriæ, ſigna producuntur, per quæ ab aliis ſimilibus malis ſeparetur. A nævis fieri negat.

J. Christ. Frensdorf *de partu præternaturali ac difficili ob procidentiam funiculi* ib. 149. 4.

Alb. Frid. Enkelmann *de fungo articulorum* Argent. 1749. 4. *. Lego eſſe Behrii.

J. Gottfried Stroehlein *de relaxatione vaginæ, prolapſu & inverſione uteri* ib. 1749. 4. *. Bona diſp. Inverſio uteri chronica in femina orthoſtadia. Ejusmodi inverſiones emollientibus excipiendæ, neque cum violentia reponendæ. Poteſt tamen etiam corrupta, etiam poſt triduum reponi, tribus digitis inmiſſis &c.

Ferdinand August Hommel J. C. *de lethalitate vulnerum & inſpectione cadaveris poſt occiſum hominem* Lipſ. 1749. 4. Hef.

Gottlob Thebesii *de gravi cerebri vulnere curato* Hall. 1749. 4. *.

Occaſione cathedræ vacantis prodierunt Honorati Petiot *Quæſtiones medicæ* XII. Monſpel. 1749. 4. *. Huc pertinet de carbunculo a paronychia omnino diverſo. Contra cauterii poſt amputationem uſum. De hydrargyri uſu in hydrophobia ampliat. Hepatis abſceſſum jubet continuo incidere. Omnino dari verum anevryſma. Hydrophobia imaginaria ex diſſecto cane, quem putabant furioſum eſſe.

Ej. in D. LAMURE *animadverſiones de anevryſmate* Montpelier 1749. 4. *. Dari vera anevryſmata.

Ej. & CLERIADIS VACHER auct. *E. bubones critici in febribus malignis ſtatim incidendi* Paris 1756. 4. *.

CAROLI SERANE *Quæſtiones medicæ* XII. Monſpel. 1749. 4. *. Inter eas eſt, E. febri malignæ veſicatoria.

JACOBI FARION *Quæſtiones medicæ* XII. ib. 1749. 4. *. Calculum renalem manu curari non poſſe. Turundas a vulnerum curatione rejicit. Bronchotomen in angina curanda laudat.

EJUSDEM obſervationes magni momenti ſunt in meis *Mem. ſur les part. ſenſibles.*

EJUSDEM in *Journal de Medecine* T. IX. de dolore acerbo aurium a vermibus.

FRANCISCI LAMURE *duodecim quæſtiones* Monſpel. 1749. 4. *. Negat vulnera capitis Monſpelii quam Pariſiis leviora eſſe, tibiarum graviora & viciſſim. De anevryſmate aliqua & de iisdem examen animadverſionum Cl. PETIOT.

THOMÆ FITZMAURICE *quæſtiones medicæ* XII. Monſpel. 1749. 4. de tumoribus cyſticis curandis. De inflammatione oſſium. Reparationem naſi TAGLIACOTIANAM rejicit.

ANDREÆ SEVASTO *de lithogeneſia* Leid. 1749. 4. *.

CAROLUS LINNÆUS *de generatione calculi* Upſal. 1749. 4. *. Ab acido derivat.

Ej. & J. JAC. ACRELL *de morſura ſerpentum* ib. 1762. 4. *. In morſu cherſeæ oleum olivæ ſpei non reſpondiſſe. Demorſum ab ignoto ſerpente a LINNÆO ſenecæ radicis uſu ſervatum. De morſu viperæ noſtratis (Beri).

Ej. *genera morborum* ib. 1759. 4. *.

Ej. *morbi hiemales* De paronychia ex frigore frequente, quæ ungues cogat delabi. In pedis pollice ſæpe funeſta eſt.

Ej. *hirudo medicinalis* Upſ. 1765. 4. *.

J. GODOFR. ZINN *experimenta circa corpus calloſum, cerebellum, duram meningem in vivis animalibus inſtituta* Gotting 1749. 4. *. Vulnera corporis calloſi nihil habere magis pernicioſi, quam aliarum cerebri partium vulnera. Sed neque cerebelli vulnera velociorem necem inferre: duræ meningis vulnera ne dolere quidem.

In *Epiſtolis ad me datis* III. n. 184. deſcribit ingentem & funeſtum inteſtini recti prolapſum.

GERHARDI ARMBSTER *de paragomphoſi capitis fetus in partu* Gotting 1749. 4. *. Cauſam mali in laboribus præcipitatis ponit. Caput nimis profunde in

 vaginam

vaginam deſcendit, cum uteri oſtio circa id caput conſtricto. Laxantia primum experitur, deinde caput verſus ſynchondroſin oſſium pubis manu levat, tum uterum tollit & ab iis oſſibus removet.

Barthold Wichmand *de partu difficili ex funiculo umbilicali* Hafn. 1749. 4. * præſide B. J. de Buchwald. Bona diſp. Excidente cum aliqua corporis parte fetus funiculo, debet pedibus fetus extrahi. Si caput infantis cum funiculo prodit, & parum prolapſum eſt, tunc caput extrahitur: ſi dimidium caput, funiculus diſcinditur & infans extrahitur: ſi magis exit funiculus, a collo manu expeditur.

In *Epiſt.* ad me T. IV. n. 404. Vulneris cordis per coſtam perforati exemplum. Vulnus thrombus clauſerat.

§. DCCXXXI. Diaria.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1749. Berryat de tranſitu utriusque lentis cryſtallinæ in cameram anteriorem, in qua paulatim utraque contabuit.

Le Conte miram hiſtoriam narrat hydrophobiæ, vigeſimo a morſu anno erumpentis, abſurdis medicamentis ſanatæ, pulvere oſtreorum, vino, ovis.

In *Phil. Tranſ.* n. 491. Guil. Freeman de calculo ſublinguali.

Johan. Mudge forcipem, qua utitur ad extrahendum calculum, ſulco excavat, ut ſit pro cathetere, ſuper quem anguſto ſcalpello vulnus veſicæ poſſit, quantum ſatis eſt, dilatari. Ita periculum a majori calculo imminens tollit.

Robertus Clarke calculum inter glandem & præputium natum vidit per ſpontaneum abſceſſum elabi.

N. 493. William Millner de puero nato pedibus introrſum ductis, ſola ad ſartorum modum adſidua decuſſatione pedum curata.

In *K. Swenska Wet. Acad.* 1749. J. Rohtman in hydropico gangrænoſum ſcrotum curavit, lixivo forti.

Idem de polypo prægrandi naſi a chirurgo Berohn feliciter exciſo.

In *Journ. des ſavans M. Jul.* anonymus diverſas excidendi calculi adminiſtrationes comparat. In Cheseldeniana facile arteriam diſſecari. In Foubertiana incommode veſicam urinariam aqua repleri, & tamen ſæpe non adtingi. Quare magnum adparatum defendit. Negat ſupra octavum inter eos perire, quibus in *Hôtel-Dieu* calculus eo apparatu ſecatur. Tubulos in veſica non vult relinqui. Lacerationem vitari inciſione producta. Scalpello utendum utrinque ſcindente, paulum magis quam apud Le Dranium curvo, ita vulnus inteſtini vitari.

Eodem anno in Levreti obſervationes animadverſiones reperiuntur.

Præmium ab *Acad. Chirurgica* a. 1747. propoſitum, anno demum 1749. meruit chirurgus Fleurant, diſſertatione brevi, didactica, abſque experimentis.

§. DCCXXXII.

§. DCCXXXII. Gottlob Carl Springsfeld.

Medicus in civitate Weiſſenfels. In Ejus *Abhandlung vom Carlsbad &c.* Leipz. 1749. 8. * experimenta adfert, per quæ conſtat calculum ab aqua Carlsbadenſi ſolvi: ea experimenta aucta reddidit in diſſ. *de prærogativa thermarum Carolinarum in diſſolvendo calculo veſicæ præ aqua calcis vivæ* Witteb. 1756. 4. *. Calculi veſicæ in hac aqua thermali celeriter ſolvuntur, aut toti, aut exigua parte reliqua, & conparata hac efficacia vim aquæ calcis vivæ in experimento ſuperat, quæ aqua etiam debilior fuit urina hominis, qui Carolinas potaſſet; calculum bilarium eadem non ſolvit.

Ej. *epiſtola critica ad* Danielem Wilhelmum Triller Lipſ. 1750. 4. *. Augustum non videri luxationem paſſum, cum non perpetuo claudicaverit, arthritide vero laboraſſe; arenis ad ſudorem ciendum uſum fuiſſe; arundinis vocem nunquam pro ferulis eſſe ſumtam: in gibbo fuiſſe pro faſciis. Arundinum vero radices cum aceto tuſas ad dolores articulorum in uſu fuiſſe; iis videri & Augustum uſum.

Ej. *defenſio uberior qua* D. W. Trilleri *exercitationem alteram pleniorem de remedio habenarum atque arundinum retractat* Hall. 1752. 4. *. Aſperior refutatio, quæ etiam in litem de injuriis eruperit. Non uſum ſe alieno calamo. Non claudicaſſe Augustum, duobus calceis alterne eſſe uſum; curſu, etiam ſaltu & pila ſe exercuiſſe, nihil adeo habuiſſe in femore luxati. Eam luxationem incurabilem eſſe, neque ferulis arctioribus tentatam fuiſſe. Adverſus podagram etiam noſtro ævo arundinum radices in uſu eſſe. Avibus calamos fuiſſe pro ferulis, non hominibus. Καλαμȣς Græcos dixiſſe pro ferulis, non Latinos. Nullo in codice habenas legi.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 83 curatum ulcus ſinuoſum pectoris, quod ad femoris usque muſculos deſcenderat, eventu funeſto.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 7 poſt fruſtraneum uſum remedii Stephaniani, calculus feliciter per vaginam exciſus.

Obſ. 92 præmagnum in abdomine ſteatoma.

Vol. III. *obſ.* 91 pes a gangræna ſponte de media ſura ſecedens & delabens.

§. DCCXXXIII. J. Georgius Roederer.

Argentinenſis, meus in Anatomica cathedra ſucceſſor, vir brevis ævi, qui in obſtetricia arte, perinde ut in anatome, magnam ſui ſpem excitaverat.

In *decade theſium dupla* Argentor. 1750. 4. *. Ut ſutura a fiſſura diſtinguatur. Ad angulum inferiorem oſſis ſincipitis trepanum non debere admoveri, quod eam ſedem majuscula arteria teneat. Si quando os unguis neceſſe videtur perforare, debet id poſteriora verſus fieri, qua id oſſiculum tenuius eſt.

Ej.

Ej. *de præſtantia artis obſtetriciæ* Gotting. 1752. 4. *, cum novam cathedram primum conſcenderet, & noſodochii obſtetricii ad mea conſilia conſtituti curam ſuſciperet. Quantus ſit artis ambitus, quam multa parum confecta eo pertineant. De capite nimis grandi uterum conterente. Dignitas artis, quæ cariſſima capita ultimæ miſeriæ eripiat. Facit artis difficultas, & obſtetricum imperitia, ut viro, & exercitato, opus ſit, qui formidoloſorum uncorum dexteritate manus ſuæ faciat vacationem.

Ejusdem *elementa artis obſtetriciæ in uſum prælectionum Academicarum* Gotting. 1752. 8. *. 1759. 8. *. 1766. 8. *. Gallice Paris 1765. 8. Ex Friedii, Smellii atque Antonii Petit ſcholis, & propria experientia natus, bonus liber. Non putat oſſa pubis in partu diſcedere, cum plerumque pelvis diameter capitis diametro ſufficiat. Quare nec coccygem partum morari. Partus naturalis. Partus laborioſus. Lectulum ſellæ præfert. Placentæ particulam nimis valide adhærentem mavult in utero relinquere. Situs obliquus uteri eſt fere a placentæ adhæſione. Situs vitioſi fetus varii, & auxilia, quæ ars in his malis offert. In partu ventrali ſpem omnem eſſe in ſectione Cæſarea.

Editio ſecunda paſſim aucta eſt. De mutationibus oris uteri fuſius. Dolores nimis præcipites partum faciunt periculoſum. Perſæpe placenta a ſola natura ſolvitur. Signa gangrænoſi uteri. Tres gradus inpacti capitis, & monita quando forcipe expediri poſſit, quando terebra & aperto capite ſit opus. De variis forcipibus. Signa diverſæ obliquitatis uteri. Caput obliquum Roonhuysianis vectibus expediri poteſt. Quando partu Cæſareo ſit opus.

In Editione tertia, quæ poſt mortem Cl. viri prodiit, editor Henricus Augustus Wrisberg pluſcula minime inutilia adjecit. In præfatione Roedererum tuetur, quem Galli plagii reum fecerant. Deinde paſſim notas addidit, etiam chirurgicas. Pelvis oſſa præter naturam curvari. Caput fetus ſenſim ſe præceps dare, non ſubito. Partum integri ovi non eſſe undique naturalem. Dari exempla inpacti capitis, quæ forcipe expediri nequeant, & in quibus terebra non poſſit careri.

Ej. *obſervationum medicarum de partu laborioſo decades duæ* Gotting. 1756. 4. *. Manus cum facie elapſa, feliciter in ordinem redacta; alias manus aut brachium, in quibus caſibus noſter laqueo crus firmavit pedibusque fetum extraxit. Fuit ubi caput humeri ex acetabulo excidere neceſſe fuit. Caſus infelix mortis poſt felicem partum ſubitæ, cum pelvis ampla vaſa lacera eſſent. Mors ex anguſta pelvi & utero obliquo. Partus lentus ob uterum circa cervicem fetus contractum. Vecte expeditus partus, in quo facies præibat, & alias, ejusmodi partus forcipe adjutus; qua etiam eductus fetus eſt, cui bis circumvolutus funiculus. Caput prægrande terebra apertum, ut tamen mater ſervaretur. Infelices caſus adhibiti unci, partus præcipitati, avulſæ ſecundæ.

Ej. *de non damnando uſu perforatorii in paragomphoſi ob capitis molem* Gotting. 1758. 4. *. Gradus paragomphoſeos. Forcipi locum non eſſe, quando genitales

nitales partes rigidæ, inflammatæ, aut ab ore uteri caput arctiſſime contractum. In malo nondum adulto caput poſſe forcipe expediri experimento oſtendit. In capite præalto loco poſito opus fuit perforato cranio, ut forcipi locus daretur. Alii caſus, in quibus neceſſe fuit cranium aperiri.

Programma de ulceribus utero moleſtis Gotting 1758. 4. *. Ex plagis gravidæ feminæ inflictis funeſta uteri ulcera. Sæpe cum ſcirrhis uteri conjungi ulcera. Pus non naſci ex adipe, ſed ab humore critice depoſito. Ut ex pure uteri vitia naſcantur. Ulcus renis ex venereo malo.

EJ. *obſervationes de oſſium vitiis* ib. 1760. 4. *. In vetula oſſa carie corrupta, levia, numeroſæ exoſtoſes. Ex puellæ mollibus oſſibus gelatina ſudabat. Oſſa contorta & artus curvati a brevibus muſculis. Claudicatio ex femore cum acetabulo connato.

EJ. *de morſu canis rabidi ſanato* Gotting. 1760. 4. *. Argenti vivi ope, & intus dato metallo, & extus in unguento ſcarificato vulneri illito. Hydrophobia non erupit.

EJ. *de partu laborioſo* ib. 1760. 4. *. Exempla varia: ex utero prolapſo eductus fetus.

EJ. *de infantibus in partu ſuffocatis*. Ex funis ſtrangulatione: ex capite oblique in anguſta pelvi eliſo, aliquoties.

EJ. *opuſcula medica ſparſim prius edita* ib. 1763. 4. *. Priora hic redeunt. Accedunt ad progr. de uteri ſcirrhis aliqua. Redeunt etiam hic STEINII, CHUDENII, SCHÆLII, ZEISII, LIENMANNI & LINDEMANNI diſputationes, quarum pleræque abſque præſide fuerunt; in unica ROEDERERI nomen adparet, ut tamen qui defendit peritia obſtetricia ſe auctorem nominat. Quare eas diſputationes maluimus ſuis recenſere cum auctoribus, qui tales ſe ſunt profeſſi.

In *Commentariis R. Societatis ſcientiarum* eſt adnotatio de acubus clavisque in ventriculo avium repertis, quos ſcirrhoſa caro ambiit.

§. DCCXXXIV. ANTONIUS de HAEN.

Vir ILL. Archiater & magnæ famæ medicus Vindobonenſis. Edidit primum Haagæ 1750. 8. *. diſſ. *de deglutitione vel deglutitorum in cavum ventriculi deſcenſu impeditis*. Deglutiendi facultas paulatim perit; cauſa mali eſt in glandulis induratis palati, faucium, ventriculi. Duo exempla producit; ſerum lactis tamen optime reſpondiſſe. Aliqui caſus calculoſorum.

IDEM in *ratione medendi in noſocomio practico*, cujus nunc ſeptemdecim tomi exſtant, multa, neque ea vulgaria chirurgica propoſuit. In Tomo I, qui a. 1757. 8. *. Vindobonæ prodiit, de calculo urethræ egit, quem femina ſibi ipſi exemit. Funeſta hernia, in qua inteſtina erant, veſica & ipſa ſeorſim elapſa fuerat, etiam inverſa, & demum vagina. In rene calculi. Enormis cariei exempla; frequenter paralyſes fieri ex carie vertebrarum. In calculoſo veſica in

 rectum

rectum patens inteſtinum, ureteres mire convoluti, calculus in veſica. In alio exemplo veſica circa calculum conſtricta, ut nullum ſpatium ſupereſſet, neque catheter calculum inveniret.

In T. II. 1757. 8. *. Pus non ex adipe fieri, neque per inflammationem: eodem autem fieri humore, qui in polypos cogitur, atque corium ſanguinis inflammatorium ſubito etiam generari. De herniis. Mors a gangræna, cum dimidia pars inteſtini ſtrangularetur: omentum fortiter adnatum erat. Alia funeſta hernia, in qua omentum adnatum, ſaccus numeroſis membranis tectus erat; alia, qua totum inteſtinum cæcum continebatur. De tumoribus cyſticis variis locis poſitis, & de utilitate pulveris ex uſta ſpongia, uſto panno, teſtis ovorum aliisque conpoſito. Uvam urſi laudat in ulceribus renum, veſicæ urinariæ & iſchuria. Calculoſus immenſa copia medicamentorum Stephanianorum ſanatus.

P. III. ib. 1758. 8. *. Tumor durus, criticus, in vaginis tendinum manus. Confirmatur utilitas uvæ urſi, ut calculum quidem non ſolvat, incommodis tamen omnibus hominem liberet. Calculus quem catheter percipiebat, non potuit inſtrumentis auferri: hærebat in uretere, ut ſolo mucrone emineret. Uva urſi ſanatus, cui lotium ſubacidum multo cum pure fluebat. Ulcera aliqua cortice Peruviano ſuperata, funeſta alia.

P. IV. 1759. 8. *. De anevrysmate. Id malum ſubinde deliteſcit, poſtquam per ſua ſe ſigna prodiderat. Coſtam conſumſit anevryſma. Ejus tunicæ craſſeſcunt, tum ſpiſſatis membranis arteriæ, tum ſanguinis lamellis adhæreſcentibus. Agarico in vulnere arteriæ brachialis vir Ill. feliciter uſus eſt. Pleriſque malis renum præter calculum uvam urſi ſubvenire. In luxatione a cauſa interna, caput femoris ad crepidam ſuperiorem acetabuli hærebat, ligamento terete deſtructo.

P. V. 1760. 1765. 8. *. De utilitate uvæ urſi in morbis viarum urinariarum; de calce & ſquamis ab uſu medicamenti Stephaniani decedentibus; eſſe a conpacto muco, neque neceſſitatem auferre ſecandi calculi. Uſum aquæ calcis lacte temperatæ probat. De anevryſmate: caſus inciſi, cum malum pro ſteatomate haberetur. Anevryſma arteriæ popliteæ, quod neceſſitatem fecit amputandi artus, cum agaricus ſanguini conprimendo non ſufficeret. Frequens eſſe in Auſtria malum.

P. VI. 1761. 8. *. Multa continet chirurgici argumenti. Femina, cui membrana vaginam claudebat, inciſione reſtituta. Ulcus inter pſoam quadratumque muſculum & peritonæum. Anevryſma cordis & aortæ. Abſceſſus in cavo quod vocant mediaſtini. Veſica ab indurato teſte loco mota. Ex tibiæ fungis ſpaſmus cynicus poſt mortem ſuperſtes. Inteſtina in vaginam uteri elapſa. Felices calculi exciſiones, lithotomi operti ope factæ: in puero eam adminiſtrationem paſſo, collum veſicæ & ipſius veſicæ pars diviſa. Inteſtinum rectum facile ſauciari; ſitum horizonti parallelum requiri. Uvam urſi ſpem fefelliſſe. Demum

mum triſtis hiſtoria ferri candentis ad modum Italorum ad calvariam admoti, funeſto eventu, cum dura membrana inflammata eſſet & ſuppurata, & in altero ægroto cerebrum ambuſtum. Oleum diploes a ferro ignito fervere, meninges aduri.

P. VII. 1762. 8. *. De anevryſmatibus nonnullis. Agaricum Broſſardianum in brachio ſuffeciſſe: & longo labore anevryſma arteriæ cruralis ligatum, gangræna corticis virtute ſuperata malum ſanatum ſit. Inteſtini tenuis vulnus curatum.

P. VIII. 1763. 8. *. Huc referas inſtrumentum Mediolani inventum, quo aqua in ultimum inteſtinum uſque inpelli poteſt, donec de ore effluat.

P. IX. 1764. 8. *. De volvulo, etiam ex hernia orto. In incarcerato inteſtino clyſteres frigidos profuiſſe, etiam aquam in anum datam. De uvæ urſi in morbis viarum urinariarum efficacia, quæ minuit quoties malum aliquanto gravius eſt.

P. X. 1765. 8. *. Curationes aliquæ hac ipſa uva urſi factæ.

P. XI. 1767. 8. *. De volvulo & gangrænis inteſtinorum aliqua. De paracenteſi in hydropis diverſis ſpeciebus.

T. XII. 1768. 8. *. vix huc facit.

T. XIII. 1769. hactenus, quod experimenta ſua proferat in canibus ſubmerſis ſuſcitandis facta, in quibus longe minus felix fuit, quam vulgo ſolent. Aqua calcis in experimentis non ſolvit calculum etſi dolores lenit.

In T. XIV. de inflammationibus diuturnis aliqua.

Epiſtolam de cicuta huc revoces a. 1765. 8. * abſque loci indicio editam. Cicutam plerumque omni ſucceſſu caruiſſe, in ſcirrho mammæ, in cancro, quorum malorum utrumque ſubinde ſponte evaneſcat, aut lenibus cedat medicamentis. Cancrum ſponte etiam aliquando ante mortem bonum pus fundere. Hæc ſe expertum aliosque.

§. DCCXXXV. NATALIS JOSEPH PALLUCCI.

Chirurgus Florentinus, qui Pariſiis etiam & Vindobonæ vixit, nunc in patriam reverſus eſt, vir in excogitandis novis inſtrumentis ingenioſus.

EJUS pluſcula ſunt ſcripta. *Deſcription d'un nouvel inſtrument propre à abaiſſer la cataracte avec tout le ſuccès poſſible* Paris 1750. 12. *. Germanice Lipſiæ 1752. 8. *. Acus intra chalybeum tubulum ita adaptata, ut pro lubitu eminere cogas, aut viciſſim retrahas. Acu tunicæ oculi perforantur, cataracta propria illo plano neque pungente tubulo deprimitur. Fatetur ipſe, adminiſtrationem difficultate non carere.

EJ. *hiſtoire de l'operation de la cataracte faite à ſix ſoldats invalides* Paris 1750. 12. *. Dolores & inflammationem eſſe a ſanguine in vaſa debilitata ruente, ne-

que ante ſextum menſem tuto oculo uti, cujus cataracta depoſita fuerit. Plus dextrum pati oculum, quod ſiniſtra minus expedita manu ejus cataracta deponatur. Eſſe, ubi per corneæ tunicæ vulnus forcipe opacam capſulam lentis eduxerit, cum ipſa lens pellucida eſſet.

Ejusd. *nouvelles remarques ſur la lithotomie, ſuivies de pluſieurs obſervations ſur la ſeparation du penis & ſur l'amputation des mammelles* Paris 1750. 12. *. Germanice Lipſ. 1752. 8. *. In pelvi peculiaria triangula recipit. Acus cataractarias in proœmio planas laudat, teretes rejicit, inſtrumentum deſcribit, quod idem & ſipho ſit & acus, quo ſpiſſatam lentem & diluas, ſolvas & deprimas. Addit rationem, qua per nares ſpecillum in fiſtulam lacrumalem ducit. In mammæ amputatione arteriarum vincula neceſſaria eſſe oſtendit, deligationem docet, quæ poſt amputationem adhibeatur. Inde de variis calculi excidendi artificiis. In apparatu parvo ipſam veſicam, non urethram incidi: eum apparatum minime improbat, cujus quædam emendationes omnes illæ nuperæ adminiſtrationes ſint. Fouberti acu ita mallet uti, ut prius cutem incidat, deinde demum veſicam perforet, poſtquam ejus ſitum melius recognovit. In *coup de maitre* Gallorum, quo apparatus magni ſectionem producant, ipſam aperiri veſicam. In apparatu alto ſuadet prælonga acu triquetra imam partem veſicæ perforare, per id vulnus cannulam ſubdere, per quam urina exeat. Poſt exciſum calculum veſicæ ren alter maximus in plurimum adipem demerſus, ipſe parvus, pure plenus, quod ſæpe habetur pro muco. In principio urethræ aſper calculus. In Gallia Cheseldenii adminiſtrationem perfectiorem factam eſſe. Fageti dexteritatem laudat & felicitatem. Sharpium utique collum veſicæ & oſtium diviſiſſe in cadavere vidit. Goulardi adminiſtratio. Vehementer ſuadet in veſica cannulam relinqui. Le Catii inſtrumentum ad calculi ſectionem. Diaria quatuor hominum, quibus ipſe & Fagetus calculum exciderint. Contra Stephaniæ & Daranii arcanum. Penis propter paraphimoſin amputatio, ſectione ſupra tubulum facta. Morandi felices amputationes ſcirrhoſarum mammarum. Arterias in eo malo adeo grandes eſſe, ut deligatio non poſſit omitti.

Ej. *methode d'abbattre la cataracte* Paris 1752. 12. Extractionem cataractæ ſibi non bene reſpondiſſe, multaque in ea adminiſtratione eſſe, quæ non probes. Cataractæ variæ: optima, quæ unionis colore eſt, cum pupilla mobili. Rotunditas non bona, quæ ſit ab effuſo humore. Tremula cataracta extractionem poſtulat. In adminiſtratione, qua deprimitur cataracta, non probat perforationem cataractæ Celſianam. Acu utitur ad perforandum oculum, obtuſo ſtylo ad deprimendum; acum, poſtquam tunicæ ſunt perforatæ, elaſtro ſeparat, ſtylo per vitreum corpus viam aperit, apice ſupremam partem capſulæ perforat, deinde ſecunda vice inferne capſulam incidit, tunc lentem ſtylo deprimit in imum corpus vitreum, depreſſam aliquamdiu tenet, iterat depreſſiones, ſi neceſſe fuerit. Inciſio oculorum, in quibus Palluccius cataractam depoſuit, illæſa corona ciliari. Lentem non raro quaſi evaneſcere.

Lettre à M. le Marquis de *ſur les opérations de la cataracte faites par M.* Pallucci.

LUCCI 1751. vel 52. 12. *. Ut ARGENSONIO perſuaſum fuerit, PALLUCCIO cataractam in militum invalidorum noſocomio deponere. Faventia teſtimonia præcipuorum chirurgorum.

EJ. *lithotomie nouvellement perfectionnée, avec quelques eſſais ſur la pierre & ſur les moyens d'en empecher la formation* Vienne 1757. 8. *. Multa in calculi ſectione emendavit, & eo reduxit, ut medium quid ſit inter parvum apparatum magnumque. Catheter leniter curvus roſtro eſt prælongo: lithotomus vehementer curvus, obtuſus, anceps: acus triquetra ſulco notata: aliqua fere ad vulgarem modum, ſed menſa perfecte plana, ut æger totus ſupinus ſit. Primam ſectionem ad duas cum dimidia uncias ducit, parallelam ramo iſchii, aeque diſtantem ab eo oſſe & ab ano. In hac ſectione quærit ſulcum catheteris, in eum acum triquetram defigit, inter bulbum urethræ & proſtatam. Per ſulcum catheteris cultrum majorem deorſum movet, proſtatam, oſtium veſicæ, hujusque ipſius partem proximam dividit: tunc apicem cultri ſurſum ducit, ut ne ſulcum acus triquetræ deſerat. Reliqua de more. Ita maximos calculos educit, tamen ut aliquanto poſt triduum inciſionem oportuerit producere. Inter ſervatos eſt Cel. P. FRÖLICH. Puellæ urethram anguſtiori cultello ad veſicam uſque.

In II. Parte analyſin addit calculi. Prima ei origo eſt in ſanguinis grumo puriſve, ut omnino a ſola aqua calculi albi in puris naturam reſtituantur. In ſanguine maceratus inſignia capit indies incrementa. Non ſolvitur niſi educto muco, qui ejus elementis eſt pro glutine. Maximam vim ſolvendi calculi eſſe in anſerinæ infuſo, quod ipſum commendat ad incrementa lapidis coercenda. Frequens Vindobonæ malum eſſe.

EJ. *methodus curandæ fiſtulæ lacrymalis* Wien 1762. 8. *. Lacrymas facile in mucum degenerare, hunc fætere, & pro pure haberi. De curatione fuſe. Neque terebratio oſſis unguis noſtro ſucceſſit, neque cuneus in novam viam datus. Igne uti non ſuſtinet in tanta grandium nervorum vicinia. Ipſe per tenuem tubulum aureum filum ejus metalli per punctum lacrumale in nares ducit, tunc ei ſubſtituit chordam auream tenuem; hujus ope exiguam turundam in ſaccum lacrumalem introducit; emplaſtro, ſi opus eſt, ſuppurante armat: eo modo ſæpe fiſtulam lacrumalem ſanavit. In graviori malo per inciſionem ſpecillum, tunc tubulum, per iſtum filum, denique turundam in naſum trahit, ipſamque ſanat cariem, ut fragmenta oſſis cum turunda prodeant. In majori carie carpto opus eſt. Morbus cæterum Vindobonæ frequens videtur. Cicuta in abſceſſu glandulæ lacrumalis ſpem bonam oſtendit.

Deſcriptio novi inſtrumenti pro cura cataractæ nuper inventi ac exhibiti Wien 1763. 8. *. Pro extractione cataractæ, cui quidem non favet; ſcalpellum in acum lanceolatam exeuns, qua corneam perforat, & vulnus dilatat. Aliud ſimile cultri occulti, cujus acus corneam tunicam perforat, & lamina pro lubitu exeuns vulnus dilatat. Capſulam lentis cryſtallinæ bicruri furcula aperit. A F. COSMA negat unquam proſtatam dividi.

Ejusd *ratio facilis atque tuta curandi narium polypos* Wien 1763. 8. *. Cylindrus in duos tubulos parallelos diviſa: per quos duo argentei ſtyli in nares ducuntur, anſam facientes, quæ polypum amplectitur, eam anſam ſtringit & firmat. Feliciter ſe eo inſtrumento uſum monet. Cancrum mammæ ex cicutæ uſu delapſum eſſe, ut tamen feminæ vita non potuerit ſervari.

Ej. *Lettre à M.* Humelauer *ſur la cure de la pierre* Vienne 1764. 8. *. Ill. Haenius adminiſtrationem F. Cosmæ & curationem Camboni laudaverat. Noſter & Stephaniæ medicamenta improbat & Cosmæ inſtrumentum. Vitium cum magno apparatu commune ei eſſe, quod bulbum urethræ findat, arteriam facile violet. Se iſthmum urethræ findere & proſtatam, & eam inciſionem maximis calculis educendis ſufficere. Ut feliciter ſpinoſum calculum in cellula veſicæ latentem exciderit. Quinquies noſter ſecat, priusquam ſulcum catheteris adtingat. Contra apparatum altum & punctionem veſicæ. Tendines abſque ſenſu vulnerari.

Ej. *ſaggio di nuove oſſervazioni e ſcoperte* Firenza 1768. 4. *. De diuturnis tumoribus & abſceſſibus; inter eos ſpinam ventoſam ex ſuis aliquot collatis obſervationibus deſcribit. Non vult ejusmodi tumores aperiri, quos certo unguento curet, gravi adducto caſu, in quo viri induſtria felix fuit. Argentum vivum cum pane & peculiari ſapone miſtum propinat, cujus oleum ſit ex lentiſco: ita obtinet, ne ſalivatio oriatur. De proſtatæ tumeſcentia; de varicibus in veſica, qui pro calculo impoſuerunt. Cereo bono ſucceſſu uſus eſt, ſuoque unguento paronychiam curavit, & fætentem gangrænam, & maligna ulcera. Denique multa in cancro exulcerato viſum eſt promiſiſſe.

§. DCCXXXVI. Hugo Ravaton.

Chirurgus noſodochii Landavienſis.

Ejus eſt *traité des playes d'armes à feu, avec des obſervations ſur différens genres de maladies & pluſieurs methodes nouvelles pour les operations de chirurgie & pour la reduction des fractures* Paris 1750. 8. *. Germanice Strasburg 175 . 8. Ordo equidem nullus, & ſcopus eſt, nova conſilia auctoris exponere. De vulneribus ſtlopetariis. Nimium ſanguinis ſuos cives detrahere. Inciſiones parcius adminiſtrat, cuti parcit, neque late incidit, niſi ubi latæ ſunt aponevroſes. In calvariæ vulneribus a globo plumbeo inflictis, ex robore ictus de malignitate judicium ferri debere, & pericranium dividi, calvaria vero, ſi decolor fuerit, terebrari, neque eam curationem differri, quam mora reddat inutilem. Pilas tenero ex linteo glomeratas, adhærenti carpto præfert. Setacei uſum, & turundarum, & ſpirituoſa & rodentia medicamenta rejicit. Corticem chinæ gangrænæ obponit, quæ febribus acutis ſupervenit. Pertentationes, quæ ſpecillo fiunt, invitus fere admittit. Majores oſſium confractiones contuſionibus & rimis minus habere periculum. Contra uſum ſpirituoſorum. Femur a glande plumbea fractum fere funeſtum eſt. Turundæ ob ſola corpora peregrina ferri poſſunt. Magna

Magna faciei & capitis vulnera ſanata. Inde vulnera alterius generis, neque a ſtlopis inflicta. Iterum amplas calvariæ fracturas minus habere periculi. Vulnera ex ordine partium corporis humani. In fiſtula lacrymali calamo ſcriptorio os unguis perforat, canalem plumbeo bacillo tenet apertum. De parotidibus. Non debere ſanguinem de vulneribus nimis curioſe detergi. Suturæ genus, in qua acus per convolutum emplaſtrum trajicitur. Hernia inteſtini per foraminulum oſſis pubis exeuntis & ſtrangulati. Simile exemplum in diaphragmate. Anulum abdominis melius ſuper digitum incidi. Bubones inguinales non aperiendos niſi maturos. In phimoſi & paraphimoſi præputium ſecundum longitudinem divìdit, deinde in ambitu cultro ſolvit. Naſum pene reſectum reconciliavit. Enſis per ipſum ſternum pulmonem perforavit, eventu funeſto. Aſperæ arteriæ vulnus facile ſanatum. Abſceſſus cum ſterno carioſo terebratione ſanatus. Sic empyema, paracenteſi facta. Femur ſurſum retrorſum luxatum reſtitutum eſſe decubitu in genua. In amputatione duo carnium ſegmenta reſervanda. Duæ congruentes acus ad ligandas arterias.

Idem in *Mercure de France* 1756. uncum deſcribit, quo tæniam ex ventriculo piſcatus eſt. Tubus erat argenteus, bipedalis, paulum curvus, per quem filum argenteum tranſibat, aliquanto longius, inque uncum terminatum, qui in crenam globi argentei congruebat, tum preſſo elaſtro diſcedebat, quoad inter uncum & ſphærulam tæniam interceptam ſentiret & extraheret. Experimentum ſemel fecit.

Ej. *chirurgie d'armée ou traité des playes d'armes à feu & d'armes blanches* Paris 1768. 8. *. Opus experimentis plenum. De vulneribus ſtlopetariis. Diſſilientes globos ferreos minus periculoſe lædere, quam minores pilas. Glandes plumbeas incaleſcere, non tamen ut amburant. Tranſeuns ex proximo tormenti majoris ſphæra occidit, & cute integra oſſa comminuit. In contuſione calvariæ debere pericranium in ſpeciem acuti anguli incidi. Duram meningem liberrime incidit. Lamina calvariæ exterior integra, interna funeſto eventu depreſſa. De contuſionibus porro, in pectore, abdomine. Contuſum lienem difficilem curationem accipere: renis contuſionem cum cruento lotio tamen ſanavit. Faſciam latam optimo eventu diviſit. Articulorum contuſionem metuit: ei repetitas venæ ſectiones, deinde fomenta mollientia opponit. Contuſa oſſa continuo terebrat, ut medullam corruptam emittat. Iterum de vulneribus ſtlopetariis; minus audax eſt in incidendo. Maxillæ inferioris fractæ partes adaptat; quæ facile conferveant. Gravia abdominis vulnera ſtlopetaria, fere funeſta eſſe. In genuum vulneribus majores inciſiones improbat. In vulnere capitis humeri neceſſe eſt id os ex ipſa ſua cotyle excidere. Conpreſſio in hæmorrhagia ſæpe ſalutaris eſt: viſco etiam contuſo utitur. Tenuis forceps ad eruendas ex profundis receſſibus glandes plumbeas. Aloen & myrrham non vult oſſi inponi: detruncati oſſis finem oleo vitrioli cogit delabi. In vulnere utrinque penetrante ſetaceum admittit. Ad tenuem ichorem maturandum unguentum pompholygos probat. Spiritum vini a vulneribus ſtlopetariis abeſſe vult; emollientibus

bus utitur, oleo in detecto cerebro, cujus fungos amputat. Maxima mala in cerebri abſceſſibus, eſſe a puris in ſanguinem reditu. Glans plumbea diu in ſinu frontali hæſit, & denique elapſa eſt. Glandulam lacrumalem coactus eſt excidere, tum glandem plumbeam ex maxillari ſinu. Vulnus aſperæ arteriæ ad ſanitatem reduxit, ſic ſtlopetarium vulnus in pectus penetrans. Cum ſanguis in pectore effuſus eſſet, eum emetico medicamento abegit. Cum una magna arteria ſauciata eſſet, & in brachio pulſus defeciſſet, æger tamen ſervatus eſt. In alio caſu ſternum perterebravit, glandem ſtlopetariam extraxit. Internis medicamentis ſervatus, cui pila ex ſtlopeto adacta per anum exierat. Sic alius neci ereptus, cui globus ſtlopetarius ſcapulam avulſerat: ejus etiam oſſis magna confractio alias abſque magnis ſymptomatibus fuit. Humerum ex articulatione excidit, ſaucium ſervare non potuit. Sæpe tamen (contra ſua præcepta) ejus oſſis caput confractum ægrum non occidit. Non debere artum amputari, dum gravia ſymptomata ſæviunt. Contritio articuli cubiti nunquam ſanatur. Ad vulnera & contritiones brachii inferioris ſemicanalis ex ferro ſtanno obducto. Mireris in gangrænæ minis, noſtrum corticem Peruvianum omiſiſſe. Cui confractum brachium amputare geſtiebant, artum noſter ſervavit; etiam alias, cum a globo ſtlopetario majori malum eſſet, tendineſque lacerati. Confracti femoris exitus funeſtus eſt. Ut poſſit femur de acetabulo excidi, ex theoria quidem. Nervos abſque detrimento motus & ſenſus exfoliari (nempe celluloſam telam exteriorem dejicere). Cum capſula articuli genu parvo vulnere aperta fuiſſet, neceſſe fuit artum amputare. Fragmenta tibiæ adprimere jubet, quæ reconcilientur: plumbeam ad ea mala ocream deſcribit. Non incidendum ob oſſis neceſſarium delapſum, niſi quando id os paratum eſt delabi. Tendines abſque malo ſquamam deponunt. Etſi illubenter amputat, vulnera tamen ſtlopetaria, quæ de pede aliquid aut lacerarunt, aut evulſerunt, putat amputationem poſcere. Fiſſuram oſſis femoris ſanari. Pedem continuo ſupra articulationem amputat, duobus carnis ſegmentis reſervatis, & apta cura adhibita. Machina ad reſtituendos artus fractos aut luxatos. Fuſe de vulneribus cæſim inflictis aut punctim, per ſingulas corporis partes. Punctoria vulnera per oculum fere ſubito mortem inferunt, cerebro læſo. Vulnera punctoria calvariæ ſopiunt. Quindecies intra 24. horas in pectoris vulneribus venam aperuit. Vulnera arteriarum intercoſtalium vinculo non egere. A vulnere pectoris ventriculus perforari poteſt, ſi cibis plenus fuerit. Sanata gulæ vulnera. Fatetur in vulnere magni vaſis ſanguinei, nimia inciſione ſe mortem præcipitaſſe. Vulnus ventriculi curavit & diaphragmatis, & demum inteſtinorum, dum ſaucius in ventrem decumberet. In vulnere arteriæ brachialis vomitum movit, funeſto, ut merebatur, eventu. Condylos femoris vidit ſeceſſiſſe. Naſum, aures, digitos pene reſectos coaleſcere, dum arteria integra fuerit. Si ductus ſalivalis paroticus læſus fuerit, calamum aut aureum tubulum in naturale oſtium dari debere. Neque omentum ligat, neque inteſtina ſuit, neque chartam craſſiorem in eorum cavum dat. Paulatim manus vires recepit, cujus tendines reſecti fuerant.

Balſamum

Balſamum Arcæi laudat in articulorum vulneribus. Quæ in caſtris ad chirurgiam faciendam requirantur, accurate docet. Inter centum milites ſub finem expeditionis, duodecim ægri ſunt, & in pugna pars duodecima exercitus vulneratur.

Idem in *Journ. de Medecine* T. VI. febr. Amputationem in malis propriis pedis melius circa malleolos ſuſcipi: pedem facilius adaptari, melius regi, minus periculi in curatione eſſe, quod fere ſit in ratione ſuperficiei detruncati artus. Ocream novam ad ejusmodi mala invenit.

Ib. 1757. *Jul.* Magnæ inciſiones in oſſium adtritu nocent. Caſus abſque inciſione ſanati maximi a glande adtritus.

§. DCCXXXVII. Britanni.

Sylvestris ô Halloran, Hiberni, chirurgi, qui alia etiam & hiſtorica ſcripſit, *a new treatiſe on the glaucoma or cataract.* Dublin 1750. 8. *. Cenſores Dublinenſes non probarunt. In præfatione colligit, quæ Græci, Arabes & nuperi de cataracta habent. Morbum eſſe cryſtallinæ lentis, a glaucomate non differre. Membranaceam cataractam lentis eſſe capſulam inanem, poſtquam lens ipſa conſumta eſt. Celeriter humorem aqueum regenerari. In Hilmerum & Taylorum. In cataracta deponenda vulnus nervuli ciliaris alicujus non poſſe vitari. A Carolo de S. Yves coronam ciliarem lædi. Ut per corneæ tunicæ inciſionem iris connata dividatur.

Idem in *Med. Muſ.* T. III. novam rationem docet, qua reſectum ſegmen ad operiendum truncum artus amputati melius adaptetur.

Lego etiam ſcripſiſſe *treatiſe on the Gangren.*

Richardi Russel, medici in oppido Henly, *diſſertatio de tabe glandulari, ſ. de uſu aquæ marinæ in morbis glandularum* Oxon. 1750. 8. *. Primum de glandulis tumentibus & ſcirrhoſis, atque ſcrofulis. Ab iis glandulis, potiſſimum etiam ſuppuratis, peculiaris & ſæpe funeſta tabes. Quoties in cervice ejusmodi glandulæ ſunt, ſolent etiam in meſenterio latere. Argentum vivum potius nocet, aqua vero marina pota prodeſt, non tamen, quando glandulæ nimis induruerunt; neque in cyſticis tumoribus, neque in cancro, ſed in univerſum in omni tumore recente. In glandularum circa ultimum inteſtinum tumore potiſſimum etiam aqua marina convenit, in ſtrumis vel maxime, ut exemplis propriis noſter confirmat. Sed etiam in carie eadem aqua & pota profuit, & in balneo adhibita.

Ej. *Oeconomia naturæ in morbis acutis & chronicis glandularum* Londin. 1755. 8. *. De glandularum inguinalium ſub pubertatis tempora intumeſcentia. De remediis ſtrumarum, fere ex mari repetendis, ut etiam bituminis littoralis fumus eas diſpellat: De balneorum efficacia, quæ ulcera ſanat.

In Thomæ Short *diſcourſe on Tea, Sugar, Milk &c.* London 1750. 8. *

agitur etiam de hydrophobia a morſu canis rabidi naſcente, quæ occupatur demerſione in mare, raro fallente experimento, ſi mature eo recurratur.

JOURDAIN de PELLERIN (qui Londini vivebat) *treatiſe on venereal maladies on ſcrophules and other ulcers* London 1750. 8. *. Arcana offert ſua, & neſcio quod hydrargyri cum auro amalgama, cumque oleo vitrioli, & emplaſtra arſenicalia; ſed etiam cancrum internis medicamentis curandum recipit.

§. DCCXXXVIII. GALLI.

SAMSON GABRIEL GUENIN, chirurgi in oppido Crepy en Valois, *Hiſtoire de deux operations Céſariennes faites avec ſuccès en* 1746. & 1749. Paris 1750. 8. *. Cum femina parere non poſſet, noſter uterum inferius quam fundus eſt aperuit, inciſionem dilatavit, fetum extraxit, ventrem ſutura clauſit, fere ad modum, quo feminæ thoraces ſuos balænarios ſtringunt. Die decimo & nono mulier convaluerat: ut iterum pepererit. In altera muliere gaſtroraphiam etiam adhibuit, felice pariter eventu.

L'ECLUSE, chirurgus dentarius, qui octoginta millia *orum* curanda habuit, *traité utile au public, où l'on enſeigne la methode de remedier aux douleurs & aux accidens qui précédent & qui accompagnent la ſortie des premieres dents des enfans, de procurer un arrangement aux ſecondes, enfin de les entretenir & de les conſerver pendant le cours de la vie* Nancy 1750. 12. *. Paris 1754. 12. * cum ſequente. Breviſſimus libellus.

EJ. *nouveaux élémens d'odontologie, ou pratique abregée du Dentiſte, avec pluſieurs obſervations* Paris 1754. 12. *. Dentes lacteos a ſecundis deteri, ſubtracto ſanguine, detritis radicibus. Inſtrumenta nova: vectis in acumen exeuns, quo molares dentes expellit. Clavis biceps ad evellendas radices. Pelicanus triplex, quo molarem dentem inter vicinos ſodales in difficili caſu extraxit: demum penicillus *bürſte*, ad detergendam linguam.

EJ. *éclairciſſemens eſſentiels pour parvenir à preſerver les dents de la carie & les conſerver jusqu'à l'extrême vielleſſe* Paris 1755. 12. *. Dentes carioſos evellit, plumbo replet, reponit, putat octavo die convaleſcere, eumdem quem ſani dentes uſum præſtare, & præterea indolentes eſſe. Ut a proprio chirurgo dentes puerorum corrigantur, & conſerventur, & caries naſcens deteratur. Ut dentes commode evellantur, ligno excavato repleto intervallo a dente delapſo relicto, quod vecti ſit pro puncto fixo. Ita abſque malo dentes extractos fuiſſe, quorum radices trabs transverſa conjunxerit.

FRANC. NICOL. MARQUET, medicus civitatis Nanci, *obſervations ſur la gueriſon de pluſieurs maladies notables aiguës & chroniques* Paris 1750. 12. *. Intercedunt chirurgicæ curationes. Hernia umbilicalis in ulcus incurabile abiit. Artus ſideratus ſponte ſeparatus. Sedo acri, felicitate certe incredibili, noſter in gangræna conpeſcenda inque cancro ulceroſo uſus eſt. Hernia gangrænoſa rupta anus ſecundarius.

Diſcours

Ej. *Diſcours touchant les merveilleux effets de la pierre divine* Paris 1750. 12.

Ej. *Doux Memoires litteraires ſur différens ſujets de phyſique, de mathematique, de géographie, d'agriculture, d'hiſtoire naturelle, de medecine* Paris 1750. 12.

Arrêt du conſeil d'état portant reglement entre la faculté de medecine de Paris & les MM. en art & ſcience de la Chirurgie du 4 *Juillet* 1750. Paris 1750. 4.

§. DCCXXXIX. Itali.

Joseph Maria Quadrio, Medici Bergomenſis *nuovo methodo per curare il canchero coperto, e ſpecialmente le ghiande ſcirrhoſe* Venez. 1750. 4. *. Cancrum tectum vocat duram glandulam, quæ dolere incipit, & decolor fieri. Aqua cum reſina cocta utitur, balneo, emplaſtro: iis præſidiis feminas ſanavit, quarum nomina producit. Velles, ſi res vera eſt, arcanum ſuum revelaſſet.

Vincentio Benini notas ad Celsum adjecit in editione Patavina 1750. 8.*

Bartholomæi Serena & Antonii de Medina DD. *curſo nuevo de cirurgia* Madrit. 1750. 8.

Ejusd. Medinæ *cartilla nueva para iſtruire las madronas que ſe llaman lomadres* Madrit 1750. 8.

D. Gregorio Arias Gonzalez, chirurgi, *opuſculo hiſtorial anatomico de heridas peligroſas con modo breve de curarlas* Sevilla 1750.

§. DCCXL. Germani.

Friderici Boerner, brevis ævi medici, *die gebährende Frau ſamt ihrer Leibesfrucht zum leichtern Begriff und Verrichtung der nöthigſten Handgriffe in der Hebammenkunſt* Francf. und Leipzig 1750. 8. *. Machina feminam repræſentans, curante Mohrio medico Giengenſi fabrefacta. Deinde obſtetrix ad artis ſuæ adminiſtrationem in hac ipſa machina inſtituitur. Uteri in partu ſubſidentiam cauſam eſſe partus difficilis; conſtringi uterum quando aquæ effluxerunt. Ut coccyx reprimatur, ſecundæ educantur.

Ej. *in Hippocratis locum maxime vexatum meditationes* Lipſiæ 1751. 4. *. De Hippocratis a lithotomia averſione.

Ejus *de Coſma & Damiano artis medicæ Diis tutelaribus* Helmſtätt. 1752. 4. *.

Ej. *inſtitutiones medicinæ legalis* Witteberg 1756. 8.

Ej. *in relationibus de libris phyſico medicis* Witteberg 1756. 8. *. Libros etiam chirurgicos recenſet, Tagliacotium, raram Hieronymi Brunſwicenſis editionem.

J. Godofr. Janke, profeſſor Lipſienſis, quem ante diem ars anatomica amiſit, edidit Lipſ. 1750. 4. *. *de forcipe ac forſice ferramentis a Bingio chirurgo Hafnienſi*

Hafnienſi inventis, eorumque uſu in partu difficili. Inſtrumenta, de quibus noſter quærit, pertinent ad eum partum difficilem, qui fit a capite fetus ad cunei quaſi modum in pelvim impacto, ut neque progredi poſſit, neque verti. Hujus infortunii exitum natura vix invenit. Hic ergo locus eſt forcipibus, neque enim manus acceſſum obtinet. Noſter CHAPMANNI forcipem laudat & BINGII. Hujus forceps duo brachia habet, quorum utrumque in duas partes dividi poteſt, iterumque conponi. Caput fetus cavo chalybeo quaſi cochleare, in utroque brachio ſuo conprehenditur. Minus facile nocere, firmius apprehendere. In LEVRETI forcipem: ejus brachia, quæ caput apprehendunt, minus firmiter conjungi. Denique forceps ad caput fetus aperiendum, cujus crus unum calvariam perforat, alterum oſſis partem ſcindit. Paragomphoſin ipſius ſubinde naturæ, & male formatæ pelvis eſſe vitium, non obſtetricis.

EJ. *de oſſibus mandibulæ puerorum ſeptennium* Lipſ. 1751. 4. *. & diſſ. II. de dentibus evellendis.

J. MICHAEL ENGEL, chirurgi, *Sendſchreiben von einem merkwürdigen chirurgiſchen caſu* Augspurg 1750. 4. *. Cum oſſiculum deglutitum in aſpera arteria moraretur, die quinto exciſum, fiſſisque quinque ejus arteriæ annulis feliciter eductum eſt.

CHRISTOPHORI HENRICI PAPEN, noſtri olim amici, *epiſtola ad me data ſiſtens herniam dorſalem nunquam deſcriptam* Gotting. 1750. 4. * & in *meis ſelectis.* Germanice, Hamb Magaz. T. VI. Suecice in *Suecicis tranſactionibus* 1751. Gallice in BEAUMONTIÆ *Magazin.* Inteſtina de pelvi per inciſuram iſchiadico ſacram exierant, ut ſaccus hernialis de imo dorſo penderet. Inauditum morbum inciſione cadaveris Noſter detexit.

Augſpurgiſche erneuerte Hebammenordnung Augſp. 1750. 4. GUTERMANNI, ni fallor, opus.

J. GEORG LEOPOLDS *Einleitung zu der Landwirtſchaft* Sorau 1750. 4. *. Morbos huc revoces pecoris, vertiginem ab arietum concuſſis frontibus natam, hernias boum, placentulas in utero vaccarum reſides. Caſtrationem.

Hic recenſebimus JOHANNIS MONNIKHOF, chirurgi, *ontleed heel en werktuygkondige ſaamen ſtelling ter ontdekking van de bezondere plaatzen oorzaaken, kennteeken, bevallen en genezingen van de ſcheurſels of breuken* Amſterdam 1750. 8. *. Negat hernias per foramen ovale locum habere poſſe. Ex patris, chirurgi, experientia ſatis accurate partes ipſas deſcribit, tum eas quæ elabuntur, modumque quo reponantur & repoſitæ ſerventur. Fotus frigidos rejicit, neque permittit aliquid de inteſtino extrahere, præter id, quod elapſum eſt; digitis vero maſſam hernialem jubet ſubigere. Non debere ſaccum hernialem vel integrum reponi, vel ligari. Bracheria omnia rejicit, melius promittit, quod nunquam aberret: Ferrea elaſtica præfert. Herniæ ad ipſa genua deſcendentes. Herniam a rupto peritonæo factam vidit.

quam

In J. GEORGII GMELIN itineribus (*Reiſe durch Sibirien*) Gotting. 1750. 8.*. & annis ſequentibus editis, paſſim aliqua huc faciunt. Experimenta facta aqua ex anacampſerote purpurea ſtillante. Vulnus cerebri profundum in gallina eo arcano ſanatum: ſed alterum aliquanto profundius funeſtum fuit. In II. tomo agit de medico Lama, qui oculorum morbos curaverit, maximis & 16. unciarum capacibus cucurbitulis uſus.

§. DCCXLI. DISPUTATIONES.

JOH. HENR. WOLFAHRT *de infanticidio doloſo ejusque ſpeciebus* Francfurt. 1750. 4.

CASIM. CHRISTOPH SCHMIEDEL *de dentitione, præſertim infantum difficili* Erlang. 1751. 4. *.

EJ. *pathologia dolorum gravidarum parturientium & puerperarum* ib. 1750. 4.

HENR. BACHERACHT *de morbis ligamentorum* Leid. 1750. 4. & in *ſelectis pract.* Peſſus uno crure vaginam ſubeuns, altero faſcia firmatus. Os uteri in partu vidit ab obſtetrice lacerari.

J. GOTTLOB LEIDENFROST *de volvulo inteſtini ſingulari* Duisburg 1750. 4. * & in *ſelectis pract.* Prolapſus inteſtini perforati, invaginati & inverſi. Repoſitum inteſtinum ægerque ſanatus præter ſuperſtitem fiſtulam.

J. FRID. CARTHEUSER & BORCHARD *de iſchuria & dyſuria* Francof. ad Viadr. 1750. 4.

EJ. *de morbis capitis externi* ib. 1756. 4.

EJ. *de hydrophthalmia* ib. 1762. 4.

EJ. *de fungo articulorum* ib. 1769. 4.

JOSEPH AUGUST STEINMANN *de cauſis cur frequentius viri præ feminis calculoſi fiant* Argentor. 1750. 4. *.

J. JACOB WELTIN *de aneuryſmate vero pectoris externo hemiplegiæ ſobole* Baſil. 1750. 4. *. & in *ſelectis meis.* Exemplum & theoria. Redit in *Act. Helv.* T. I.

PHILIPPI FRID. GMELIN *antidotum adverſus morſum canis rabidi* Tubing. 1750. 4. * de remedio Tunkinenſi.

EJ. *ſpecifica methodus recentior cancrum ſanandi* Tubing. 1757. 4. * & in *ſelectis pract. meis.*

EJ. *de tumoribus œdematoſis ex febribus intermittentibus oriundis* 1762. 4. *. Auctore J. T. E. BOEHM.

EJ. *de probato tutoque uſu vitrioli ferri factitii adverſus hæmorrhagias ſpontaneas largiores* Tubing. 1763. 4. *. A fratre hoc auxilium pro re certiſſima habuit.

Ej. *onomatologia medica conpleta, oder mediciniſches Lexicon* Ulm 1755. 8. * & 1756. 8. *. Vocabulorum chirurgicorum hic interpretationem reperias.

J. Wilhelm Frid. Jahn *de inſolita calculi ingentis per ſcrotum excluſione* Witteberg 1750. 4. * & in *ſelectis meis.* Calculus quinque unciarum pondere ſponte in ſcrotum erupit, neque inde quidquam factum eſt mali.

Christ. Frid. Joerdens *pathologia dolorum gravidarum parturientium & puerperarum* P. Schmiedel Erlang. 1750. 4. *.

J. Christoph Teubeler *de vulneribus cerebri non ſemper lethalibus:* præſ. J. A. Buchner Hall. 1750. 4. *; memorabilis diſſertatio recuſa in *ſelect. meis Chir.* Proprias in caſtris collectas obſervationes producit. Pars cerebri fracta calvaria deſtructa, convulſio, delirium, ut tamen ægrotus ſervaretur. Amiſſa pars medullæ cerebri abſque febre & convulſione, & aliud abſque ſymptomate.

Ruttger Gottl. Hoernigk *de induratione partium præternaturali* Lipſ. 1750. 4. * & in *ſelectis pract. meis.*

August Herman Sporleder *de polypo narium* Hall. 1750. 4. *.

Abraham Szeli *damna graviora ex abortibus præcipue frequentioribus oriunda eorumque geneſis* Altorf 1750. 4. *.

Lud. Henr. Runge Præſide Francisco de Ziegler *de morbis præcipuis ſinuum oſſis frontis & maxillæ ſuperioris & quibusdam maxillæ inferioris* Rinteln. 1750. 4. * & in *ſelectis meis.* Mala chirurgis vix antea dicta deſcribit, novaque inſtrumenta, quibus perita manus viam ſibi ad reconditam mali ſedem aperit.

Jacob Foelix, auditor noſter, *de motu periſtaltico inteſtinorum* Treviris 1750. 4. * & in *ſelect. anat.*

David Schulz *medicina forenſis; præter differentiam vulnera in abſolute lethalia & per accidens diſtinguentem nullam prorſus adgnoſcere* Regiomont. 1750. 4. *. Non dari vulnera per ſe lethalia, diverſa ab abſolute lethalibus. Non novi num idem ſit vir Cl. v. Schulzenheim.

Franc. Felicit. Cochu *E. exercendæ chirurgiæ juventus aptior.* Paris 1750. 4. *.

Joseph Jussieu & Donique *E. a ligatura polypi narium tutior curatio* ib. 1750. 4. *.

J. de Diest & C. Geille de S. Leger *Non E. in plagis abdominis vulnerato inteſtino pellionum ſutura* ib. 1750. 4. *.

Hugo Capet & Lud. Alex. Gervaise *E. ſectione præſertim curanda ani fiſtula* ib. 1750. 4.

Cl. Car. Dejean & L. J. Bapt. Cosnier *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda* ib. 1750. 4. *.

Achilles Franc. Fontaine & Ant. Garnier *E. poſt gravem ex ictu vel*

caſu

caſu capitis percuſſionem, non juvante etiam iterata terebratione dura meninx inciſione aperienda ib. 1750. 4.

Lud. Mar. Pousse & Jac. Lud. Alleaulme *E. tumoris cancroſi radicitus ablati regeneratio rurſus chirurgiæ tradenda* ib. 1750. 4. *.

Anton. Casamajor & Anna Cl. Dorigny *E. qui tumores deleri debent, ferro potius quam cauterio potentiali delendi* ib. 1750. 4.

J. Bapt. Anton. Andouille', Chirurgi, & Bonav. Fournier diſſ. *de vulneribus pectoris* ib. 1750. 4. *.

§. DCCXLII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* n. 494. Joh. Barde callus in femina gravida per ſex menſes flexilis, a partu demum confirmatus.

J. Starr M. D. de equo a rabido cane demorſo, hydrophobo, rabido.

N. 495. Joseph Warner tumorem in veſica feminina ligavit, excidit.

Idem in *Phil. Tranſactions Vol.* XLVII. inter decimam & undecimam coſtam perforato pectore feliciter pus de ſuppurato eduxit, ut perfecta ſanitas ſucceſſerit.

Idem per inciſam urethram, deinde ſuper catheterem inciſione facta, calculum, ſed præterea oſſis fragmentum eduxit.

De feliciter adhibito agarico Broſſardiano, ib. P. 2.

In *Phil. Tranſactions* vol. XLIX. P. 2. Idem de hydrope articuli, ejus ſignis & curatione. Jubet articulationem perforare. Exemplum, ubi poſt copioſum gelatinæ effluxum malum ſanatum eſt. Externum malum Barbadeo petroleo levatur.

In *Phil. Tranſ.* L. P. I. de anevryſmate arteriæ cruralis ex lapſu orto, aliisque anevryſmatibus ſpuriis, & de ſumma difficultate in dignoſcendo ab alio tumore anevryſmate.

In T. L. P. II. Calculos in veſica quatuor vidit aſperos. Non ergo ſemper quando plures ſunt, per tritum lævigari.

In LI. P. I. Paracenteſis in ſuppurato fruſtra facta.

Ejus duo calculi anguloſi congruentes, ex urethra exciſi.

Vol. LI. P. II. ingens calculus ex urethra egeſtus in perinæum.

Ejus *caſes in ſurgery with remarks* London 1754. 8. *. Non exigui momenti collectio. Male ſibi Chirurgos metuere, quando paſſim calvariam terebrare volunt, ubi nullum verum ſit periculum, ut in ſinus falciformis ſede, & oſſe occipitis. Os per tres menſes in dura matre hæſit abſque convulſione & ſymptomate, tantum ut fungus de cerebro pullularet, qui abſque ullo malo extractus eſt. Trepanum ſuturæ lamdoideæ admotum, dura membrana inciſa, ut ſerum emitteretur,

emitteretur, ſic os occipitis. Ad DAVIELII modum perforata tunica cornea, ita ut noſter ſcalpello curvulo partem inferiorem corneæ tunicæ perforaret, oculum ſurſum premeret, ſic lens cryſtallina de oculo proſiliit. Chirurgum oculi ſpeculo non debere uti, ipſumque ægrotum debere ſuum oculum firmare: inflammatio ſuperveniens non nocet. Tumor ſcirrhoſus de orbita exciſus; id abſque periculo fit, ſi in ipſa orbita natus fuerit, fruſtra ſi in cerebro. Strumam inter aſperam arteriam & gulam poſitam feliciter excidit. Vitium deglutitionis non potuit curare, cum gula ſcirrhoſa ejusque tubulus perianguſtus eſſet. Herniam cerebri occipitalem vidit; monet chirurgos, ne excidiſſe velint. Colli ſteatoma: ea mala debere integra eximi, & nihil ſuppurationi relinqui, ex parvis enim reliquiis mala renaſci maxima. In carie brachii debiliſſima arteria, ut repetito in anevryſmata intumeſceret, quæ excidere oportuit. A ligata aſpera arteria ſpaſmus cynicus funeſtus, procul dubio ob ligatum cum arteria nervum. De gangliis; ea noſter reſecat, reliquias enim abſque malo per vinculum reſolvi; ea gelatina plena eſſe. Iterum felix perforatio pectoris in ſuppurato, coſtam inter decimam & undecimam. Alias fruſtra facta paracenteſis, cum abſceſſus in hepate eſſet, & diaphragma exediſſet. Poſt inciſum umbilicum hydropici hernia umbilicalis, quam cum *operari* vellet, noſtro infeliciter res cecidit. Ab hymene urethra pene clauſa. Sic mictus difficilis ob duas quaſi in urethra valvulas, quas noſter inciſa paulum urethra feliciter abſtulit. Fiſtulæ perinæi ſanatæ, cereis ex diachylo cum mercurii præcipitati $\frac{3}{20}$. Multoties tendines vidit lacerari, incidi, in manu, in calcaneo, idque malum adductis tantum partibus diviſi tendinis reſtituit. Fractura patellæ, quæ non conferbuit. Aliud exemplum: ſanata ægrota, ut tamen non facile per adclivia adſcenderet. De fungi equini utilitate: difficulter verum agaricum reperiri; arteriæ cruralis hæmorrhagiæ non ſufficere.

Gallice vertente D. MAGENIS Paris 1757. 12.* qua in editione aliena nonnulla & inutilia acceſſerunt.

EJ. *deſcription of the human eye with the principal diſeaſes* London 1773. 8.* Morbi palpebrarum. In fiſtula lacrumali vitari non poſſe, quin ſaccus aperiatur, duabus, quæ ſe reſpiciant, inciſionibus, ut una particula ovalis cutis excidatur, os unguis terebretur, quod fiat quam facillime; ſpongia in canalem naſalem detur. Intumeſcere glandulam lacrumalem, ut exſcindere oporteat. Cataractam nonnunquam lentiſſime, & ſeptimo demum anno, maturari. In ſcirrhis, etiam in cancris exulceratis, cicutæ extus & intus adhibitæ vim beneficam fuiſſe. Videtur tamen depoſitionem cataractæ extractioni præferre. Acu utitur lanceolata: ne lens depoſita reſurgat, capſulam repetito & vario ductu diſcindit.

GUILIELMI HEBERDEN calculus in femina exciſus 33. unciarum & ultra. Alia hujus Cl. viri alias dicentur.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc. de Paris* 1750. D. STELLA, Medicus in agro Patavino, agit de acicula calculoſa cruſta tecta, quam de puellæ veſica eduxit.

In

In *K. Swenska Wetenskaps Academ.* 1750. de acubus deglutitis ſenſim feliciter rejectis.

C. M. DASSOW de hydrope poſt repetitam paracenteſin ſanato.

In *Hamburgiſche Magazin* T. VI. J. GOTTL. KRUGER de calculo in palato nato.

Le nouveau Magazin Francois Londres 1750. 8. *. colligente Me. le PRINCE de BEAUMONT. Compendium orationum le CATII, diſſertationum ZINNII, NOREENII, PAPII &c.

In *Journal des ſavans* 1750. Fevrier; *Lettre au ſujet du livre de M.* LEVRET *intitulé obſſ. ſur les cauſes des accouchemens laborieux.* Male Gallis forcipem inventam adſcribi. Levretiana forcipe caput fetus non poſſe in utero apprehendi. Rectas forcipes auctor rejicit. Vitio dat, quod LEVRETUS non accurate definiverit, quo in rerum ſtatu forcipe ſit utendum.

Reſpondit LEVRETUS ib. idque ſcriptum inter ejus opera diximus. Utique in Belgio inventam eſſe forcipem. In pelvi fetum ſe omni modo diſpoſitum vidiſſe. Ita varium eſſe modum, quo idem ſe ad exitum offert. Placentam non eodem loco adnaſci.

Primitiæ phyſico medicæ ab iis qui in Polonia & extra eam medicinam faciunt, collectæ Vol. I. Leſnæ 1750. 8. * Vol. III. Zullichau 1750. 8. *. Dedicationi nomen ſubſcripſit GOTTLOB EPHRAIM HERMAN: præfatus eſt Leſnenſis medicus ERNESTUS JEREMIAS NEIFELD. Ad chirurgiam pertinent

G. E. HERMANN *de ulcere uteri cancroſo*, omnibus fruſtra tentatis lethali. Poſt lapſum uterus in partu ruptus.

In T. II. mola hydropica in virginis utero. Sphacelus ſcroti ſcorbuticus ſanatus.

J. CHRISTIANI HEFFTER, medici Zittavienſis, hydrocele cum teſte indurato, ſimplici cataplaſmate ex farina fabarum & aceto curata.

EJ. ſcrotum induratum, teſtis alter perinde induratus, & iterum teſtis uterque induratus eodem cataplaſmate reſtituta.

ERN. JEREMIÆ NEIFELD tumor poſt abſceſſum ſub maxilla reliquus, ſuperveniente pleuritide ſanatus.

In T. II. Lapillus forte felleus de ulcere ſub umbilico exciſus.

IDEM de fæcibus alvi per uterum excretis, quale exemplum in generoſa matrona vidi, funeſto eventu.

In *ratione medendi morbis circuli ſanguinei* Breslau 1773. 8. *. Hæmorrhagiæ etiam & inflammationes tractantur.

§. DCCXLIII. JOHANNES BURTON.

Medicus & obſtetrix Eboracenſis.

In *Phil. Tranſ.* deſcripſit n. 495. ut carnem de utero in vaginam prominentem ligaverit, reſecuerit.

EJUSD. *Eſſay towards a compleat ſyſtem of midwifry &c.* Lond. 1751. 8.* nuper a D. le MOINE gallice verſum Paris 1771. 8. Experientiam ſeptemdecim annorum laudat. Feminam, ut pariat, vult in latus decumbere; OULDII tamen opinionem refutat, qui fetum ſecundum naturæ leges oblique de utero prodire docuerat. Non vult coccygem repelli, qui non abſque luxatione cedere poſſit, neque partui obſtet: humeris retineri fetum, ſi vagina anguſta fuerit. Fetum demum ſub primos dolores ſe cernuum dare, tunc continuo aquas colligi. Membranas quoties neceſſe videtur, noſter digitis lacerat inter uterum & ovum datis. Porro de auxiliis in partu difficili. Nocere frigus, ſi ſedens parturiverit, & ab ea cauſa multa mala eſſe. Os uteri in partu manu dilatat. Non debere obſtetricem in elevando utero, ſ. ore ſurſum repellendo, nimis eſſe præcipitem; poſſe enim matrem lædere, paralyſin facere. Os uteri durum & craſſum difficilem partum portendere. Obſtetricem vaginam prolapſam pro placenta laceraſſe. De ſitu uteri obliquo varia, quem corpore in alterum latus inclinato ſtudet corrigere. Situs vitioſus fetus, quem fere pedibus adreptis corrigit: forcipe tamen opus eſſe poſt longum laborem, partibusque ſiccis. Nunquam brachium elapſum aut detorqueri debere aut abſcindi: bacillo proprio ſub axillam dato brachium repellit. Eſſe ubi ſectio Cæſarea vitari nequeat. Quouſque forceps poſſit adigi. Caput fetus pharyngotomo aperit, duabus alis munito, quæ ne noceatur caveant & os uteri diducant. OULDII terebram occultam & MAURICÆI tiretête rejicit, & anulatum ſcalpellum SIMSONI. Suo etiam inſtrumento utitur ad fetus caput extrahendum quod in utero manſerit. Si os uteri induratum fuerit, ſpem fere eſſe in Cæſarea ſectione, ſic in partu ventrali, tubario. Poſt eductum priorem gemellum debere membranas rumpi, alterum gemellum extrahi. Poſt partum neceſſe eſſe uterum manu immiſſa inanire ſanguine: intra uterum aliquandiu manum tenere, quoad grumis cruoris ſe liberaverit. Placentam continuo extrahere jubet, os uteri aperire, ſi nimis clauſum fuerit. Uterum nimis in pelvim delapſum, qui veſicam fecerat pleniſſimam, repoſuit & peſſo continuit. Feminas minoris ſtaturæ æque facile parere, neque anguſtiores ipſis pelves eſſe. Per anguſtam etiam pelvim grande caput poſſe extrahi, pedibus adreptis. Nimis ampla pelvis facit, ut uterus prolabatur: debere tunc repelli ſitu ſupino, duabusque manibus uterum ſuſtentari, dum infans extrahitur. Uterum in dextra inclinatum, feminam in idem latus decumbentem, tamen fetu liberavit. Nam cæterum feminam in alterum latus jubet decumbere, ſi uterus obliquus fuerit. Inteſtina prolapſa, abſurde evulſa, eventu funeſto. Denique de abortu. Si os uteri peranguſtum fuerit, id digitis in gyrum tortis dilatat, aut ſuo, quod dixi, inſtrumento. In appendice forcipem ſuam deſcribit, manubrio unico, cochlearibus duobus chalybeis.

lybeis. *Extractor* ſ. forceps quatuor maxillis dentatis, qui intra uterum & aperiri poteſt & claudi. Pro cranio perforando torta lanceola, & pharyngotomus cum alis, quæ poſſint expandi, ut nihil poſſit niſi cranium perforari.

Ejusd. *a letter to Will. Smellie containing critical and practical remarks upon his treatiſe on the theory and practice of midwifry* London 1753. 8. *. Satis acre ſcriptum, in quo conſilia & encheireſes Smellii minutatim conciduntur. Non bene ſcriptores obſtetricios a Smellio lectos & excerptos. Avicennam tenaculam primum propoſuiſſe, qua fetus educatur, neque idem occidatur. J. Guillemeau juſſiſſe fetum minante hæmorrhagia educere, & rupti uteri meminiſſe. Parum plenum ſcriptorum obſtetriciorum catalogum eſſe, quem Smellius dat. Pro Deventerio. Ut poſſit fetus evulſio nocere, quæ fit apprehenſis pedibus. Poſſe uterum anguſtum & aquis inanem lacerari, aut certe contundi; eam ob cauſam fetus mortui caput debere evacuari. Caput nimis grande aliquando melius educi mento ſurſum verſo: capita dari 18 & 19. unciarum ambitu. Caput ſibi abruptum fuiſſe, id ſuo extractore ſe eduxiſſe. Reticuli & habenæ uſum defendit. Vitia Smellianæ forcipis: corium improbat; ab ea nimis uterum diduci. Suam præfert forcipem, cujus in caput preſſionem poſſit pro lubitu moderari. Adminiſtrationem Smellii fere ubique carpit. Faſcia a partu ventrem ſtringere laudat. Contra uncum. Caput, ubi id neceſſe videtur, non debere poſterius aperiri. Dolores a partu retento in utero pugno occupat. Parei forceps Anglicæ ſimilis, & aliqua priſcorum inſtrumenta.

§. DCCXLIV. Guilielmus Smellie.

Celebris in arte obſtetricandi, & inmenſæ experientiæ vir, qui 1150. parturientibus adſtiterit, & 280ies artem ſuam docuerit.

Ejus *treatiſe on the theory and practice of midwifry* London 1752. 8. *: oportet autem a. 1751. prodiiſſe, ex Burtoni verbis. Introductio primum, in qua decerpit, quæ quisque ab ipſis retro Hippocratis temporibus utiliter in obſtetricia arte invenerit aut conſuluerit. Nimium obliquo ſitui uteri Deventerium tribuiſſe, vix enim veram in pariendo difficultatem ex ea cauſa naſci. Non potuiſſe non infelicem nonnunquam ſui auxilii exitum eſſe expertos, qui abſque inſtrumento omnem partum voluerint expedire. Sibi enim ſæpe contigiſſe, ut abſque eo præſidio non potuerit officio ſuo defungi. Puellæ quæ rachitide laboraverit, etiam ſi adoleſcat & corpore videatur bene formato eſſe, vitioſam tamen pelvis figuram eſſe & periculoſum partum. Exiguas fetus in enitendo partes eſſe. Placentam in utero relictam creſcere non poſſe. Hernia in qua inteſtina in imam pelvim inter uteri collum & ultimum inteſtinum deſcendant. Hydropicis uterum in parturienda facile lacerari. Inter centum partus ſeptem eſſe ſitu non legitimo, unicum tamen auxilium & inſtrumenta requirere. In partu naturali præſtare mulierem decumbere, in difficili erecto eſſe corpore. Parum eſſe periculoſam placentæ adhæſionem. Sæpe eos partus difficiles eſſe, in quibus

 caput

caput aut ob nimiam molem ſuam, aut ob anguſtam pelvim retinetur: eo in caſu forcipis auxilium omnibus præſtare, qualem noſter ad ipſam pelvim fabricari curaverit. Reticuli in eo ſalutarem uſum eſſe. Dari ubi anguſta pelvis ne forcipis quidem uſum permittat, & ubi unco ſit opus. Fractura in fetu nuper edito difficilior curatur decubitu in unum latus. Cauta adminiſtratio forcipis, pro vario fetus ſitu. Caput nimis alto loco retentum neceſſitatem facere unci, tum ejus hydropem, & præmaturam oſſeam naturam. Noſter eo in ſtatu caput fetus forfice aperit, & uncum inmittit, unum duosve. Porro de partu, in quo alia præter caput pars fetus præcedit, quos inter caſus deterior eſt, quando uterus circa fetum ſe conſtringit. Caput relictum digitis expedit aut unco. Gallice prodiit. Paris 1754. 8. Germanice Altenburg 1755. 8. Belgice vertente MATTH. van der HAGEN cum notis Amſterdam 1765. 4.

EJ. *a collection of caſes and obſervations on midwifry* Lond. 1754. 8. *, quod volumen pro ſecundo totius operis tomo numeratur. Tituli triginta, adnotationes ad quemque numeroſæ, partim collectæ, partim auctori propriæ. Utique in difficili partu os ilium ab oſſe ſacro etiam cum dolore & detrimento motus diſcedere. In alio caſu, a SMOLLETO communicato, pubis oſſa ſe deſeruiſſe. Sæpe fetus pro mortuis haberi, quod nullum motum edant, qui tamen ſani & robuſti in lucem prodeant. De uteri & vaginæ fungis & cancris. Morbi gravidarum, urinæ retentio frequens. Hernia inter uteri rectique inteſtini exitum elapſa ſponte rupta, ut chylus proflueret, a partu conferbuit. Sæpe bis circa fetum convolutus funiculus fetum ſtrangulat. Oſſa fetus per anum deceſſiſſe. Hæmorrhagiam noſter repreſſit cannabe in oxycratum tincta, inque vaginam data. Cum calculus ante fetum præceſſiſſet, manſit urinæ incontinentia. Maximus vaginæ polypus vinculo interceptus & amputatus. Sic tumor ad latus oris interni uteri, ſed eventu lethali. Secundas poſt abortum reſides unco obtuſo educit. Ad OULDII leges poſitum fetum non raro vidit. Partus naturalis. Partus lentus. Duras & fetum morantes membranas ungue laceravit. Præcox membranarum ruptura utique nocet. Partus difficilis ab oſſe frontis, quod in cavum oſſis ſacri non poteſt deſcendere: in eo caſu SMELLIUS os verticis a chirurgo frangi vidit. De partu difficili nato ab oris uteri duritate aut pravo ſitu. Ea ex cauſa noſtro accidit, ut ſua culpa perinæum finderetur. In hæmorrhagia noſter digito os uteri dilatavit, membranas cathetere muliebri rupit, ita ſecutæ ſunt aquæ, & ſanguis ſtetit. Placentam utique ad os uteri poſſe adnaſci. Convulſiones perinde ut dolores fetum eniti. Ut incommodo a circumvoluto funiculo naſcenti ſubvenerit, ex OULDII conſilio. Uterum etiam circa fetus humeros conſtringi, fetum retinere: tunc digito poſſe dilatationem oris uteri tentari. Prægrande caput lentum partum requirit: eo in caſu noſter fetum pedibus extrahit, ut tamen ſola præſtet patientia. Cum extractionem eam ſæpe funeſtam eſſe expertus eſſet, denique noſter rejectis priorum forcipibus ſuam ad pelvim fictam inveniſſe. Varia pelvis vitia. Lento partu fetum enixum, cum pelvis intra quartum pollicem lata eſſet. Funiculum enixo fetu digitis ſolvit, quem raro neceſſe ſit ferro reſecare.

care. Placenta in cellula uteri. Caput incuneatum, quod forcipe expeditur. Ut forceps admoveatur, brachia ſingulatim, cochlear invertatur, & verſus inguina ducatur cordiſve ſcrobiculum: tum alterum brachium &c. Alii caſus in quibus forceps profuit. Uncus obtuſus facile perinæum lacerat, &c. Sed abundantia rerum vetat omnia perſequi. Redierunt Germanice Altenburg 1763. 8.

A collection of præternatural caſes and obſervations in ſurgery Lond. 1768. 8.* Poſthumum opus ſ. tertius Tomus. Ingens numerus partuum, in quibus inſtrumentorum, forcipis, etiam forficis & unci ope, & diviſa calvaria, partus expeditus fuit. Uterum frequenter circa fetum conſtringi. In capite incuneato, ſi verſionem magna vi moliaris, poteris placentam avellere, hæmorrhagiam facere, ſi nihil tentes, matrem a contuſione necari. Turundis in vaginam datis ſanguinis fluxum conpeſci. Et ſponte os uteri vidit lacerari, & de induſtria abſque malo diviſit. Laqueo tamen aliquando pedem apprehendit, ut fetum educeret. Frequens cauſa partus difficilis, ipſiusque mortis, anguſta pelvis eſt, aut vitioſe fabrefacta. Sic retenta urina & ampla veſica. Uterum ruptum vidit & aliquoties. Germanice Altenburg 1770. 8. Gallice omnes tres tomi SMELLII Paris 1770. 8. 4. vol. vertente D. PREVILLE.

A ſet of anatomical tables with explanations and an abridgment of the practice of midwifry London 1754. fol. maj. *. Icon pelvis vitioſæ. Situs fetus OULDIANUS, altera aure oſſa pubis tangente, altera ſacrum os. Uteri ſitus vitioſi & penduli. Iter fetus, ut capite ſuo in partum procedit. Icon forcipis brevioris & longioris, & ejus uſus in diverſis partus ſtadiis; ſitus fetus vitioſi varii. Uncus obtuſus, anſa cum balænariis bacillis; peſſi cavi, qua ori uteri reſpondent, infundibuliformes ad cingulum firmati.

§. DCCXLV. ALII BRITANNI.

BRUDENELL EXTON M. D. qui obſtetriciam in oppido *Kingſton upon Thames* exercuit, diſcipulus CHAPMANNI. Eum tamen magiſtrum ſuum monet nimium tribuiſſe forcipi, eique inſtrumento nimium dediſſe volumen. Non forcipi fratres CHAMBERLAYNIOS ſuam debere celebritatem, ſed extractioni eo ævo parum notæ, quæ fit adreptis pedibus. Forcipi locum fere unice eſſe, quando caput in pelvim prolapſum hæret: ſed etiam eo in caſu ſe ſola manu uti, puerperam in ſiniſtrum latus jubere decumbere, coccygis os repellere, volaque manus caput deorſum premere. Dolores miſti, in quibus opio ſpurios dolores jubet conpeſcere, ut veri ſoli operentur. Uteri ſitus obliquus, cui multum tribuit. Pelvis anguſta, quæ cogit inſtrumentis uti, caput etiam ipſum nonnunquam aperire. Reticulo caput in pelvim prolapſum extrahit. Placentam a contracto utero retineri, id malum patientia ſuperare.

GUILIELMUS GIBSON, chirurgus, alius ut puto a Veterinario p. 68.

EJUS eſt *a new treatiſe on the diſeaſes of horſes* London 1751. 4. *. Morbi equorum. Inteſtinum laxius nonnunquam rumpi, aut ventriculum. Hernias raras

ras eſſe. De *farcys*, duris venarum nodis. *Boneſpavin* eſt coacti humoris articulorum tarſi induratio, *Bloodſpavin* varix. In vulneribus turundæ perinde nocent ut in homine. Morbum *Glandels* (Roz) raro curari. Herniam, etiam coli, in equo vidit. A vulneribus herniæ ventrales.

The travellers pocket farrier or a treatiſe upon the diſtempers and common incidents to horſes on a journey Lond. 1751. 8.

Jo. Clarke *province of midwifery in the practice of their art* Lond. 1751. 8.

The petition of the unborn babes London 1751. 8. Satyra adverſus viros obſtetricios.

In J. Cleghorne *new hiſtory of Minorca* Lond. 1751. 8. *. medica aliqua ſunt & chirurgica. Minorcæ capitis vulnera facile, pedum mala difficulter ſanari.

§. DCCXLVI. Galli.

Petrus Barrere, Profeſſor & Medicus Perpinianenſis, qui aliquamdiu in Guiana medicinam fecit, *Obſervations anatomiques tirées d'un grand nombre de cadavres* Perpignan 1751. 4. *. 1753. 4. *, quæ editio plenior eſt. Aliquot caſus chirurgici argumenti ſunt. A plagis foramen cranii peranguſtum, & abſceſſus cerebri. Anevryſma in magnæ arteriæ trunco, aliud in arteria ſubclavia. Pus viride a cupri uſu.

In altera editione mortes ex commotione cerebri, nulla parte læſa. Vulnus ſepti transverſi abſque ſingultu. Ab uſu cantharidum gangræna veſicæ funeſta. In noſodochio militari abſceſſus apertos in gangrænam tranſiviſſe, evanuiſſe periculum, quoties ægri aliorſum transferrentur.

Andre' *diſſertation ſur les maladies de l'urethre, qui ont beſoin de bougies* Paris 1751. 12. *. Utique dari carunculas, ab ulcuſculis venereis & efflorescente de celluloſa tela urethræ carne fungoſa; totam demum urethram dureſcere, & iter urinæ ſupprimere. In his malis cereorum uſum ſuadet, quem ſuppuratio ſequitur. Latius patere ejus auxilii uſum; minoribus calculis cereorum ope viam aperiri. Ut fiſtulæ in urethra naſcautur; etiam hic productis teſtibus oſtendit ſalubrem ſuorum cereorum uſum eſſe. De variorum chirurgorum cereis; ſuos ſanæ urethræ nihil nocere, in ægra parte ſuppurationem ciere ſalubrem. Nihil ſuos Daranianis cedere, quorum formulam auctor hactenus premit. Ad gonorrhœam valere & ad iſchuriam. Catheteribus nonnunquam per anguſtias urethræ cereis aditum parandum. Cereum, qui in veſicam ſit illapſus, ſponte prodiiſſe.

Ej. *obſervations pratiques ſur les maladies de l'urethre* Paris 1756. 12. Port.

Ej. *maniere de faire les bougies antiveneriennes* ib. 1756. 8. Port.

Raimond de Vermale, primarius chirurgus Electoris Palatini.

Ejus eſt *lettre ſur l'extraction du cryſtallin hors du globe de l'œil, nouvelle operation*

ration imaginée par Mr. DAVIEL 1751. 12. * & in *Journal de Medecine* T. II. Accedunt epiſtolæ MAUCHARTI & SWIETENII. Valde laudat inventum. Exempla curationum a Cl. DAVIEL peractarum, abſque ullo ſymptomate.

EJ. *obſervations de chirurgie pratique precedées d'une nouvelle methode d'amputer* Londres, ut titulus fert, abſque anno 4. circa a. 1763. Tuneti medicinam fecerat. Cor vulnere dextri lateris læſum, quod viſcera inverſa alienum locum tenerent. Eduxit noſter defractam cuſpidem cultri, quæ pſoam muſculum & renem convulnerabat. In Africa poſt amputatam manum truncatum brachium in ferventem picem utiliter demergi. De tendine bicipitis ſquamam deceſſiſſe. Ebulum inpoſitum tumores diſſipare. De modo, quo poſt amputatum artum truncus duobus reſervatis carnis ſegmentis tegitur, fuſe, ut de re nova. Hernia incarcerata gangrænoſa curata.

In editione altera Manheim 1767. 8. *. epiſtolæ ſunt aliquot, etiam HOFMANNI, cum teſtimonis de felici amputatione, quæ facta ſit duobus ſegminibus carneis reſervatis. HEISTERI jun. diſſ. *de nova methodo amputandi brachii.*

In N. E. N. C. *Vol.* I. *obſ.* 80 pugione inflictum vulnus, mors ex pectore ſanguine pleno.

Obſ. 81 mors ex contuſione ab equo, abdomen pure plenum, ilei inteſtini fiſtula oſtio ſuo peritonæo adnata.

COSTE junior, chirurgus. *Eſſai ſur la fiſtule à l'anus, où l'on prouve qu'une gentilleſſe fort à la mode eſt une cauſe frequente de cette maladie* Berlin 1751. 4. *. In maximis urbibus diros ſceleris effectus didicit, interque eos minus notam cauſam fiſtulæ ani. Ut hæmorrhagiæ caveantur, quæ ſectæ ejusmodi fiſtulæ ſuperveniunt. Ab ulcere vaginæ, eroſo hoc canali, frequentes ani fiſtulæ. Ulceroſam vaginam frequenter claudi, & fæces per anum effluere. Ut id malum curetur ſpecillo ſulcato, cultello. Si nimis longa fuerit fiſtula, proderit tamen tantum aperire, quantum ejus fieri poteſt. Si numeroſæ fuerint fiſtulæ, omnes cum non exigua inteſtini parte oportet reſecare. De abſceſſibus circa anum venereis. Tubulum argenteum conpreſſum in inteſtino ſuadet relinqui.

EJ. *Obſervations pratiques ſur les maladies veneriennes* Berlin 1760. 8. Aliqua etiam chirurgica.

Hoc anno cepit prodire vaſtum *Encyclopædiæ* opus, quo etiam chirurgica continentur, a LOUISIO ſuppeditata, minime mala.

NICOLAS FOURNIER *reponſe a l'examen ſupoſé & a la refutation pretendue de la conſultation* 1751. 4. *& reponſe a la lettre du D. Quichotte de la medecine* 1751. 4.

Ea conſultatio altera ut videtur vice prodiens Dijon 1757. 4.

Conſ. ſur une queſtion medico chirurgico legale & reponſe a une conſultation de Paris ſur le même ſujet Dijon 1757. fol.

Libellum de carbone peſtilente in practicis dicemus.

§. DCCXLVII.

§. DCCXLVII. Ad Lites Chirurgorum cum Medicis.

Au Roi, Sire le Doyen du college des maîtres en chirurgie ſuplient V. M. *de leur permettre de faire des repréſentations au ſujet du réglement de l'Acad. Roy. de Chirurgie du* 18. Mars 1751. Paris 1751. 4.

Deux memoires importans préſentés au conſeil du college des MM. en Chirurgie par le plus grand nombre d'entre eux enſuite desquels .... une conſultation de M. Clavel &c. Paris 1751. fol.

Nouveau réglement pour l'Academie de Chirurgie donné par le Roi 18. Mars 1751. ib. 1751. 4.

Lettres patentes portant Réglement pour l'aggregation des MM. en Chirurgie des villes du Royaume donné le 31. *Dec.* 1750. Paris 1751. 4.

Statuts & Réglemens pour les communautés des Chirurgiens de Province nouv. édition, avec notes, éclairciſſemens, l'édit de 1723, *la déclaration de* 1736, *celle de* 1750. *différens arrêts &c.* Paris 1751. 4.

§. DCCXLVIII. Georgius Heuerman.

Medicus, Chirurgus, & inciſor Hafnienſis.

Ejus phyſiologia, ad alium quidem finem ſcripta, paſſim tamen habet huc pertinentia. In T. I. Hafniæ 1751. 8. *. Germanice edito, refert de vinculo injecto nervo octavi paris & ſympathico: ab utroque animal periit, celerius ab iſto.

In T. II. nullum aut dolorem, aut ſymptoma laceratæ aut ambuſtæ, duræ membranæ ſuperveniſſe vidit. Vulnus corporis calloſi animal necaſſe.

In T. IV. Hafniæ 1755. 8. *. A diuturno decubitu oſſa artus inferioris tenuia & leviſſima. Fiſtulæ urethræ. Urethra a proſtata craſſiori conpreſſa crepuit, ut lotium in ſcrotum ſibi viam aperiret.

Ejus *die vornemſten chirurgiſchen Operationen am menſchlichen Körper* Hafniæ 1754. 8. *. Primum de nervis: ſenſu ligamenta carere, & vincula articulorum, nihil ergo eſſe, quod ab eorum vulnere metuas; ſic membranas. Vulnera cerebelli tamen lethalia eſſe. Monet ne cibum carneum & nimis nutrientem vulneratis largiamur. Peregrina corpora ſæpe abſque ullo malo in corpore reſidere, exemplo glandis in pelvi plumbeæ. In ventriculo veſtigia vidit cicatricis, & omentum adnatum. In volvulo, cujus ſedes ſit circa tenuium inteſtinorum in craſſa ingreſſum, jubet muſculos abdominis dividere, inteſtina manu ſolvere. Fuſe de hydrocele, quam ſcarifat, cum magnæ inciſiones funeſtum fere eventum habeant. Acus triquetræ uſus noſtro etiam minus placet. Excidere de ſcroto non probat; mavult aqua aluminoſa tangere, ut inflammatio naſcatur, quæ ſuppurationem inducat. Lapis ex inteſtino recto eductus, cum laceratione ſphincteris, bono tamen eventu. Fuſe de herniis ventralibus. Supinum hernioſum in

dorſum miniſtri ponit, ut hernia reducatur. Herniam umbilicalem ſanavit, cum inteſtinum corruptum eſſet. Sutura herniam non retinuit. Non timet adhæſiones. Exemplum herniæ per foramen ovale. Hernia ventriculi repoſita, tum inteſtinalis. Inteſtinum a meſenterio ſtrangulatum. In vetuſta hernia peritonæum etiam rumpitur. Spiritum vini cum ſapone frigide herniis inponere jubet. Die etiam octavo hernia repoſita. Hernia repoſita, ſed funeſta, cum oſſiculum acutum pollicare ſe repoſitioni opponeret. Tumor poſt vomitum mobilis, & demum preſſione curatus. Hernia inteſtinorum in vaginam elapſorum. Ter vidit ventriculum incarceratum. Incarceratum inteſtinum a meſenterio obtorto. Funiculum ſpermaticum non ligat, quod nervi cum periculo ligentur, neque ſeparari poſſint, arterias ligare non ſit neceſſe. Siniſtrum renem frequentius obſtrui, ob venæ renalis ejus lateris longitudinem. Glans amputata facile renaſcitur, neque vinculo in pene reſecando opus eſt. In ejus amputatione canulam in urethram dat. Calculi in cellulis urethræ reſidentes.

T. II. a. 1756. 8. *. De urethra per calculos exiguos arctata, tum per induratam proſtatam, quo in caſu fiſtula facta, deinde inciſa ea ſede ad proſtatam uſque, malum ſanatum eſt. Carunculas exiguas & tamen firmulas reperit. Cereos DARANIANOS nihil peculiare habere; optimos fieri chordis inteſtinalibus tenero linteo obvolutis. Nihil acre admittunt, & empl. de ranis cum mercurio fere optimum eſt, & aliquando bene tritus mercurius præcipitatus. Mucum trahunt, non pus verum. Cereis ſolis homines ſanati, quibus ſemen in veſicam revertebatur. Neque STEPHANIÆ medicamenta, neque calcis aquam, etiam mediocriter duros calculos ſolvere. Calculos vidit circa urethræ oſtium natos & crena perfoſſos; calculos etiam intus molles, extus duros. De calculi ſanandi varia ratione, fuſe. RAVIUS ſecundum ALBINI deſcriptionem proſtatam neceſſario dividebat, exque ea inciſione incurabile & humore tenui manans ulcus ſequitur. RAVII diſcipuli non raro inteſtinum rectum læſerunt, neque corpus fere veſicæ dividunt. In femina ea adminiſtratio omnino locum non habet. Ut calculus laterali apparatu homine in planitiem diſpoſito optime excidatur; ventrem catheteris medium facere oportet & proxime oſſa pubis contingere. Sectionem noſter partitur, & ſiniſtræ digito rectum inteſtinum deprimit, neque proſtatam aperit, ſed veſicam. Scalpello recto utitur. Vitium eſt in incertitudine, ut etiam liberum calculum peritus chirurgus in veſica relinquere coactus fuerit. Ad calculum prægrandem, & in feminis, ſectionem hypogaſtricam præfert, neque peritonæum difficulter putat vitari: veſicam per menſem retento, quantum ejus fieri poteſt, lotio, paulatim dilatat; peritonæum pollice ſuo reprimit, in veſicam proxime os pubis ſcalpellum inmergit, vulnusque dilatat. Exemplum felicis ejus ſectionis, & cito ſanatæ. Adnatos calculos ſectione propria liberat, in ea adminiſtratione felix. HESSIUS calculum, quem funda non poterat apprehendere, forcipe demum extraxit. Inteſtinum rectum retinet inflata veſica. Vulnus utriusque cavi pectoris in canibus curavit. Ulcera pectoris non ſemper conjuncta habent pulmonis ulcera. Non male BOERHAAVIUM pectus inter ſecundam & tertiam coſtam, aut

tertiam vel & quartam, perforaſſe. De ligandis arteriis intercoſtalibus. Habet ad eum finem inſtrumentum LOTTIERI. Cancrum mobilem mammæ poſſe ſanari. Mors a ſtrumis. Acum ex tuba Euſtachiana eduxit. Fuſe de oculorum morbis, quos le DRANIUS & GARENGEOTUS omiſerint. Scarifatio oculi commode lanceola inſtituitur. Capſulam lentis cryſtallinæ vidit opacam fuiſſe, & cataractam lacteam liquorem ſuum in aqueum humorem diffudiſſe, neque eum fundum petiiſſe. Depoſitam cataractam frequentiſſime reſurgere. PAULUCCII acus nocuiſſe; ipſe DAVIELII extractioni favet, ſcalpello paulum magis curvato. Non poſſe ſpecillis ANELLIANIS viam ad nares aperiri, neque per oſtium naſale ductum obſtructum reſerari. Quare ſaccum lacrumalem aperit, & ſtylum flexilem in nares trudit. Ex cotis particulis a ſtlopo in faciem inpactis ſpaſmus cynicus & mors. Magna vis inſtrumentorum peculiarium figuris expreſſa. Acus ad ligandas intercoſtales arterias &c.

T. III. ib. 1757. 8. *. Polypos minores LEVRETIANA methodo adgreditur, majores egent forcipe. Fidit etiam palatum carneum, & per os polypum extraxit. Ejus generis tumorem de meatu auditorio pullulaſſe vidit. Poſt evulſos dentes & cariem maxillæ ſuperveniſſe, & funeſtum in lingua cancrum. Tonſillas valde tumidas ligatas exſtirpari neceſſe putat, ne in cancrum abeant. Labium leporinum duplex vidit: acubus intorto filo obnuptis non utitur, cum vulgaris ſutura ſufficiat, ab emplaſtris glutinoſis adjuta. Epulis, oſſe detecto, dentibus elapſis, fiſtula utrinque patens, maxilla inferior eroſa, eam noſter ſanavit, ſanguinis fluxum agarico conpeſcuit. A nervis ſunt ſymptomata, quæ inciſo pericranio tribuuntur. Nudata oſſa ſimpliciter ut vulgaria vulnera deligat. Muſculos temporales abſque malo ſymptomate contundi, & duram matrem abſque malo dividi. Funeſtus tumor occipitis, cum oſſa eroſa eſſent. Fiſtula in proceſſu maſtoideo, materies exiit per os & per aurem. Corporis calloſi & cerebelli vulnera non adeo certo perniciem inferre. Manubriatum trepanum Anglico *trephine* præfert. Non difficulter liquorem medicatum in tubam Euſtachianam injici. Symptomata, quæ venæ ſectioni ſuperveniunt, læſis nervis tribuit, a muſculo cutaneo trunco naſcentibus, non tendini, qui inſenſilis ſit. Elaſtrum ad aperiendam venam lanceolæ præfert. Ab oſſe medio fracto arteriam medullarem aut hæmorrhagiæ cauſam eſſe poſſe, aut anevryſma naſci. Oſſibus fractis repoſitis etiam narcoticas plantas imponi. Non a perioſteo callum eſſe. Ad inciſionem venæ jugularis præfert ſcalpellum *biſtouri*.

EJUSD. *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzneywiſſenſchaft.* T. I. Hafn. 1765. 8. *. Ex caſtrenſi militia adnotationes. Vis ſalutaris corticis Peruviani in gangræna. Abdomen in hydrope perforavit. Hydrops peculiaris renis ab excaecato uretere ortus. Cataracta modo extractione ſanata, modo evulſa capſula opaca. Maculas corneæ tunicæ lapide infernali deſtruit. Spinæ bifidæ aliquot exempla. In vertebris ſuperioribus id malum curvatæ nimium dorſi ſpinæ noſter tribuit, in oſſe ſacro femori nimis introrſum verſo.

T. II.

T. II. Hafniæ 1767. 8. *. Raro STEPHANIÆ medicamenta ſpei reſpondere, ut tamen noſter ſaponem non rejiciat. Calculus ſupra os pubis ex puero feliciter exciſus, quam calculi educendi rationem noſter ita probat, ut in mulieribus non alia tuta ſuperſit. Punctura veſicæ ſupra os pubis, cum exitus a calculo obſtrueretur, felici eventu facta. Cucurbitula proxime herniam ventralem admota, repoſitum inteſtinum. Hernia crurali ſuppurata, cum lumbricus inteſtinum perforaſſet, eventu funeſto. Abſceſſus inter peritonæum & abdominis muſculos curatus. Lethalis tumor ovarii. Fractura oſſis occipitis & patellæ ſanata, ut callus tamen totum articulationis cavum repleret. Ex vulnere funeſtus cerebri abſceſſus, qui potuiſſet vitari. Luxationum femoris exempla. Latens cauſa mortis in eroſis vertebris detecta: Vomica diaphragma exederat. Commotio medullæ ſpinalis, exque ea magna ſymptomata.

§. DCCXLIX. ALII.

J. HIERONYMI LAPI *de curatione ſtranguriæ contumacis frequentem maleque tractatam gonorrhœam conſequentis* diſſ. Rom. 1751. 4. *. Ab acribus injectionibus carunculas poſſe provenire, quarum etiam ſigna dat, ſumta ab urina diviſo radio parce ſaliente, a pure ex vicinia recti inteſtini preſſionem ſequente, a dolore. Acria omnia rejicit, emollientia ſiphone inpellit, deinde recens preſſum amygdalarum oleum.

In altera editione Rom 1754. 4. * aliqua addita ſunt & mutatus ordo.

VINCENZO PERALES *tirocinio veterinario* Modena 1751. &

Lettura apologetica in difeſa del tirocinio veterinario Rimini 1757. 8. *.

CORNELII PLEVIER *gezuyverde vroedkonſt* Amſterdam 1751. 4. *. Poſthumum opus eſſe diximus, & a J. DAN. SCHLICHTING editum. Ipſe auctor artem exercuit, GREGORII diſcipulus. Recte monet, uterum ab ambulatione deſcendere, & oſculum veſperi propiorem videri. Pelvim nimis amplam perinde nocere, ut anguſta nocet. Et oſſa pubis diſcedere, & a ſacro oſſe os ilium. Partus naturalis. Partus difficilis. Ad hæmorrhagiam conpeſcendam forcipe jubet fetum extrahere. Situs uteri obliquus varius, peſſimus in quo antrorſum propendet, ut a doloribus ad oſſa pubis urgeatur. Forcipe utitur GREGORII, a cujus patre ſuam CHAMBERLAYNIUM ſuſpicatur habuiſſe: hanc omnibus præfert. Manu tamen mallet ſola uti, cujus ſecundum varias difficultates auxilium exponit. Contra laminas ROONHUYSII. Si quando uterus ſe circa collum uteri conſtrinxerit, fiſſa & circa caput data anſa id extrahit. Ut partum incuneati capitis promoveat, opio utitur, quod ſæpe ſolum ſufficiat. Placentam adhærentem naturæ relinquit, cum non adeo facile putreſcat. Si facies præiverit, fetus forcipe melius extrahitur, ſic quoties brachium elapſum eſt. Pedes ſe offerentes contra DEVENTERIUM apprehendit, fetumque extrahit. In peranguſta pelvi ſolam ſupereſſe ſectionem Cæſaream; aliquantum tamen in lento partu eſſe præſidii. Caput optime forfice aperiri.

THEODOR van GULPEN *Schakel der heel en geneeskonde* Roterdam 1751. 8. MARTIN.

In J. CHRISTIANI TILLING *obſervationibus medicis ſingularibus circa uſum thermarum Carolinarum* Lipſ. 1751. 8. * legas, in ophthalmia venerea, in ejusdem generis phimoſi, in ani abſceſſu, has thermas profuiſſe, non perinde in cancro.

Neu gegründete Pfafiſche Betrachtung über einige chirurgiſche Materien Lindau 1751. 8.

J. WILHELM CHRISTIAN HOFMAN *de oſſibus fetus, quatenus inſerviunt determinandæ ætati in caſu ſuſpecti infanticidii* Francf. & Leipz. 1751. 4. *. Vix huc facit.

§. DCCL. DISPUTATIONES.

J. GODOFREDI BRENDEL, collegæ olim noſtri, celebris clinici, doctique viri, *de herniarum natalibus progr.* Gotting. 1751. 4. *. Ut ab hernia viſcerum abdominis ſitus perturbetur. Facere ad hernias meſenterii debilitatem.

EJ. *de calculi veſicæ urinalis renumque natalibus* ib. 1751. 4. *. progr. Putredinem cauſam eſſe calculi: in putreſcente lotio cruſtas lapideas parietibus vaſorum adponi.

Redeunt in *opuſculis* ib. 1769. 4. * conjunctim excuſis.

Non videtur Cl. viri eſſe *tetras obſervationum chirurgicarum* ab ERNESTO GOTTLIEB SCHMIDT a. 1751. 4. * defenſa. Hernia incarcerata facile repoſita, tum alias cum inteſtinum gangrænoſum eſſet, quod ſponte ſeceſſit. Vulnus ſtlopetarium lethale. Gangræna ex vulnere arteriæ brachialis ſanata.

In J. GEORGII ZIMMERMANN, Archiatri nunc Regii & Electoralis, diſp. inaugurali *de irritabilitate* ib. 1751. 4. * experimenta ſunt de vulnerum cerebri, nervorum, ſpinalis medullæ, effectu.

HERMAN BOERHAAVE de GORTER *de ſarcomate* Harderwyck. 1751. 4.

JOHANNES STÆHELIN in *Theſ. Anat. Med. Botan.* Baſil. 1751. 4. * obliquitatem uteri a placenta deducit, loco non ſuo adhærente.

FRID. GOTTFRIED HEINZE *de carie oſſium* Greifswalde 1751. 4. *.

J. ADR. FRID. ZOBEL *de modo agendi atque effectu veſicatoriorum* Argent. 1751. 4. *.

FRANCISCI MERY & CLAUD. JOSEPH GENTIL *E. bubo venereus ſcirrhodes abſque cauterio curandus* Paris 1751. 4. *. Non reperio in BARONI catal. ad annum 1751. Recuſ. in *ſelectis meis.* Balnea topica, argenti vivi uſum, ſed interpolatum, ex eodem metallo unctiones ad inguen ægrum auctor expertus laudat.

§. DCCLI. Diaria.

In *Philoſ. Tranſactionum* vol. XLVII. cum quo numeri ſingularum particularum unius voluminis deſinunt exprimi, opuſcula annorum 1751. & 1752. continentur. Ad chirurgiam faciunt.

Cl. M. de la Condamine ex America ſagittas attulit Ticunarum & Lamarum veneno tinctas: his ſagittis experimenta in variis animalibus facta ſunt: & adparuit etiam tunc, tanto elapſo tempore, efficaciam ejus veneni animalibus funeſtam fuiſſe.

Thomas Debenham, chirurgus de abſceſſu ſponte nato oſſa fetus eduxit.

Thomas Hope Davieli cataractas extrahenti adfuit, quem valde probat, Nunquam Taylorum eam adminiſtrationem eſſe molitum.

De Horatii Walpole caſu, qui cum adverſus calculi dolores Stephaniæ medicamenta ſumſiſſet, his malis eſt liberatus.

Thomas Wilbraham de homine a cane rabido demorſo & enecto. Nihil in gula læſum.

In *hiſt. de l'Acad. des ſc. de Paris* 1751. Chirurgus Genevenſis Cabanis junior, corpus oſſeum ſpinoſum inteſtino ileo adnatum reperit.

In T. II. *Mem. de chirurgie.* Idem inſtrumentum excogitavit, & ſpecillum, quibus in finem inferiorem ductus naſalis chirurgus ſubeat.

Præmium ab *Academia Chirurgorum* 1751. retulit Boursault, chirurgus, qui egit *de metaſtaſibus.* Exempla aliqua habet, ut hepatis abſceſſum, qui vulneri digiti ſupervenit, cerebri abſceſſum ex oculi contuſione, hepatis ex ictu in tibia accepto, ex capitis læſionibus.

In *K. Sw. Wet. Acad. handl.* 1751. Daniel Aisser retulit de cephalea, quæ ab arteriæ temporum ſectione levata eſt.

In *Actor. helveticor.* T. I. Johannes Hofer de polypo feliciter de œſophago extracto.

Idem in T. II. de aqua cum cynorrhodo decocta ad calculum renis inutili.

Idem de viro, cui gangræna circa vias urinæ fere omnem adipem adſumſerat, ita ſanato, ut fiſſo inteſtino recto novum incrementum & firmior adhæſio huic inteſtino obtineretur.

Tumor inſignis in varioloſo ex foramine aſperæ arteriæ acum in muſculorum intervalla dimittente.

Id. T. V. Calculi octodecim in ſacculo veſicæ appenſo.

In vitrivoro laceratus œſophagus.

In eorund. Actor. T. I. Nicolaus Willi de abſceſſu in abdomine feminæ gravidæ, de quo lumbricus prodiit, alioque abdominis abſceſſu ſanato.

In *Journal œconomique*, alterius ſcopi diario, quod hoc anno prodire cepit, ſubinde chirurgica aliqua intercedunt. In T. I. de calculo feliciter ex puella octenni exciſo, cum chirurgus F. I. COSMÆ inſtrumento uteretur.

In *Gentlem. Magaz.* 1751. Jun. Chirurgus DETRAHAM agit de fetu in utero per annum retento, & denique fruſtatim exciſo, felici eventu, etiamſi inteſtinum ſauciatum fuerat.

§. DCCLII. GALLI. J. FRANCISCUS CLEMENS MORAND.

Medicus, SALVATORIS f. vir ingenioſus, qui chemicis ſe magis laboribus dedit.

EJ. eſt *hiſtoire de la maladie ſinguliere & de l'examen du cadavre d'une femme devenue contrefaite par un ramolliſſement général des os* Paris 1752. 12. *. ANNA ELISABETH SUPIOT urinam lactei coloris edidit, inde gypſea materie plenam. Interim ejus artus ſe contraxerunt, dentes ipſi duritiem depoſuerunt. Inciſi cadaveris oſſa omnia mollia adparuerunt, plena rubro ſanguine, aut diluto ichore, cartilaginibus non mutatis. Dentes tamen ſani. In cauſas tanti mali noſter inquirit.

De eadem femina exſtat MORANDI *lettre à M. le Roy ſur l'hiſtoire de la femme Supiot* ib. 1753. 12. *. Iterum de oſſium mutata conditione: caput femoris ceperat de acetabulo exire.

EJUSD. *recueil pour ſervir d'éclairciſſement detaillé ſur la maladie de la fille d'un tireur de pierres de* S. GEOSME, *laquelle jettoit des pierres par la bouche & les urines, & à qui on en a tiré de la veſſie à douze repriſes différentes* ib. 1754. 12. *. Collectio opuſculorum ad hiſtoriam mirifici morbi facientium. Fraudem fuiſſe, calculos fere lateritios. Exempla aliorum ejusdem ingenii fraudium. LAUERIÆ tamen morbum non putes fraudulentum fuiſſe.

In *hiſt. de* 1752. refert de Supiota, ejusque inciſo cadavere.

In *Journal de Medecine* T. II. oſtendit, inſtrumentum chirurgi RIGAUDEAUX non eſſe illud ROONHUYSII celebre arcanum, eoque multo deterius.

EJUS & CAR. SALLIN *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum* Paris 1762. 4. *.

J. JACOBUS LUDOVICUS HOIN, chirurgus Divionenſis, ſed qui medicinam didicerat, *diſſertation ſur l'utilité des paſſions par rapport à la ſanté avec un éloge de M.* PETIT *& l'art de conſerver la ſanté reduit à un ſeul principe* Dijon 1752. 8.

EJ. *lettre concernant quelques obſervations ſur diverſes éſpeces de cataractes. Mercure de France M. Auguſti* 1759. 12. *. Cataractæ anatome: fibræ ex centro in ambitum euntes, a parte anteriori in poſteriorem ſe demergentes. Vitreum corpus abſque magno malo violari. Veſtigium lentis cryſtallinæ depoſitæ & pene conſumtæ.

conſumtæ. Pro extractione cataractæ contra depoſitionem. De cataracta molli, fiſſa & diviſa, cujus fragmenta conferbuerunt.

Seconde lettre à M. DAVIEL *ſur la cataracte radiée, la convexité du chaton du cryſtallin après l'extraction de celui-ci, & une cataracte fenêtrée. Mercure de France* 1760. Mars.

EJ. *Eſſai ſur différentes hernies* Paris 1768. 8. *, cum le BLANC ejusdem argumenti opere. Multas rariores hernias deſcribit: inteſtina veſicam inter & rectum inteſtinum delapſa, veſicæ hernias; inteſtina per vaginam elapſa; ejusdem generis herniam veſicæ ſanatam, & inteſtina in uterum prolapſum cadentia. Hernias ventrales; umbilicalem congenitam, ventriculares. Apparatus pro ægrotis, quibus inteſtinum de latere patet. Magna portio inteſtini abſque noxa amiſſa, & cæcum inteſtinum per anum pendens, & inverſum per vulnus exeuns inteſtinum. Le CATII curatio, qui hernias cum inteſtino ſtrangulato & corrupto ſcarifatione curat.

EJ. de cataracta membranacea, quam vidit, cum lens cryſtallina in angulum oculi eſſet detruſa: capſula erat lentis cryſtallinæ opaca reddita: ſigna ejusmodi ſecundariæ cataractæ.

In *Journal de Med.* T. XV. de 17. hominibus a cane rabido demorſis hydrargyro intus & extus ſumto curatis. Sanatos eſſe, qui ſufficientem liquidi metalli copiam adſumſiſſent, levatos tamen, qui nimis parcam. Ex eo numero omnino novem homines ſanati.

T. XVII. de ictu capitis & ſymptomatibus ſola inciſione tegumentorum ſuperatis.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1764. de femina refert, cui oſſa, perinde ut Supiotæ, emollita fuerunt, vivente quidem, ſed cujus artus curventur.

In *Journ. de Med.* T. XXX. experimenta fecit in Achillis tendine: nunquam ſenſum ullum invenit, ſive incideret, ſive perforaret. Vulnera in omnibus exemplis facillime ſponte ſanata ſunt, etiam quando multa inter ſuos fines erat diſtantia, & cum cutis acute ſentiret.

In *Memoires de Dijon* 1769. 8. *. Ex ictu in capite accepto metaſtaſis ſubita in abdomen facta.

IDEM fuſe de calculi ſectione egit, quam ſubinde ad varia conſilia omni inſtrumentorum genere exercuit. Ut in feminis urethram vel dilatet, vel ſuo inſtrumento ad utrumque præterea latus incidat, quo quidem auxilio calculus quatuordecim unciarum eductus ſit. Porro in virorum calculo eodem inſtrumento utitur, quod pertinet ad lithotomos occultos; tripartitum tamen eſt, & alia ſui parte cultellum habet ſibi adnatum.

ID. de amputando magno tumore cancroſo colli.

Ib. de cataracta radiata. Aliud exemplum cataractæ diffractæ, coaleſcentis, repetito & feliciter depoſitæ.

Memoire

Memoire dans le quel on examine ſi un curé eſt mort de mauvais traitemens & ſurtout d'une mutilation aux parties naturelles Dijon 1771. 4.

Lettre à M. Levret de utilitate volſellæ Levretianæ ad educendas partes placenta reſides, etiam putridas *Journal de Medec.* T. XXXV.

Codices etiam multi M. S. Cl. viri exſtant, ut recenſio eorum, quæ ab Hippocrate ad ſeculi 17. finem de natura cataractæ ſcripta ſunt.

Et *Recueil d'obſervations & de conſultations ſur divers objets de medecine & chirurgie commencés en* 1743.

Rey, chirurgi caſtrenſis, *traité des tumeurs enkiſtées, quelques obſervations ſur les playes d'armes à feu: tr. des metaſtaſes qui arrivent dans les maladies internes* Bruxelles 1752. 12. *. Mala theoria de eorum tumorum natura. Inter erodentia medicamenta admittit auripigmentum & mercurium præcipitatum rubrum. Ligat etiam tumorem & exſtirpat. Sanavit colon inteſtinum a glande plumbea percuſſum, ut fæces emitteret. Mors a vertebris fractis. Setacea in locis nerveis & membranoſis non poſſe ferri &c.

Gauthier pater, pictor, in *obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, ſur la phyſique & ſur la peinture* Paris 1752. 12. 6. vol. *. hactenus chirurgiam adtigit, ut de curatione anevryſmatis obſcure quidem retulerit, quæ chirurgo Faget feliciſſime ſucceſſerit.

Chaignebrun, chirurgus. Urethræ lacerationem in lithotomia factam non nocere, proprio in femina exemplo, cum prægrandem calculum eximeret. Altum tamen apparatum ſe præferre.

Idem de vulneribus ſtlopetariis, quæ contra pleroſque chirurgos contendit amburere. *Journal de Medec.* XII.

Id. ib. T. XVI. tumor brachii ab acicula in ea parte latente in infante.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1764. armentorum flatulentum tumorem inciſione ſuſtulit.

§. DCCLIII. J. Targioni Tozzetti.

Medicus Florentinus, vir illuſtris.

Ejus *prima raccolta d'oſſervazioni mediche* prodiit Florentiæ 1752. 8. * qua collectione multæ chirurgici argumenti continentur. Fuſe de magno cranii tumore, quo pluſquam 150 aquæ libræ continebantur; & de eo malo aliiſque cranii morbis. In paracenteſi nihil hic eſſe præſidii. De utilitate, quam veſicatoria emplaſtra in anaſarca præſtiterunt, quæ febri ſcarlatinæ frequens ſuccedebat: in eo hydrope minus, quam in aſcite, gangrænam a cantharidibus metui. Luxatio vertebræ 24. caſu curata. Varix venæ ſine pari. Aortæ anevryſma. De oſſibus emollitis & curvatis. Paracenteſis in aſcite ob gelatinoſam effuſi humoris

ris naturam inutilis. Calculi renales, calculus veſicæ 39 unc. pondere in homine orthoſtadio.

DOMINICI BROGIANI, Florentini, profeſſoris Piſani, *de veneno animalium naturali & adquiſito tractatus* Florent. 1752. 4. *. Doctum opus. De animalibus quæ morſu vel ictu nocent, ut de ſerpentibus. Dari in Hetruria & ſalamandras & araneos, quorum morſus funeſtus ſit: quæ etiam rabiem acciverint. Tarantulis, quæ vulgo tribuuntur ſymptomata, mali hypochondriaci ſunt genus. De cane rabido, ubi vir Cl. rabiem ab hydrophobia ſeparat, quarum iſta in morbis acutis etiam ſola ſupervenerit. In demorſis a cane fere fauces inflammatæ ſunt, ſicca uvula, arteriæ inanes, venæ ſanguine plenæ. Mori etiam, qui aquam bibant, neque adeo inmerſionem boni quid porro promittere videri. Ferro candenti multum tribuit; eo effectum clavis S. Huberti refert.

§. DCCLIV. ANGLI.

GEORGII COUNSEL, Chirurgi, qui artem obſtetriciam exercuit, *the art of midwifery, or the midwifes ſure guide* London 1752. 8. *. Icon pelvis difformis, in qua ultima lumborum vertebra ad os pubis proxime acceſſerat, inde periculum in partu potiſſimum imminet. In omni encheireſi digitos præſtare pone caput fetus dare, non ante idem. Capite non obſequente aut pedes adripiendi, aut forcipe utendum. Juvatur capitis extractio mento verſus pectus flexo. Bonos dolores potiſſimum medicamentum emeticum ſuſcitat. Mortis ſubitæ aut apoplexia ex nixu, aut ſubitus ſanguinis in abdomen torrens in culpa eſſe videtur. Oſſa pubis non diſcedere niſi in vitioſo partu.

J. BRIGES *No foot no horſe* Lond. 1752. 8.

T. de GREY *expert farrier* Lond. 1752. 4. Plantam ad morſum canis rabidi a MEADIO commendatam eſſe coronopum plantaginem.

A. TOLVER *a treatiſe on teeth* ib. 1752. 8. *. Secunda editio, prima non eſt ad manus. Aliqua de arte dentaria. Medicamenta, quibus dentibus candor reſtituitur fraudulenta eſſe.

EJUSD. *preſent ſtate of midwifery at Paris, with a theory of the cauſe and mechaniſm of labours* ib. 1769. 8. 1770. 8. LEVRETUM nimium ſibi ipſi placere, invidum eſſe. In PAYEN aliquid eſſe ridiculi.

T. THOMSON *vindication of man midwifery* ib. 1752. 8.

§. DCCLV. GERMANI.

HENRICH WILHELM BÜCKING, chirurgi, *Abhandlung von der Blutaderöfnung. Anhang von der Cur der Hüner oder Krähenaugen* Wolfenbüttel 1752. 8. *. Icones venarum quæ ſecantur, & ad eas incidendas conſilia. Lanceolæ & elaſtici cultelli; horum potiſſimum uſum deſcribit, qui in Saxonia inferiori familiaris ſit.

Non debere uti nos elaſtro, quo lanceola elevatur. De incommodis a venæ ſectione: de faſcia. Linguæ venam repetitis vicibus lancinat, donec ſatis ſanguinis manaverit, quod periculoſum videtur. A ſectione cephalicæ venæ vulnus facilius hiare, a baſilica maximum impendere periculum.

Ej. *daß die ausübende Wundarzney etwas angenehmes, jedoch weit mehr unangenehmes bey ſich führe* Wolfenbuttel 1764. 4.

Ej. *unentbehrliches der Wundheilungskunſt* ib. 1766. 4.

Daniel Gottfried Schreber, ex œconomicis ſcriptis notus, non quidem chirurgus, vertit tamen La Fossii *Abhandlung von dem wahren Sitze des Rotzes in den Pferden* Hall. 1752. 8. * & in *Saml.* IV. St. 1759. 8. Varia addidit. Morbum *der Rotz* poſſe abſque trepani uſu curari, quoties humores nondum nimis corrupti ſunt, neque cauſæ mali terebram mederi, eam eſſe in cacochymia. Veteres & Absyrtum hoc malum deſcripſiſſe, ſedem ipſam D. Garsault dixiſſe. Varia medicamenta veterinaria ad glandulas induratas, alia mala.

Ejusd. verſio libri alterius La Fossii *neue Entdeckungen an Pferden zum Behuf der Armeen, Landwirthe und Huffſchmiede* Hall. 1759. 8. *. Male vir cæterum Cl. hic la Fossium tuetur, cum certum ſit Achillis tendinem in calcaneum, eum vero, quem la Fossius Achilleum vocat, in extremum digitum inſeri, qui certo ſit in equo unicus. Addit Schreberus diſſ. de morbo *der Rotz*, adverſus quem medicamenta mercurialia laudat, & teſtatur fuiſſe eo ſanatum equum. Ceraunium lapidem ad mala equorum laudat, improbabile conſilium. Eſſentia caſtorei pro certo remedio ad morbum *des verſchlagen.* Lapis viridis ex ærugine, ſale ammoniaco & alumine factus, ad ulcera equorum.

D. Nicolai Boerner's *Kinderarzt* Francf. Leipz. 1752. 8. *. De partu, de obſtetricis officio. Morbi pueriles, etiam de artubus curvatis, rachitide, excoriatione. An idem qui p. 247. Putem.

D. J. Georg Deggeler *Abhandlung aller der in der äuſſerlichen Heilungskunſt üblichen Arzneyen* Herborn 1752. 8. *. Multa de actione medicamentorum externorum theoria.

Kurzgefaßte Gedanken von dem verderbten Zuſtande der Hebammen Lübek 1752. 8.

Otto Nathan Nicolai *de ſervis Joſephi medicis* Magdeburg 1752. 4. *.

Der nach mediciniſchen Lehrſätzen ſicher und gewißcurierender Pferdarzt Leipzig 1752. 8.

§. DCCLVI. Disputationes.

Hyacinthi Theodori Baron, patris, & auctoris J. B. Bariolle *E. in curanda ani fiſtula ferro præſtant cauſtica* Paris 1752. 4. *.

Henric. Besnier & Caroli Gillard auctoris, *E. in uſtionis uſu Medico culpanda neotericorum timiditas, non veterum audacia* ib. 1752. 4. *.

J. Besse

J. Besse & Jacob Guillez de la Motte auctoris, *E. anevryſmati cruralis arteriæ ligatura* Paris 1752. 4. *.

J. Franc. Couthier & Sim. Ant. Bringaud auctoris, *E. infauſtus bubonoceles eventus ab operatione procraſtinata* ib. 1752. 4. *.

Camilli Falconet & Lud. Anna Lavirotte auctoris, *E. legitimæ vulnerum ſuppurationi promovendæ cortex Peruvianus* ib. 1752. 4. *.

J. Claud. Adr. Helvetius & Petr. Lud. Maria Maloet auctoris *E. oſſa prope articulum fracta poſt calli γενεσιν leni motu exercenda* ib. 1752. 4. *.

J. Herment & Pauli le Roi auctoris *E. in arteriarum vulneribus tutum hæmorrhagiæ ſiſtendæ auxilium fungus maximus rotundus pulverulentus* J. Bauhini ib. 1752. 4. * & in *meis ſelectis*. Non bene eandem facit cauſam lycoperdi & agarici Broſſardiani, plantarum valde diverſarum. Anevryſmatis exempla eo agarico curati, & D. Grandclas experimenta cum aliis agarici ſpeciebus facta.

Anton. de Jussieu & J. B. Thurant auctoris, *E. in cataracta potior lentis cryſtallinæ extractio per inciſionem in cornea, quam depreſſio per acum* ib. 1752. 4. *. Pro Davielii extractione. Acu utitur utrinque ſcindente, tunc forfice vulnus dilatat, & acu tantum ad apicem ſcindente capſulam lentis aperit, lentem exſpectat ſponte elapſuram. Ad objectiones reſpondet, & incommoda vulgatæ extractionis expendet. Redit in *ſelectis meis*.

Petri Antonii Lepy & Jac. Fr. Latier auctoris, *Ergo luxationes non pluribus auxiliis quam laqueis & manu reponendæ* ib. 1752. 4. *.

J. Bapt. Martinenq & J. Bapt. Basseville *E. in lithotomia calculi exitus per ſuppurationem vulneris exſpectandus* ib. 1752. 4. *.

Antonii Pepin & Edmund Thomas Moreau *Ergo in vulneribus ſclopetorum ictu factis ad præcavendam gangrænam inciſiones & aqua maris* Paris 1752. 4. *.

Franc. Pousse & Claudii Jos. Gentil, Ferrenii diſcipuli *E. in deprimenda cataracta ipſius capſula inferne & poſtice primum ſecanda* ib. 1752. 4. *. Contra Davielium pro Ferrenii adminiſtratione. Debere per corneam tunicam acum apparere, inter anteriorem & poſteriorem partem capſulæ cryſtallinæ poſitam, tunc depreſſa acu capſulam dividi, & humorem vitreum; inde acu antrorſum pulſa deprimi lentem &c.

Michel Procope Couteaux & Petr. Anton. Pajon de Moncets *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta ſolis diæta & venæ ſectione ſanantur* Paris 1752. 4. *.

Claud. Ant. Renard *E. ad ſiſtendam membrorum reſciſſioni ſupervenientem hæmorrhagiam datur artificium tutius vaſorum ligatura* ib. 1752. 4. * & in *ſelectis meis*. Auctor Urbanus Vandenesse.

Michael. Lud. Vernage & Honorati Petiot auctoris, *E. in invete-*

ratis ulceribus remediis internis potius quam externis inſtituenda curatio Paris 1752. 4. *. Venæ ſectionem, anodyna & quietem commendat. Agaricum Broſſardianum rejicit.

Jac. Ben. Winslow & C. T. G. Guilbert de Preval, *E. ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica* ib. 1752. 4. *. Vetuſta eſt Nicolai Pietrei diſp. ad a. 1635. dicta. Exſtat in *meis ſelectis.*

Petri Sarrau diſſ. *chirurgico medica de gangræna* Montpelier 1752. 8. *.

Gerard de Wind *de hydrocele* Leid. 1752. 4. *.

Car. Lucas *de gangræna & ſphacelo* ib. 1752. 4. *. An idem p. 306.

J. Henric. Stelt *de ophthalmia* ib. 1752. 4. *.

Alexander Schmid *de vulneribus capitis* Harderwyk 1752. 4. *. Leu.

J. Georg Rohter *de pure abſorbto ſymptomatum cauſa* Lipſ. 1752. 4. *.

Gottlob Christian Gottlob Webel *de intempeſtivo diureticorum uſu frequente adfectuum nephriticorum cauſa* Hall. 1752. 4. * præſide Buchnero.

J. Dessel *de ſpina ventoſa* Kiel. 1752. 4. Boeh.

Henr. Joachim de Peign *de carcino.* ib. 1752. 4. *. Eadem dicta p. 246.

Georg Conr. Schmidt *de calculo renum & veſicæ* Moguntiæ 1752. 4. Boehmer.

Geo. Wolfgang Gilg *de exploratione gravidarum* Argentor. 1752. 4. Boehmer.

Christ. Frid. Georgi *de inverſo uteri ſitu* Regiomont. 1752. 4.

J. Michael Hofinger *de doloribus parturientium* Wien 1752. 4. *. Delineat Friedii inſtrumentum obtuſo globulo præpilatum, de ſiphone exeuns, tunc aliud vaginatum, pharyngotomi ſimile, ad perforandam calvariam idoneum; ſerram dentatam pro eodem fine, cochlear pro eximendo cerebro.

Caroli Moore *de uſu veſicantium, quæ cantharides recipiunt, in febribus* Edinburg 1752. 4. * hactenus.

§. DCCLVII. Diaria.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1752. Gaillard chirurgus refert de hernia cæci inteſtini, per veram peritonæi rupturam elapſi, pleni oſſiculis & nucleis.

In *Act. Acad. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 11 Andreas Jacob Kirsten de puella ano clauſo, fæces per vulvam reddente.

Henrich Heisen.

Obſ. 53 vulnus cervicis & ex eo emphyſema.

Obſ. 78 empyema inciſione ſanatum.

Wolfgang Thomas Rau, Ulmenſis.

Obſ.

Obſ. 36 iſchuria funeſta cum veſicæ inflammatione.

Vol. X. *obſ.* 28 ulcus enorme colli veſicæ ex gonorrhœa virulenta natum, & curatum, quales caſus & ipſe vidi.

Obſ. 45 ſanata fiſtula dorſalis, cum aqua ſublimati hydrargyri Belloſtiana feliciter adhibita eſſet.

Add. *N. Act. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 25.

In *App. ad N. E. N. C. Vol.* I. diſſ. de utilitate ſcarifationis gingivarum in odontalgia, ſcorbuto &c.

In *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 34 ſpina bifida lethalis.

Obſ. 35 ſic inteſtini ilei a calcitrante equo ruptura.

Obſ. 36 fumus nicotianæ in anum inpulſus, in hernia incarcerata ſalutaris.

Obſ. 39 maxima & lethalis femoris laceratio.

Obſ. 54 utriusque pedis fractura complicata ſanata.

Obſ. 54 (ſic ſcriptum eſt) paracenteſis in hydrope felix.

In *Journal des ſav.* 1752. Juin epiſtola exſtat F. Johannis de S. Cosmæ.

M. Decembri de Supiota relatio.

In *Hamburger Magazin* T. IX. Rungii chirurgi Bremenſis felix exciſio fetus ex tuba Fallopiana.

Vol. X. J. Junckerum Hallenſem abſceſſus immaturos optime incidiſſe.

T. C. Lieberoth de ungue oculi ſponte excreſcente.

Academiæ chirurgicæ præmium retulit Cl. Favre. De ſcrofulis egit, quæ naſcantur ex ſpiſſatorum humorum abundantia, cum ſolidarum partium debilitate conjuncta, chylo malo, ſanguine viſcido. Curationem ſperat ab uſu ſaponis cum ſpongia uſta conjuncti. Non cedere mercurio. Amputatas redire.

Concurrit ad præmium anni 1752. Theophilus de Bordeu, idem tamen de eodem malo peculiari libello egit. Montium aerem & aquas ad ſcrofulas facere, potiſſimum tamen acorem, qui in lotio alpicolarum ſit maxime conſpicuus. Ab eo acore omnia ſymptomata derivat, & medicamenta eo pertinentia, pulveres antacidos, corticem Peruvianum, lac ipſum quod putes aceſcere, aquas demum Balnei Regii (*Bareges*), adjectis curationum exemplis. Fruſtra glandulas ipſosque artus amputatos fuiſſe.

Recudit eam diſſ. Paris 1766. 12. * cum libello *du tiſſu muqueux*. Scrofulas quaſi lardum ſæpe continere, alias ſebum, demum gypſum, involucra eſſe cartilaginea, ſanguinem ſcrofuloſorum pallere, morbum contagium habere. Vomitum noſter movet, purgat. Aquas *Balnei Regii* etiam calculum ſolvere. Cum eo inunctionem conjungit, quæ fit hydrargyro. Eſt tamen ubi & ferro utitur, & lapide infernali. Parulidem vetat amputare. In ſcrofulis ſubſtantiam intus ligamentoſam radiatam eſſe, materiem ſebo ſimilem aut adipi, calci, terræ, & cartilagini.

ni. Tranſire malum ex nutrice in puerum, & per puerum in aliam nutricem communicari.

In MYLII *phyſicaliſchen Samlungen* T. II. CONRAD DIETERICH GUTEKEN refert de ſpontanea fractura oſſis femoris in homine cacochymo.

Hoc anno BROSSARDI arcanum auxilium ad hæmorrhagias ſupprimendas cepit innoteſcere, Agaricus nempe, pedis equini facie, de Polypori gente, qui a tuberculoſa parte purgatus, malleo tuſus, arteriæ ſauciatæ imponitur.

In *Journ. des ſav.* 1752. *Jan.* eſt *Mem. adreſſé aux auteurs du Journ. des ſav. par l'auteur du nouvel inſtrument pour l'operation de la taille.* Multæ curationes eo inſtrumento factæ. Hæmorrhagia in incidendo non maxima. Omni faſcia & medicamento in curatione debere abſtineri.

§. DCCLVIII. GALLI.

DELAISSE, chirurgus in *Montfort l'Amaulry.*

EJUS *recueil d'obſervations de chirurgie* Paris 1753. 12. *. Vir modeſtus poſt quadraginta annorum experimenta ſcripſit. Partes operis plures. Prima 49. curationes continentur. Gangræna ex debilitate vaſorum requirit profundas, pene ad oſſa uſque inciſiones, quibus totus panniculus adipoſus dividatur. In tumoribus aperiendis noſter minus audax, multos etiam profundos ſolis fomentis curavit, cum alii aperire geſtirent. Abſceſſus abdominis per umbilicum, ruptus curatus novo abſceſſu in inguine aperto ſetacei ope. Oedema ſale ammoniaco utiliter fovetur. Cum ulceri gangræna ſuperveniret, ſpiritus vini camphoratus nocuiſſe viſus eſt, utilia vero fuiſſe fomenta, quæ ſemen lini recipiebant. Gangrænæ humidæ ſpirituoſa, ſiccæ emollientia medicamenta conveniunt, ad ea etiam noſter confugit, cum terebinthinæ calidum oleum nocere videretur. In doloribus ex claviculæ male formato callo, embrocha ex ſale ammoniaco, & ex eodem fomentum profuit, motumque reparavit. In hernia gangrænoſa, cum inteſtinum apertum eſſet, fotus ſpirituoſus profuit, & alias digeſtivorum uſus. In fractura cruris tumidiſſima cutis tanto fuit impedimento, ut quatuor magnis inciſionibus eam laxare fuerit neceſſe, tum gangrænam ſpirituoſis medicamentis conprimere. Duo ſinus aperti, delapſis de oſſibus ſquamis ſanatum malum. Caries ſublata tinctura aloes & myrrhæ. Herniam poſt fæcum vomitum nudato inteſtino repoſuit. Ulcus fiſtuloſum pectoris ima in parte apertum, ſetaceo trajectum, ſanatum. In ulcere ex uſu pinguium unguentorum, gangræna. Vulnus vulvæ magna inciſione facta levatum, urina cathetere educta, incontinentia ob partium rigiditatem demum ſublata. Iu vulnere ſtlopetario oſſa tumentia tamen conferbuerunt. In terebratione calvariæ angulos inciſionis non debere reſecari, neque pontem inter duo foramina trepano facta ſuperſtitem tolli. Calli indurationem acore vinoſorum fomentorum impediri. Cum lapillus per quinque dies in dura matre inpactus hæſiſſet, nulla inde ſecuta ſymptomata. P. II. de diæta in morbis chirurgicis.

rurgicis. Non debere ſaucios nimis parce ali. P. III. Partus aliqui difficiles. Cum brachium exiret, neque poſſet ab auctore reponi, ſucceſſit idem labor, feminæ oſſe ſacro altius poſito & manu horizontaliter in uterum data. Præeuntem mento fetum repreſſum in ordinem redegit. Concrementum ſeu mola fuerit ſive ſarcoma, cum fetu ſe offerens partim extraxit, & partim deſtruxit, injectis etiam liquoribus ſuppurantibus.

J. A. LOUBET *traité des playes d'armes à feu* Paris 1753. 12. *. Chirurgus militaris triginta & quinque ſtipendia meruit. Simplicitatem ſe in curando ſequi. Fomenta vulnerum ſtlopetariorum calefacientia, indurantia rejicit, oleave calida, & unguentis lenibus utitur atque balſamicis. Vulnera inciſionibus dilatat, quæ ſufficiant ad peregrinorum corporum exitum, humorumve putreſcentium. Emphyſemata conpreſſione, aqua calcis, ſpiritu vini & ſale diſſipat. In profunda contuſione magnæ inciſiones nocent. Fomenta reſolventia & calefacientia proſunt, demum ſub tempus cutis ad rupturam tendentis ſcarifationes. Diſſectis oſſibus, deque ſola cute hærentibus, ſutura convenit, & ſæpe artus naſumque pene reſectos reconciliavit; ſic ad muſculos uniendos. Oſſa in fragmenta confracta majores poſtulant inciſiones, ſic in capitis vulneribus, quando aponevroſis calvariæ aut pericranium læſum eſt. Non debere quatuor inciſionis angulos detruncari. Fractæ calvariæ trepani uſus convenit, ut coronæ repetita foramina ſe decuſſent. Dari tenues calvarias, ob quas levis ictus mortem poſſit inferre. Transverſos proceſſus vertebrarum colli fractos convaluiſſe: ſic a ſtlopo ictas vertebras lumborum & dorſi. Sanguis in pectoris cavum effuſus poteſt per ipſum vulnus emitti. Vulnera circa os coccygis & ſacrum facile in fiſtulas tranſire. Non adeo difficulter vulnera capſularum articulorum & ligamentorum ſanari, ſeque fractum olecranum abſque noxa exemiſſe. Patellæ mala difficulter curari. Pro amputationibus, potiſſimum in caſtris, ubi ſæpe non ſit difficili curationi locus, qua ſola ea adminiſtratio vitari poſſit. Ventriculi vulnus fere medicamentum requirere, quod vomitum cieat. Nimias venæ ſectiones ſuppurationi nocere. Carpti lintei loco cannabeam ſtupam eſſe poſſe; aſpera lintea nocere. Vulnera ſtlopetaria ſudorem deſiderare. Et hic & demum interno uſu oleum veneni loco eſſe. Profunda ulcera utiliter lapide infernali aperiri, in longam cylindrum ficto. Colophonium carpto linteo inſperſum optimam dare cicatricem. Spirituoſa fomenta febrem facere & ebrietatem. Fractas a majoris tormenti pila oſſis feſtucas maximas ecchymoſes facere, & magnarum inciſionum neceſſitatem. Frigus ſuppurationem morari. Vulnera mire maligna fieri & a ſcorbuto & a venereo malo. Vulnus ventriculi & arteriam in pectore læſam noſter ſanavit, hanc charta emporetica in acetum tincta. Os femoris emollitum.

GERMAIN PHILIPPE le MONNIER diſſ. *ſur les maladies des dents* Paris 1753. 12.

EJ. *lettre à* M. BOURDET Paris 1754. 8. & *lettre à* M. MOUTON Paris 1764. 8. PORT. De quibusdam curationibus dentium.

CLAUDIUS

Claudius Joseph Prevot *principes de Jurisprudence ſur les viſites & rapports judiciaires des medecins, chirurgiens, apothicaires & ſages-femmes* Paris 1753. 8. * Poſthumum opus advocati ſenioris. Collectio legum Gallicarum ad medicinam forenſem ſpectantium, integrarum & per excerpta. Philippus Pulcher a. 1311. ſanxit, ne chirurgiam quisquam exerceret, niſi coram chirurgis pariſinis ſpecimina ſuæ peritiæ exhibuiſſet. Ad referendum de vulneribus medici & chirurgi annonam publicam accipiunt, a Parliamento olim electi. Anno 1603. ſanctum, ne ſoli chirurgi, omiſſis medicis, ad eas relationes vocarentur, & a. 1604. in ſingula civitate medicus conſtitutus & chirurgos, qui referant, eos olim Comes archiatrorum nominabat, cui id jus abrogatum eſt a. 1692. Mira hic eſt conſuetudo. Saucius per medicos & chirurgos ſuæ optionis poteſt de ſuo ſtatu referre: deinde demum judex ſuos medicos & chirurgos ſubmittit ex officio. Nicolas Blegny & P. des Noues a. 1683. ob illicitas cadaverum inciſiones regno pulſi. De periculo vulnerum: de inſanis, obſeſſis, impotentia conjugali, miraculis, vulneribus ab animalibus illatis.

§. DCCLIX. Ant. Petit.

Antonii Petit, celebris medici & inciſoris, *Anatomie chirurgicale, ou deſcription exacte des parties du corps humain, nouvelle édition refondue & augmentée* Paris 1753. 8. 2. vol. *. Intercedunt chirurgica. Oſſa infantum a lapſu mollia vidit, & effuſo ſanguine plena. Os femoris bis fractum, & abſque claudicatione reconciliatum. In mortuo cadavere tamen aliquem lapidis infernalis effectum fuiſſe. In tubam Eustachianam idoneos liquores mavult injicere. Depreſſionem calvariæ juniorum ſæpe per totam vitam ſupereſſe. Non in loco depreſſo, ſed inferius, fiſſuram aliquando fuiſſe & alieno loco admotum trepanum.

Ej. *Diſcours ſur la chirurgie* ib. 1757. 4. Portal.

Ej. *Deux conſultations medico legales, la premiere tendant à prouver qu'un briquetier trouvé mort dans ſa chambre s'eſt pendu & fait mourir lui même, & la ſeconde pour Demoiſelle Famine accuſée de ſuppreſſion, expoſition & homicide de deux enfans* ib. 1767. 8. *. De ſuſpenſione, in qua luxationem vertebrarum admittit & ipſe vidit.

In l. *du mecaniſme de l'acouchement* Suecice verſo 1768. 8. aliqua de placentæ ſpontanea depulſione.

Petito etiam tribuit Cl. Portal, *lettre d'un medecin de Montpellier au ſujet de l'examen public que le S. Louis a ſoutenu à S. Côme en* 1749, *pour ſervir d'éclairciſſement à ce qu'en dit* M. F. ib. 1749. 4. Conf. p. 327.

Lettre de M. D. F. D. en M. *aux ſujet d'une operation de la taille faite à la Charité* 22. *Juin* 1753. ib. 1753. 8.

§. DCCLX.

§. DCCLX. Donaldus Monro. Alii Britanni.

Celebris medicus, Alexandri f. noſter olim auditor.

Ejus erat diſſ. inauguralis Edinburg 1753. 8.* propoſita *de hydrope*, quam Anglice verſam reddidit London 1755. 8. * cum titulo *an eſſay on the dropſy and its different ſpecies*; recuſ. Germanice Lipſ. 1762. 8. Gallice vertente Savary Paris 1760. 8. qui & notas adjecit. Pleraque quidem clinici ſunt argumenti. Hydrops articuli genu inciſione facta emittitur: inde tamen noſter ſuppurationem ſequi vidit, quæ amputationis intulit neceſſitatem. In maximo abdominis tumore locus paracenteſios non poteſt menſura ſolita 4, 5. unciarum definiri. In Anglia noſtro ævo omnem una aquam in paracenteſi emitti. Spina bifida hydropica, ab ea inciſa mors. Scrotum tumens lanceola inciſum, pauca aqua emiſſa, malum medicamentis purgantibus ſanatum. Cum aqua in vaginis tendineis muſculorum rectorum abdominis collecta eſſet, tot fuerunt cava quot frena.

In *medical tranſactions* Vol. II. Lond. 1772. 8. de carie vertebrarum venerea refert, de ulcere quod arteriam aortam abdominalem eroſerat, de carie occipitis, de carie frontis, per quam cerebrum prorumpebat.

F. Lallier *inſtructions for uſing* M. Darans *antivenereal bougies* London 1753. 8. *.

The ſtate of ſurgery, more particularly of the diſadvantages its profeſſors lie under ib. 1753. 8.

Radulphi Schomberg, Hebraei, *aphoriſmi practici, ſ. obſervationes medicæ, quas ex veterum & recentiorum ſcriptis in uſum tironum collegit* ib. 1753. 8. *. Spongia aquæ calcis ebria abdomini inpoſita, hydropem diſſipatum fuiſſe. Bis hernia pro bubone inciſa.

Roberti Emett, Hiberni, *tentamina medica de curatione morborum cephalicorum* Montpellier 1753. 12. *. Adverſus apoplexias ſuadet arterias carotides ligare. In cane experimentum ſe feciſſe, neque animal periiſſe.

Christophori Nugent, Medici, *Eſſay on the hydrophobia to which is prefixd the caſe of a perſon who was bitten by a mad dog* London 1753. 8. *. Cum juvencula a cane rabido morſa aquam inciperet metuere, medicamento Tunkinenſi, miſſione ſanguinis, opio, moſcho, malum ſuperatum eſt. Hydrophobiam eſſe peculiare maniæ genus.

Guilielmus Norford, chirurgus, qui & obſtetriciam artem exercuit, *Eſſay on the general method of treating cancerous tumours endeavouring to ſhew what ſtages of that formidable diſeaſe are curable* ib. 1753. 8. *. Multa collectanea. Tumores hactenus cæcos ſub alis unguento ex hydrargyro & plumbo compoſito continuit. Per glandulas criſes ſæpe fieri, & cancrum de criſium genere poſſe eſſe, quare & facile alia in parte corporis redeat, ſi adfectam amputaveris. Cancrum tamen ſubinde, & in proprio exemplo, in pus verſum, & ſanatum eſſe. Hydrargyro

drargyro utitur, decocto lignorum &c. Quando cancroſa cutis exſcinditur, nullam particulam debere relinqui, quæ decolor fuerit. Cancros uteri fere ſemper funeſtos eſſe: ſarcoma tamen vaginæ ſanatum fuiſſe. Emplaſtro ex cataputia cum mercurio præcipitato dulci fungum mammæ cancroſum ſanatum eſſe.

Georgius Younge in tr. *on opium* Lond. 1753. 8. *. opii uſum laudat in doloribus nephriticis. Idem medicamentum partum expedit, & a partu dolores ſopit. Uſu fuit quando magnum ulcus ſubito crepuerat, viresque abſtulerat. In cancro nocet. Suppurationem adjuvat.

§. DCCLXI. Itali.

Stephani Gasparetti, medici civitatis Feltri, *oſſervazioni medico chirurgiche* Bologna 1753. 4. *. Inter decem obſervationes prima eſt de fractura claviculæ, quiete ſola & emplaſtro ſanata. Sic de fractura femoris bis abſque vinculis curata. Vitri fragmentum nono anno per alterum manus latus erupit. Agarico, ut puto Broſſardiano, etſi auctor noſtro non notus fuit, ſanguis in amputatione brachii ſuppreſſus. Tumore cyſtico de cervice amputato, gangræna oleo terebinthinæ coercita. Tendo Achillis diſſectus abſque ſutura ſanatus. Sic vulnus urethræ. Secundæ 27. á partu hora ſponte deceſſerunt.

Carlo Curtio, medicus Neapolitanus, edidit *diſcuſſioni anatomico pratiche di un raro morbo cutaneo in una donna felicemente curato* Napoli 1753. 8. *. 1755. 8. *, quæ editio aucta eſt. Univerſa cutis indurata erat. Balneum vaporis & hydrargyrus id malum ſuperaverunt.

De eodem morbo refertur in *Phil. Tranſ.* T. XLVIII. P. 2. & in *Journ. de Med.* 1754.

Lettera d'un cocchiere ad un ſuo figlio .... avertimenti neceſſari per eſercitare con lode la propria arte Rimini 1753. 8. *. Unguentum ad pedes equi conſervandos; aliqua alia conſilia veterinaria.

Jayme Alcala y Martinez *diſſertacion ſobre una operacion Ceſarea exercitada en muger y fetos vivos* Valencia 1753. 4.

Lettera al Curzio . . . . Acus in corde bovis tumore cincta purulento.

§. DCCLXII. Germani.

Georg Daniel Boessel *Grundlegung zur Hebammenkunſt vor die Wehmütter und vor Frauen, die Wehmütter werden wollen* Altdorf 1753. 8. Flensburg 1756. 8.

Ej. *das Hauptwerk in der Hebammenkunſt* Flensburg 1763. 8.

Ej. *Schrift von der Wendung* ib. 1764. 8. *. Quibus in occaſionibus inſtrumentis ſit opus, quibus poſſimus eo auxilio carere. Impedimenta majora & minora

minora partus. In omni partu vel paulum dubio, debere, quam primum aquæ ad ruptionem paratæ ſunt, fetum pedibus apprehendi & educi. Caſus aliqui rariores, uteri laceri, vaginæ connatæ.

Ej. *das angenehme und unangenehme bey Ausübung der Geburtshülfe* Quedlinburg 1764. 8.

Ej. *kurzer Unterricht für die Wehmütter* Flensburg 1770. 8. Danice *kord underrettning för jördmoderne* ib. 1770.

Carl Gottlob Kessler *kurzer Inhalt der geſamten Hebammenkunſt, nebſt nöthigem Unterricht wie ſich eine Badmutter vor und nach der Geburt zu verhalten hat* Lansdhut 1753. 8. *.

J. F. R. *phyſicaliſche und mediciniſche Abhandlung von den äuſſerlichen Verletzungen von dem Kinderabtreiben und andern Mitteln* Nürnberg 1753. 8.

Eisenberg de perfectione & vitiis equorum, Editio I nunc non occurrit. Italice prodiit Florent. 1753. fol. Smith.

§. DCCLXIII. Gerardus Ten Haaff.

Edidit Amſtelodami 1753. 8. * *Siphra en pua naar den derden druk vertaalt met aanmerkingen.* In notis varia ſua habet. De incommodis ſuſtentaculi, quod Belgæ vocant *Sluytband.* Caput incuneatum fieri vitio præproperi laboris. Cauſæ, per quas perinæum laceratur. Dari feminas genitalibus rigidis. Uterum ſe vehementer circa caput retentum contraxiſſe. Partus impoſſibilis, ob pelvim duabus unciis non latiorem, ut neceſſe fuerit caput ſeparari. In Siegmundam animadverſiones. De partu qui fit femina in genu nitente, quem præfert, & quæ eo in ſitu aliter ſint agenda. Fetum non invertit. Perinæum dextra dextrorſum contra anum removet, dum digiti capiti ſubjecti id elevant, & contra chirurgum premunt; ita lacerationem vitari docet.

Ej. *korte verhandeling nopens de nieuwe wyze van de cataracta to geneezen door middel van het cryſtalline vocht uyt het oog te neemen* Rotterdam 1761. 8. *. Operationem Davielii commendat, quæ nullam faciat neceſſitatem maturationis cataractæ, nullum metum recidivæ. Non nocere, ſi aliquid de vitreo humore effluxerit, qui renaſcatur. Elapſam iridem facile repelli. Scalpellum ſemilanceolatum pro aperienda uvea: tenacula litteram Y referens pro firmando oculo, neque enim probat hamum per conjunctivam trajectum; alia curationum exempla.

In *verhandel. van de Holl. maatſchappy* T. III. agit de male curata fractura cruris, quam emollientibus medicamentis, extenſione juſta, & preſſione in flexam oſſis partem rupit, & facile ſanavit.

In T. IV. Correctum collum incurvatum, reſecto muſculo maſtoideo.

T. V. De fiſtula ex adipe renali nata repetito inciſa & ſanata.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1765. de ſarcocele, quam cum teſticulo exſtirpavit, in quo oſſicula reperit.

Iterum *in verhandelingen* T. VIII. P. I. de hernia umbilicali, quam in vetula 80. annorum celeriter manu curavit.

T. X. P. 2. ſubita cæcitas a cataracta lactea ad DAVIELII conſilia ſanata.

§. DCCLXIV. DISPUTATIONES.

JOH. STÆHELIN *partus cum hæmorrhagia uteri conjunctus* Leid. 1753. 4. *.

JOSEPH de FONSECA de MATTOS *de fractura cranii* ib. 1753. 4. *.

LUDOLPH STENHUYS *de hæmorrhagiis in genere* Groning. 1753. 4.

J. MELCHIOR LUTHER *de inflammatione tunicarum oculi* Erford. 1753. 4.

FRANC. FONTAINE *tumor abdominis ex ſcirrho ovariorum, præſertim ſiniſtri, inſigni* Baſil. 1753. 4. *.

J. GEORG STOK *de concrementis uteri* ib. 1753. 4. *.

J. NICOL. WESSEL *de partu cum hæmorrhagia ob placentam orificio uteri adhærentem* ib. 1753. 4. *.

PETRI CASTELL *experimenta, quibus varias corporis humani partes ſentiendi facultate carere conſtitit* Gotting. 1753. 4. * & in *ſelectis meis*, & in collectione Bononienſi & Romana. Vulnerum partium nervoſarum innocentia. Tendines facile conſervere, & quibus modis: eorum vulnera periculo carere; idem valere de articulationum capſulis.

J. DIETERICH WALSTORF, Heidelbergenſis, *experimenta circa motum cerebri, cerebelli, duræ matris & venarum in vivis animalibus inſtituta* Gotting 1753. 4. * vix huc facit.

J. HEINRICH a BRUNN, magni BRUNNERI nepotis, *experimenta quædam circa ligaturas nervorum in vivis animalibus inſtituta* ib. 1753. 4. *. Experimenta noſtra, in præcipuis nervis inſtituta, quæ demonſtrant, pernicioſa fere nervorum eſſe vincula: ventriculi munia laborare nervo octavi paris ligato, vel reſecto, tum reſpirationem.

PETRI DETLEF *oſſium calli generatio & natura per fracta in animalibus rubiæ radice paſtis oſſa demonſtrata* ib. 1753. 4. *. Inciſoris noſtri egregia experimenta, per quæ conſtat, ex gelatinoſo ſucco callum oſſium conſiſtere, nova in callo vaſa generari &c.

GEORG HENRICH TROSCHEL (præſide BUCHNERO), *de cataracta omni tempore deponenda* Hall. 1753. 4. *. Noxium eſſe præjudicium, quod maturationem requirit. Aliqua in ea re experimenta fecit.

EJ. *de morbis ex ſitu alieno viſcerum abdominis* Francof. ad Viadrum. 1754. 4. * & in *ſelectis pract.*

Toussaint Gilbert Boulland & Henr. Jacob Macquart *Ergo nec faſciæ pueris, nec loricæ puellis* Paris 1753. 4. *.

Andreas Georg Joseph Pelicot ſuas *duodecim quæſtiones* Monſpelii 1753. 4. edidit, quarum prima eſt de remediis antinephriticis vegetabilibus.

Inter Ludovici Goyrand *quæſtiones medicas* VI, ib. 1753. 4. * ſexta eſt de ſpina bifida inſanabili.

§. DCCLXV. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* a. 1753. qui Tomi XLVIII. pars eſt I, Joh. Pringle, vir Ill. memorabilem caſum habet feminæ, cujus oſſa fragilia, ſponte fracta, emollita, curvata.

Idem vir Ill. in *Phil. Tranſ. Vol.* L. P. I. de Eduardi Walpole caſu refert, calculo laborantis, qui etiam a morte in ejus veſica repertus eſt, & qui tamen ex uſu ſaponis omni dolore liber fuit. Sic Matthæus Simson, qui calculum ſecturo chirurgo continuo ſe erat oblaturus, ex uſu unciæ ſaponis in diem ſumtæ, & dolore omni liberatus fuit, & ipſo calculo, veſica enim a morte pura fuit.

Idem Springfeldii ad confirmandam aquæ Carlsbadenſis vim lithontripticam facta experimenta expoſuit.

Ambrosius Hosty de *Supiota*.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1753, Gallon de calculo exciſo, qui circa ſpicam cerealis natus erat.

L'Hermite de abdomine pleno pure, ex magno lienis abſceſſu effuſo.

Baron de magna in bove exoſtoſi, qualem a. 1703. Duverneyus pro cerebro oſſefacto habuerat.

Acus deglutita, & de ano extracta.

Hoc anno 1753. prodiit *recueil des pieces qui ont concouru pour les prix de l'Academie R. de chirurgie* Paris 4. *. Eas diſſertationes recenſuimus, quarum ultima eſt anni 1743.

Hoc eodem anno 1753. prodiit *Memoires de l'Acad. R. de Chirurgie* T. II. Paris 4. *. Belgice compendium prodiit Haarlem 1772. 8. Hiſtoria primum Academiæ, & elogia Georgii Marechal, Francisci Gigot de la Peyronie, J. Ludovici Petit & ejus filii. Conſtitutio Academiæ Chirurgicæ ejusque leges, officia, concilium, adjuncti chirurgi Pariſini, adnumerati Academiæ exteri.

Cæsaris Verdier, chirurgi & inciſoris, bonæ notæ de herniis veſicæ urinariæ diſſertatio, cum numeroſis ejus calamitatis exemplis. Eſt ubi per abdominis anulos in ſcroti viam veſica elapſa eſt, eſt ubi in prolapſam vaginam. Ventriculum, lienem, partem hepatis in thorace noſter reperit.

In *Mem de Chirurgie* T. III. de vinculis arteriarum femoris & tibiæ: ea octavo demum menſe delabi. De vinculo non injiciendo omento, quod ſæpe noceat, gangrænam cieat, ſingultum, vomitum. De vulnere aſperæ arteriæ ſanato.

PETITI, J. LUDOVICI filii, exempla abſceſſuum hepatis felici eventu inciſorum & curatorum, etſi pus & fætidum eſſet, & enormi copia. Eſt ubi fiſtula ſuperfuit.

Iterum de effuſo ſanguine in abdomen, & alvinarum fæcum, alimentorum chylive, bilis & lotii effuſorum. Sanguinem vix locum mutare, & continuo fere in grumum coire.

BENOMONT tibia de articulatione in genu evulſa, abſque hæmorrhagia ſanata.

TALIN de quatuor digitis pedis cum tendinibus ſuis avulſis, eventu feliciſſimo.

RECOLIN de pollice manus cum ſuo tendine toto evulſo, eodem optimo eventu.

Vol. IV. a. 1756. Aliqua contra efficaciam agarici Broſſardiani dubia.

IDEM in *Mem. de Chir.* T. III. calidam ſuadet injicere, quoties retenta placenta computruit.

In T. IV. de angina inflammatoria, practici fere & clinici ſcopi diſſ. Valde laudari ſcarifationem.

JEAN MALAVAL in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. II. de hydrope ovariorum.

BELLOCQ machinam ſatis ſubtilem ad conprimendam arteriam intercoſtalem invenit.

In *Mem. de Chir.* T. III. Idem machina ad fracturas colli femoris & obliquas corporis fracturas.

IDEM de conprimenda hæmorrhagia dentium, & ſanguinis ex vaſculo in paracenteſi inciſo fluxu. Cera molli conprimit.

MOREAU in *Mem. de Chir.* T. II. de luxationibus oſſis femoris non reductis, & novis ea occaſione naſcentibus acetabulis.

In *Mem. de Chir.* T. III. de calculis inteſtinalibus: exemplum ubi ejusmodi lapillus non ſine labore de ano extractus fuit.

TOUSSAINT BORDENAVÉ, profeſſor Chirurgiæ. In *Mem. de Chir.* T. II. Pro PETITI ad fiſtulam lacrumalem curandam conſiliis adverſus MOLINELLUM.

EJUSD. collectio de vulneribus ſtlopetorum in capite. In eorum caſuum aliquo, educta parte calvariæ fracta, ſequente pure, ſopor altus. In facie vulnera graviſſima curata; ſic in pectore, abdomine. In ſpina dorſi fractis vertebris, ſuperveniente paralyſi malum funeſtum: ſanatum vulnus inteſtini coli, aliquoties &

& ilei, & veſicæ, etiam repetito. Amputandum in caſtris ob difficilem transvectionem ægrorum. Sanatum vulnus ſtlopetarium articuli genu & articuli brachii. De provido ſetacei in ejusmodi vulneribus uſu. A globo ſtlopetario ablata pars magna ſcapulæ, eventu non lethali.

In collectione *Memoires ſur les os par* M. FOUGEROUX Paris 1760. 8.* continentur diſſ. Cl. BORDENAVE de oſſium callo, quo fracta oſſa conferruminantur: eum ex ſucco conpacto conſiſtere, non ex perioſteo.

In *Mem. preſentés a l'Academ. des ſciences* T. IV. a. 1763. agit de ſceleto infantili, cujus tibiæ emollitæ fuerunt & incurvatæ.

EJ. *remarques ſur la ſenſibilité de quelques parties*, in *Mercure de France* 1756. *excuſ.* Jun. & Lauſ. 1758. 12. inſenſiles eſſe tendines & aponevroſes, & eorum vulnera periculo carere.

In *Mem. de Chirurgie* T. IV. de morbis obſcuris illis ſinuum maxillarium docta diſſ. & experimentis propriis plena. Modo alveoli dentis fundum noſter perforat, potiſſimum tertium molarem, modo ipſam ſuperiorem maxillam: eſſe ubi duos dentes oporteat evellere & in ſinum tubulum dare. Ulcus nonnunquam in palato aperiri. Cariem late accedere, & oſſa molleſcere. Oppoſita in ſede malum aperire, & ſetaceum trajeciſſe profuit.

Inter diſputationes

EJ. & ANT. DESTREMAU *de corporibus extraneis intra œſophagum hærentibus* Paris 1763. 4. *.

EJ. & du FOUART *de intumeſcentia partium, in primis vulnerum ſtlopetariorum inſtantibus* ib. 1763. 4. *.

EJ. & GUYENOT *de luxationibus* ib. 1764. 4. *.

EJ. & LAMBERT *de veſicæ paracenteſi* 1765. 4. *.

EJ. & LEMONNIER *de œdemate* ib. 1765. 4. *.

EJ. & ROBIN *de anthrace* ib. 1765. 4. *.

EJ. & RUFIN *de fractura colli femoris* ib. 1771. 4. *.

EJ. & JUSSEAUME *de hydrocele per injectionem curanda* ib. 1771. 4. *. Vinum jubet injicere.

Porro in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. II. de la FOREST novam rationem curandæ fiſtulæ lacrymalis tradit, in qua ſpecillum & ſipho per oſtium naſale viæ lacrumarum ſubit. Non poſſe quidem in omnibus corporibus humanis adhiberi, ſe tamen in vivis ægrisque hominibus & liquores idoneos inpuliſſe, & ulcera ſanaſſe, ſpecillum etiam & ſetaceum trajeciſſe. Inſtrumenta idonea invenit.

MEJEAN & ipſe ſetaceum eadem via per totum lacrumalem canalem duxit, ſtylumve, ejusque ope goſſypii globulum.

T. XXVIII. *Journal de Med.* ſectio calculi fruſtranea, cum calculus circa acum natus, veſica craſſa inque tria cava diviſa eſſet.

Guerin in *Mem. de Chir.* T. II. curatio vulneris ſtlopetarii pectoris, quod extracto demum panno & ſquama oſſea ex pulmone, noſter ad ſanationem perduxit, magna facta inciſione.

In T. XXIII. calvariæ magna fractura, multis fragmentis oſſis facile ſanata.

In *Mem. de Chir.* T. II. Laffitte exempla abſceſſuum renalium feliciter apertorum, extractorum calculorum.

Veyret de oſſe ex trunco amputati artus eminente, iterato ſerra reſecando.

Petrus Joseph Boucher, medicus civitatis Lille, contra amputationem artuum nimis, apud ſuos frequentem. Multa exempla hominum ad amputationem damnatorum, & tamen aliis auxiliis mitioribus ſanatorum, dum ſpirituoſis medicamentis abſtineatur. Contra chirurgum Favre, qui integro menſe poſt acceptum vulnus, demum artum volebat amputare; docet magnum ex hac expectatione periculum imminere, & feliciter in ipſo pugnæ loco artus fuiſſe amputatos.

Id. T. VI. *Journal de Medecine* de puella, cui paſſim ex corporis ſuperficie acus exciſæ ſunt. De gangræna febribus malignis ſuperveniente, potius ſalutari.

T. XIV. anevryſma arteriæ ſubclaviæ enorme & funeſtum.

In *Merc. de France* 1755. *Juill.* de fiſtula ani ſinuoſa agit, cauſticis repetito admotis ſanata.

In *Mem. de Chir.* T. II. Coutavos de fractura cum jactura magnæ partis tibiæ propria machina ſanata, quæ artum ſaucium contineret.

Mouton (an idem p. 290.) de cyſtide aqua plena muſculos inter abdominis & peritonæum.

Similis caſus A. de la Chaux.

Montaulieu, filii, de ovarii hydrope.

Sic Malaval de ejusmodi caſu, cum quo conjunctus erat ovarii ſcirrhus.

De la Porte de hydrope ovarii fruſtra inciſo.

Cannac facile ſanata maxilla utraque, læſa a globo ſtlopetario.

De tibia a globo majori (Obus) eliſa, amputationi erepta & reparata.

Vulnus ſtlopetarium tibiæ funeſtum, etſi os nihil erat paſſum.

Gerard, chirurgi militaris, vulnus ſtlopetarium pectus utrinque perforans ſanatum.

De felice uſu lithotomi F. Johannis de S. Cosma.

Andouille', celeberrimus chirurgus, vulnus in quo a globo ſtlopetario pel-

vis

vis trajecta. Fecibus iter apertum per canulam in anum datam, inque vulnus inguinis communicantem, felici eventu.

In *Mem. de Chir.* T. III. reprobat in vulneribus capitis venæ pedis ſectionem, ex qua ſubita ſanguinis in hepar congeſtio fieri queat.

Ib. in fractura cranii cum vomitus & deliria jam adeſſent, medicamento emetico & alvo ducta malum ſuperatum.

In *Mem. de Chir.* T. II. CHABERT, chirurgi Pariſini collare ad ſectionem venæ jugularis, quod ſit pro faſcia venam conſtringente.

LOTTERI, chirurgi Itali, lamina pro liganda arteria intercoſtali.

Pluſculæ obſervationes aliorum, paſſim per diſſertationes ſparſæ, non potuerunt a nobis recenſeri.

Hoc anno 1753. 4. * Hafniæ prodiit *prodromus prævertens Acta Hafnienſia.* Multa ſunt chirurgici argumenti.

Anonymi de utilitate veſicatoriorum in delirio.

J. CHRISTOPH LINKE, medicus Norvegus, de feliciter ſanata hernia ſcrotali, cum inteſtina gangrænam paſſa eſſent.

WILH. HANNÆUS de fetus particulis ſeorſim per vaginam egeſtis.

Calculi renales omnes quaſi dodecaedri, ſimiles & æquales, ſeorſim egeſti.

N. W. HEILMAN os ſacrum in fetu modo nato bifidum.

HENRIC. FRID. PETERSEN hernia cruralis cum gangræna inteſtini ſanata.

In *primitiarum phyſico medicarum Polonicarum Vol.* III. Zullichau 1753. 8. *.

LAURENTIUS MIZLER ſuum balſamum vulnerarium, pene in omnibus malis mira præſtare.

AUGUST GRYGIERS abſceſſum vulvæ feliciter ſanavit.

In *K. Sw. Wetensk. Handl.* huc referas P. KALM de vipera caudiſona rel.

§. DCCLXVI. PETRUS CAMPER.

Profeſſor Amſtelodamenſis, deinde Groningenſis, inciſor, delineator, vir acris ingenii.

EJ. diſſert. *inauguralis de patellæ fractura* Franeker 1754. 4.

IDEM Amſtelodami 1759. 8. edidit *vroedkundige verhandelingen* cum verſione MAURICÆI Belgica: una dedit ſex diſſertationes, quas inter de uſu vectis ROONHUYSIANI, & de forcipe Anglica egit, quam pro SMELLIO delineavit.

EJ. *Aanmerkinge afbeelding en beſchryving van een geheel verloorene maar door konſt herſtelde neus en verheemelde naar l'leven getekent int latyn beſchreeven en vertaald* Amſterdam 1771. 8. *. Artificium hominis, qui ſibi apte ſatis ligneum naſum adaptavit.

Ej. ſunt *diſſ. anatomicarum* L. I. & II. Ille *de brachii humani fabrica & morbis* Amſterdam 1760. fol. maj. *. Non a læſo tendine ſymptomata eſſe, ſed a nervo. Ganglion aperiri, educi mucus, pus cieri debet. Laxitas ligamentorum, quæ tendines manus continent, faſcia aut loro ſarcienda. De olecrani fractura. Ambe a Nicolao v. der Meule perfecta. Luxatio claviculæ. Paronychia varia. De cancro; ſarcoceles fere abſceſſum amplecti.

L. II. ib. 1762. fol. maj. *. In calculi ſectione inſtrumenta ſecundum ductum axis pelvis introducenda, & ſecundum eumdem extrahendum lapillum. Quæ partes in calculi ſectione dividantur, muſculi transverſi, levator ani, Cowperi glandulæ, proſtata, arteriæ aliquæ. De cathetere & ſpecillo ſulcato fuſe. Sharpii catheterem præfert. De Raviana adminiſtratione accurate. Muſculis quos diximus inciſis, digitos in vulnus dat, pertentat proſtatam, ſulcumque ſulcati ſpecilli, tunc cultro crenam ſubit, proſtatam dividit. Ex Albini præceptis proſtatam lacerari, veſicam non tangi. Non adeo felicem fuiſſe Ravium, cui ex 22. ægrotis quatuor perierint, quibus calculum eduxerat. Flurantium optime egiſſe de veſicæ punctione. De fiſtulis, de veſicæ herniis utilia addit.

In *Verhand. der Holl. maatſch.* T. VI. P. I. & II. agit de hernia congenita, eorumque ſimilia docet; quæ ego vidi.

In T. V. *der nieuwe letter oeffeningen*, & in edita cum tr. *de variolis* epiſtola ad David de Gesscher de miro conſilio in partu difficili incidendorum in ſynchondroſi oſſium pubis. In animalibus ſic ſatis bene ſucceſſit.

Ad Johannis de Reus *onderwys in de vroedkunde* Amſterd. 1771. 8. * etiam præfatus eſt. In puerpera ligamenta oſſis ſacri & pelvis laxa reperit &c.

Tiberii Lambergen *lectio inauguralis ſiſtens ephemeridem ſanati carcinomatis* Groning 1754. 4. *. Celebris relatio de vero & exulcerato cancro, qui aqua cum Belladonna decocta ſuperatus ſit, ut grana foliorum duo, demum tria, in diem adhiberentur: incommoda quidem varia ægrotæ moleſta fuiſſe, morbum vero certo & in perpetuum curatum.

Jacob de Visscher & Hugo vander Poll, medici, ediderunt *het Roonhuyſianſch geheim in de vroed kunde ontdekt, tegens de wederſtrevers verde digt ... de beſchryving van de wyze naar de welke alleen de Roonhuyſianſche vroedmeeſters worken ... een voorredem van Huig* Chamberlayn *en eenige vroedkundige aanmerkingen van* Willoughby Leiden 1754. 8. *. Fuſe adverſus adverſarios ſuos hi duo medici, poſſeſſores arcani Roonhuyſiani, declamant. Chamberlaynium laminis potius Roonhuysianis uſum eſſe, quibus ſolis id parturienti auxilium adferri poſſit, quod non aliter adferri queat. Fratres de Wind forcipis uſum in Gallia doctos tamen arcanum Roonhuysii parata pecunia redemiſſe. Se ſuum arcanum a chirurgo de Bruyn habere, in ejusmodi caſibus felici, in quibus alii viri obſtetricii fruſtra laboraverint. Roonhuysio eum a ſervitiis fuiſſe, ab eo a. 1709. arcanum habuiſſe, ab ejus filia manu viri deſcriptam adminiſtrationem & inſtrumentum accepiſſe, quæ omnia noſtri nunc ipſi ſpretis ſuis commodis publicent.

blicent. De adminiſtratione: uſum laminarum eſſe, quando caput poſt aquas elapſas in anguſtiori pelvi hærens & immobile expediri debet: chirurgus autem ſuturam lamdoideam tangit, & fetus paulum oblique ſitus eſt. Vectis ipſe curvula eſt lamina, malleo tuſa, quadrata, a media parte ad finem emplaſtro obvoluta, in corium caninum incluſa. Femina ad oram lectuli ita decumbit, ut coccyx liber ſit, & pedes dependeant. Obſtetrix vectem introducit ad frontem fetus, inque uterum, ut curva pars frontem contingat. Tunc vectem dextrorſum & ſiniſtrorſum motitat, donec occiput in cavam partem vectis recipiatur; inde vectem lente elevat, ita caput in partem inferiorem pelvis ducit, coccygem reprimit, & caput porro elevando & deprimendo cum inſtrumenti parte cava deducit & extrahit. Ita femina intra duo triave horæ minuta liberatur. Hydrocephalus ea adminiſtratione eductus. Parcendum tamen, ne in levando vectis vis nimia ſit.

In *tweeleedige verhandeling* contra RAHTLAUWIUM oſtenditur, nimis curvum ab eo vectem proponi. Jam BOEKELMANNUM vectem paulum mutaſſe, addidiſſe manubrium & anulum. PLAATMANNUM partem mediam utiliter deorſum flexiſſe. ALBERTUM TITSING curvitatem diminuiſſe, manubrium rectum feciſſe, cochlear deorſum flexiſſe, & latius paraſſe. Lex, qua a magiſtratu cavetur, ut obſtetrix auxilium chirurgi invocet.

Bylagen &c. Aſpere de RAHTLAUWII ſcriptis, & alio hoc anno Amſtelodami edito folio, quo quatuor varietates vectis ROONHUYSIANI delineantur. Viduæ BOEKELMANNI & fabri teſtimonium additur, RAHTLAUWIUM non veram poſſidere machinam. Teſtimonia publica, ſe verum vectem proponere.

PAUL de WIND *geklemte hoofd geredt* Middelburg 1754. 8. *, ut videtur, nam annus non eſt expreſſus. Chirurgus, obſtetrix, & lithotomus. De forcipe agit, ad incuneatum caput educendum deſtinato. PALFYNIANAM forcipem ſe vidiſſe apud GREGORIUM, qui tamen ea non ſit uſus, & pedibus fetum adtrahere maluerit, quoad caput abrumperetur. Aliam forcipem chirurgum DUSSE' ſibi oſtendiſſe. GIFFARDIANA ſe non potuiſſe uti. De utero obliquo non adeo graviter metuit, decedere tamen, potiſſimum dextrorſum. Adverſus RAHTLAUWIUM, cui arte obſtetricia interdictum fuerit, & contra SCHLICHTINGIUM. Propria conſilia de expediendo capite. Duos proponit vectes chalybeos, paulum flexos, quibus caput amplectitur, fetum extrahit. Menſuras ad ipſam pelvim ſumſit. Incommoda converſionis. Epiphyſes ab oſſe diſtractas fuiſſe. Contra unci uſum, difficulter adgnoſci fetum vere eſſe exanimem.

EJ. *Uytgelezene heelkondige verhandelingen en waarnemingen gebrekken uyt de verzameling des Barons van Haller en uyt andere werken der voornaamſte heelkundigen van Europa* Roterdam 1754. 4. potius puto 1759.

EJUSD. in *verh. der Maatſchappy* de gravibus nonnullis herniæ caſibus, de crurali hernia, & exigua parte inteſtini incarcerata atque gangrænoſa.

Ej. de hernia umbilicali gangrænoſa rupta, demum in fiſtulam verſa. Iterum de hernia crurali, in qua omentum neceſſe fuit reſecare, non ſine aliqua ſanguinis jactura.

Ej. in T. VIII. P. 2. de ventriculo poſt immodicos vomitus rupto.

Ej. in *verhand. de zeeuwſche maatſchappy* T. I. de hydatide mammæ in femina, quam acu triquetra feliciter aperuit, & ad ſanationem perduxit.

Den sluga och förſtandga Gubba ſom lärjer wharjehande huſcurer Stokholm 1754. 8. poſſit huc facere.

Ewald Ribe, archiatri, *Aminnelſetal af Jac. Hindr* Mörr Stokh. 1754. 8.

§. DCCLXVII. Britanni.

Carolus Alston, celebris medicus Edinenſis, vir ingenioſus, & in experimentis faciendis ſolers.

Ejusd. diſſ. *on quiklime and lime water, the ſecond edition* Edinburg 1754. 8. *. Editionem primam non vidi, hanc lego multum auctam eſſe. De aqua calcis fuſe experimenta producit, alibi quidem potius repetenda. Ipſe ea aqua ad ſesquilibram in diem uſus, eo præſidio calculi doloribus liberatus eſt. Calculi in aquam calcis dati diſſolvuntur. Exempla hujus aquæ feliciter propinatæ adverſus calculos. Nihilo deteriorem eſſe eam calcem, quæ ex lapidibus coquitur.

Ej. *a ſecond diſſ. on quiklime and lime water* Edinburg 1755. 12. *. De lixivio ad calculum ſolvendum efficaciori; id fieri ex æquis calcis vivæ & ſalis alcalini fixi portionibus. Aliqua adverſus Whyttium. Sibi calcem ex lapidibus potius efficaciorem videri. Abſque aeris acceſſu calculos vix diſſolvi. Non poſſe aucta copia calcis aquæ vim augeri. Lixivium ſaponis etiam dilutiſſimum non abſque periculo adſumi: ſaponem etiam in aqua diſſolutum calce teſtacea præſtare, & utiliter cum aqua calcis conjungi. Utique calculos adhæreſcere, & una extractam fuiſſe veſicæ membranam. Sectionem calculi non tantum habere periculi, argumento calculi ſeptem unciarum exciſi.

William Butter, juvenis, medicinæ ſtudioſus, *a method of cure for the ſtone chiefly by injections* Edinburgh. 1754. 12 *. Gallice Paris 1766. 12. cum Whyttii l. *de aqua calcis*, vertente Augustino Roux. Inſtrumentum invenit, quo abſque ullo incommodo aqua calcis in urethram injiciatur, veſicam nempe ovillam, quæ folle exprimitur, & tubulo ſtanneo. Veſica urinaria aquæ ſesquilibram facile fert, & experimento conſtitit, eo auxilio, intra veſicam calculum fuiſſe diſſolutum. De periculo & diritate calculoſorum ſectionis.

Giles Watts, medici & obſtetricis oppidi Buttle, a diſſertation *on the antient and noted doctrine of revulſion and derivation* London 1754. 8. *. Aliqua huc faciunt. Pro efficacia ſcarifationis in podagra, ſetacei & fonticulorum in morbis

morbis oculorum. Morſui canis rabidi trajecto per cervicem ſetaceo ſperat ſe medicaturum; eum morſum inflammationem in muſculis glottidis excitare. In ſcrofulis ejusmodi revulſione ſe feliciter uſum eſſe & ea ſuppreſſa malum rediiſſe. In angina ſæpe ranulam bono eventu ſecari.

Ej. *reflections on slow and painfull labours and other ſubjects in midwifry* ib. 1755. 8. *. parvus libellus. Apologia Guilielmi Smellie contra Burtonum. Quando aquæ præmature effluxerunt, caput non ſubit in os uteri, idque os ante ſe promovet. Eo in caſu noſter digitum dat in os uteri, & dolores arte excitat. Partem etiam anteriorem & inferiorem uteri, quæ ſub occipite fetus tanquam in plica ponitur, noſter repellit, & facilem partum obtinet. Alio in caſu aquæ nimis ſero rumpuntur. In fetu ſemianimi vetat, prius funiculum reſecare quam clamores ediderit. Non repellendum in fetus corpuſculum ſanguinem. In hydrope gravidarum veſicas de cruribus ciet.

W. Ogle *letter to* D. Young *concerning the cure of encyſted and other kinds of tumours without the knife* ib. 1754. 8. *. A magiſtro ſuo ſeniori chirurgo de Raffou didicit, medicamentis internis uti, & tumoribus etiam maximis mederi, ut certos eſſe liceat radicitus malum eſſe exſtirpatum. Verum arcana habet nondum revelanda.

Thomæ Kirkland, chirurgi, *treatiſe on gangrenes in which the caſes that require the uſe of the bark and thoſe in which it is pernicious are aſcertaind* Nottingham 1754. 8. *. Germanice vertente Georgio Leonhardo Huth Nurnberg 1761. 8. * & in *Samlung von der Fieberrinde* 1769. 8. *. Objectiones proponit, quæ in Anglia adverſus corticis Peruviani uſum proferuntur, quem alii in gangræna ab interna cauſa orta prædicant, alii negant valere quidquam. Adverſus has objectiones, & meticuloſam exterorum diffidentiam noſter ſcribit. De gangræna; de ea, quæ a cauſa interna eſt, de certa in ea ſpecie corticis efficacia, cum qua febris conjungitur: exempla ubi profuit, cum malum ex occluſo vetuſto ulcere natum erat, alia. De gangræna ab externa quidem cauſa proveniente, cum qua putrida humorum corruptio conjungitur. Quando eo in caſu pulſus durus eſt, & vires valent, noſter corticem adjecto nitro temperat. In exhauſtis ægris admirationem movit ſubita corticis efficacia. In gangræna topica, quando ſanguis incorruptus eſt, vulgatis remediis, ſæpe & ſcarifatione, malum ſanatur.

Ej. *eſſay on the method of ſuppreſſing hæmorrhagy from divided arteries* Lond. 1763. 8. *. Pro vinculis arteriæ læſæ injectis. Dolorem facere ob conprehenſum lino nervum, ſed eum dolorem cito evaneſcere. Arteriam non grumo obfarciente, ſed propria contractione claudi. Agaricos ſola preſſione utiles eſſe: adſtringentia medicamenta nocere.

Ej. *obſervations upon Potts general remarks in fractures* ib. 1770. 8. *. Raro amputandum: neque continuo, quoties fractura adeſt conplicata. Sæpe ruſticos chirurgos abſque amputatione maxima mala ſanaſſe. Oleum terebinthinæ ſauciis

 nocere.

nocere. Ferularum uſum in principio curationis male adhiberi. Rariſſimam eſſe femoris ſurſum & retrorſum luxationem. Diætam vinoſam adſuetis neceſſariam eſſe. In hernia, cujus omnes partes cohærebant, moribundus homo ſpiritu vini ſuſcitatus. In fractura conplicata venæ ſectioni non indulgendum. Crus fractum non ſemper ita debere diſponi, ut pars exterior ſit.

Ej. *appendix to the obſervations upon Potts &c.* Lond. 1771. 8. *. Nunquam ob fracturam complicatam ſe artum amputaſſe, neque tamen ullum ægrum ex eo malo amiſiſſe. Luxari tamen femur, lacerata capſula, etiam ligamento tereti divulſo. Ut luxatum femur repoſuerit, cujus caput acetabulo ſuperius imminebat, femore ad angulum rectum cum cruribus diſpoſito, calcaneo extrorſum pulſo.

Ej. *reply on* Maxwell's *answer by way of dialogue* ib. 1769. 8.

Id. in *obſſ. and inquiry by a ſoc. of phyſicians* V. II. ib. 1762. 8. * ſpongiam trunco amputati artus imponit, & reſorbtionem maligni humoris impedit.

H. Mason *extracts from an old treatiſe of ſurgery* ib. 1754. 4.

Samuel Lee, chirurgi noſodochii Greenwicenſis, *proper reply to the ſergeant ſurgeons defence in their conduit at Chelſea hoſpital* ib. 1754. 8. *. Arcanum ad hernias curandas auxilium noſter poſſidet: eo in noſodochio militari Chelſeenſi uſus, Chirurgum Ranby minus faventem expertus eſt, qui in Leeum cum inquiſitum eſſet, obtinuit ut noſter abdicaretur. Ergo ſe tuitus eſt in *true narration of ſome proceedings in the management of Chelſea hiſpital as far as relates to the dimiſſion of ſ.* Lee. Reſponderunt primarii chirurgi Cæsar Hawkins & J. Ranby in *l. true account of all the tranſactions before the right honourable the Lords and other commiſſioners of Chelſea hoſpital.* Iterum reſpondet Lee ſatis acriter, ut tamen ſuum arcanum velet. Non improbabile videri, adſtringentem fotum id omne præſtare in abdominali anulo confirmando, quod ab faſcia ſperatur. Teſtimonia profert ſuæ felicitatis. Cum Cheseldenius contra noſtrum ſententiam tuliſſet, id totum judicium conatur infirmare: negat unquam legitimam in inquirendo curam adverſarios ſuos adhibuiſſe, negat militum ſtatum ſollicite ſcrutatos eſſe, novum ad examen provocat. Suorum ſucceſſuum teſtimonia citat. Ranbyum pro hernia morbum curaſſe, quem noſter dignoverit hydrocelen eſſe, & ad ſanitatem perduxerit.

Ej. *memorial to the King* ib. 1771. 8. oſtendit ſuas curationes felicem habere exitum.

Richard Brookes *an introduction to phyſik and ſurgery* ib. 1754. 8. *. Continet etiam compendium chirurgicum.

§. DCCLXVIII. Itali.

Antonius Cocchi, Beneventanus, ortu Mugellanus, vir doctiſſimus, medicus Florentinus, edidit *Græcorum chirurgicos libros è collectione* Nicetæ Flor. 1754. fol. *. De ipſa collectione dixi. Animadverſiones aliquas utiles noſter addidit,

addidit, ut de ſponte elapſo femore poſt abſceſſum, qui multos muſculos deſtruxerat, tum ligamenta teres & capſulare. Frangi vertebras, non luxari.

In *diſcorſi Toſcani*, & in *hiſtoria anatomes* T. I. Florent. 1762. 4. * docet ut anatome chirurgiæ lucem accendat, potiſſimum etiam calculi ſectioni.

In diſſ. *de cereis pugillaribus* aliqua de J. PITARD & H. de MONDAVILLE medicis PHILIPPI P. produxit.

PETRUS PAULUS TANARON, chirurgus caſtrenſis, Florent. 1754. 8. 2. vol. * edidit *trattato di chirurgia.* In Gallia artem didicerat, inque caſtris per experimenta ſuam peritiam auxerat; Gallos etiam paſſim exſcripſit. In T. I. Theoria chirurgica, pathologia chirurgica & therapia.

In Tomo II. chirurgicæ adminiſtrationes proponuntur, fere ex Gallis, & potiſſimum ex GARENGEOTO. Non tamen noſter abſque propriis eſt animadverſionibus. Vulnus cerebri acinace inflictum, cum amiſſis corticis cerebri tribus unciis, repetita ſutura cutis ſanatum. Suturæ trepanum infeliciſſime admotum, cum funeſta hæmorrhagia. Vulnus, in quo dura mater ſiderata repetitis terebrationibus ſanatum, ſquama de meninge dejecta. Adverſus hydrocephalon cauterium exterius ad ſuturæ ſagittalis initium & mucronem lamdoideæ admovere jubet. Raram eſſe cariem cum fiſtula lacrumali conjunctam, neque adeo ignis adeſſe neceſſitatem. VIRGILII angina, magnus tumor colli: bronchotome peracta inciſis muſculis ſternohyoideis, deinde arteria aſpera aperta, & cum vulnus externum interno non parallelum eſſet, denuo fiſſa ea arteria, ad ſextum usque anulum, lamina plumbea anſata inmiſſa, eventu felici. FRANCISCUM de la PEYRONIE ita mammam amputaſſe, ut dimidiam peripheriam primam incideret, deinde alternando digitis & incidendo ambitum amputationem abſolviſſe, ut ſenſim adhæſiones ſolveret. Non recte ſuturam clavatam gaſtroraphiæ nomine deſignat. Corrupti & putridi fetus in ventrem effuſi felix exciſio a chirurgo METIVIER perfecta. Tendinum ſuturam apud Pariſinos obſoleviſſe, quos in legitimum ſitum diſpoſuiſſe ſufficiat. Inter curationes chirurgi le MAIRE, maximum vulnus cutaneum ab occipite ad ſcapulas productum, duodecies repetita ſutura curatum. Ex vulnere ſtlopetario arteriæ brachialis, lente & ægre ſanatus ſaucius, ut pulſus die trigeſimo ſexto demum rediret. De educendis alienis corporibus, quæ in aſperam arteriam aut in gulam illapſa fuerint.

Delle ferite della cute del capo diſſ. in cui ſi moſtra l'inſuſſiſtenza del di loro preteſo pericolo ed il metodo di curarle Venez. 1754. 4. *. Auctor NICOLAUS CAPPELLETTI, Lucenſis, ex MAGATI ſecta. Multo minus quam veteres ſibi a vulneribus capitis metuit. FALCINELLUM citat, & ipſum MAGATI adſeclam: cutanea capitis vulnera negat periculum habere. Neque turundas probat, neque terebrationem nimis repetitam. Infeliciter fere in bellis Inſubricis eam cecidiſſe: ſæpe vidit fracta oſſa deceſſiſſe. Sæpe cerebri vulnera ſanata fuiſſe. Cutanea vulnera capitis, evitatis turundis & ſuppurantibus emplaſtris glutinantibus curat. Melitæ ob ſimplicitatem curationis chirurgos eſſe feliciſſimos. Dira die ſeptimo ſympto-

ſymptomata a ſphærula nata adparuiſſe, quæ cranium abſque viſibili inæqualitate perforaverat, & meninges conpreſſerat. Pro curatione MAGATIANA.

PIETRO CLEMENTE LOMENI GALLARATI *rifleſſioni ſul morſo d'un cane rabioſo* Milano 1754. 8. Video laudari.

§. DCCLXIX. GERMANI.

J. LUD. LEBERECHT LOESECKE *obſervationes anatomico chirurgico medicæ novæ & rariores* Berlin 1754. 8. *. Brevis ævi valentis ingenio medici opus. Ad chirurgiam pluſcula. De novo acetabulo ſcapulæ ad latus veræ cotylæ ſubnato. Vulnus ſanatum, quod ſeptum tranſverſum & colon inteſtinum peragraverat, clavo per anum reddito. Sacculus cutaneus de ſcapula cachectici hominis pendulus.

Materiam medicam Cl. viri alias diximus.

FRID. HERMAN LUD. MUZELL, Prof. Berolinenſis, celebris clinici, *medicinische und chirurgiſche Wahrnehmungen. Erſte ſamlung* Berlin 1754. 8. *. Anglice London 1755. 8. Aliqua chirurgica. Hæmorrhagia ex dente evulſo demum intruſa ſpongia ſuppreſſa. Ad curandas caruncula penicillum fingit ex carpto linteo & virga balænaria; hunc in unguentum mundificans tingit, per catheterem ad ulcus uſque introducit, cogit eminere, & circa partem ſauciam contorquet, aliquoties de die. Id unguentum ex Ægyptiaco & aceto lithargyrii conponit. In vetuſta carie amputationem fere necem inferre, quod perioſteum in univerſo corpore fere corruptum oſſa laxe ambiat. Cariei, ut cancri, peculiare eſſe venenum. Calloſa ulcera urethræ fere ſcarifando curari, & cute deſtructa, quæ corrupta eſt. Hernia cruralis incarcerata, cum bene ſanata videretur, mortem intulit: anguſtum in colo inteſtino inque ileo vulnus erat. Vulnus ſtlopetarium pulmonis ſanatum. Spina ventoſa univerſi corporis inſanabilis. Ex ſtlopeti ictu caries bregmatis ſanata. Ob cariem humerus feliciter ex ſua cotyle exciſus.

Zweyte Samlung Berlin 1764. 8. *. Ulcus cartilaginoſum uteri funeſtum. Sanatum anevryſma verum, quod ruptum fuerat. Ex abſceſſu peritonæo adſidente tabes, inciſo ulcere & educto pure ſanata.

J. DANIEL MITTELHAÜSER *practiſche Abhandlung vom accouchieren* Leipzig. 1754. 8. *. Medicus Saxo, magnus uncorum, terebrarum & ſeveriorum adminiſtrationum patronus. Non poſſe his auxiliis careri. Brachium prolapſum raro verſo fetu expedit, plerumque detruncat, & in mortuo fetu ſemper. Caſu aliquo ad encheireſes obſtetricias coactus acceſſit, & proprium genium ſecutus eſt, fere autodidactos. Libere cum ferramentis uteretur, ſæpe ſe ipſum læſit, admiſit etiam, ut vivum fetum divideret. Forcipem ab HAENELIO communicatam non ignoravit, perraro vero videtur adhibuiſſe. Caput incuneatum fere cultro aperit, evacuat, conprimit. Fetum mortuum etiam diſſecat, quando alter pes in lucem prodiit. Fetum OULDIANO more oblique poſitum ſæpe vidit,

tantum

tantum, ut pro vitioſo poſitu habeat. In partu retardato fetum difficulter verti. Quando placenta abſque ſanguine diſcedit, triſte eſſe præſagium; non adeo nocere detractam, dum ſanguis fluxerit. Maximam ſæpe in extrahendo vim adhibuit, aliquando non bono eventu, ut p. 86. Eſt ubi membranas rupit, nimis firmas. Circumvolutum funiculum diſſecuit, in ipſo partu ligavit. Fetum humeris retentum cranio aperto demum obtinuit. In eo medicamentis calidis fere uſus eſt. Partum difficilem ſæpe fieri ab oſſe ſacro vitioſe formato. Fetus 24. ℔. Funiculus umbilicalis ſanguine turgidus, ut fere duæ libræ effluxerint cum incideretur, quæ res nova eſt. Singultus fere funeſtus eſt. Tunica intima recti inteſtini decedens. Sic tunica intima uteri (non membrana HUNTERI) Capite fetus grandiori prodeunte tamen pedes feliciter adrepti. Ventus ex capite fetus erumpens & ex pectore (a putredine). Femur luxatum, cum fetus ſubito partu ederetur. Omnino oſſa pubis & coarticulari, & in partu diſcedere. Caput cum brachio prævium, ſolis naturæ viribus editum. Partus a morte matris, ex aliorum relatione, quem ulceri & putredini tribuit. Placentæ gemellorum alias duæ, alias unica. Funiculum de placenta pendulum non ligaſſe præſtat; ſanguinis enim evacuatio placentæ diſſolutionem adjuvat. Non probat retentas ſecundas, quas ſubita mors ſecuta ſit, minime quando nullus ſanguis manavit. Nunquam ſibi placentam reſtitiſſe, cum continuo a partu ſoleat manum in uterum dare, digitos diducere, contractionem uteri moderari, ut ſenſim a ſummo fundo contrahatur: eſſe tamen ubi placentam neceſſe fuerit deglubere. Servatas feminas, quibus putrida educta fuerit. Fuſa hiſtoria reſecti brachii fetus vivi, & defenſio chirurgi. A calculis veſicæ difficilis partus. Mors lenta ex lacerata veſica urinaria. Urina nigra ex veſicæ inflammatione non funeſta. Fetus a morte matris per quinque horas vivus. Abortus, ut putat, 3. hebdomadum jam articulatus.

D. FERD. WILH. MUHLMANN *Unterſuchung ob durch die Verletzung der Sehnen und des Beinhaütchens unerträgliche Schmerzen, Entzündungen und Brand erfolgen können* Königsberg 1754. 4. * & Gallice in *collectione mea* Lauſanne 1758. 12. Nullum a vulneribus tendinum, perioſtei, eſſe gangrænæ periculum, quorum nullus ſenſus ſit.

CASPAR LUDW. von ERB *die in Kindesnöhten ſeufzende Baurenfrau* Coſtanz 1754. 8.

GOTTL. OELSNER *vom ſchädlichen misbrauchen der Schnürbrüſte und Planchetten* Breslau 1754. 8.

ACREZZA *bewährtbefundene Roßarzney* . . . . Cöthen 1754. 8.

§. DCCLXX. GALLI.

. . . BOURDET, dentarius medicus Regis.

EJUS *lettre à* M. D. citat PORTAL 1754. 12. & *Eclairciſſemens au ſujet de cette lettre* ib. 1754. 12.

Ej. *recherches & obſervations ſur toutes les parties de l'art du dentiſte* Paris 1757. 12. 2. vol. *. Germanice 1762. 8. Italice Vicenz. 1767. Dentitio. Dentes lacteos ex ignota cauſa delabi, neque eorum radices adteri. Cariem in cacochymis infantibus dentes ipſis in alveolis erodere; eam acu ſculptoria debere deradi. Dentem, in quo intus abſceſſus latere putatur, perterebrare ſuadet. Contra eſſentias ſive uſum ſpirituoſorum lavaminum. Ut dolor dentis ſopiatur, eum poſſe luxari, id feliciſſime ſibi ſucceſſiſſe, poſſeque luxatum dentem iterum in ſitum legitimum reſtitui. Poſſe etiam carioſum dentem evelli, auri foliis repleri, reponi & convaleſcere. Aureo operculo dentes defendi, ſi qui homines per ſomnum ſtrident. Calcem adhærentem chalybeis inſtrumentis optime detergi, & vitari acria liquida medicamenta. Mala gingivarum. Tumores carnei ferro reſecantur, & ſi color corruptionem indicaverit uruntur: cauteria etiam ad cancrum conveniunt. Ulcera gingivarum. Exoſtoſes forcipe detruncat; ſanum dentem ante gravem morbum dolere.

T. II. Inſtrumenta varia ad dentes in ordinem reſtituendos: ad ſupplendas integras dentium ſeries. Ferramenta & ipſum pelicanum paſſim corrigit. Stanno foliato plumbi loco ad replendos cavos dentes utitur. Molares dentes majores vetat urere. Si pituitarius ſinus apertus fuerit, tubulum ſubit per octo dies, eo tempore elapſo fiſtula ſanatur. Ut melius comprehendant, dentes lima debent exaſperari. De laminis pro ſupplendo palato. Non debere ſpongia firmari, quæ fœtorem contrahat. Alumen, calcem, acria medicamenta omnia jubet exulare.

Ej. *ſoins faciles pour la propreté de la bouche & pour la conſervation des dents* Paris 1759. 16. Lauſanne 1759. 16. * & alias. Ut quisque ſuos dentes quam integerrimos & nitidiſſimos conſervet. Acria omnia rejicit, tum aceta medicata, eſſentias, pulveres, electaria. Dentem ab inflammatione dolentem jubet manducando exercere. Dentes lacteos infantibus amat evellere, cum maxillam putet nimis anguſtam eſſe, & deſignat quem præſtat evellere, ut molarium minorem, quo canino ſpatium paretur laxius.

Ej. diſſ. *ſur les depots des ſinus maxillaires* Paris 1764. 12. Pro cauterio.

Joseph Raulin, medicus in Aquitania, nunc vero Lutetiæ clinicus.

Ejus ſunt *obſervations de medecine, où l'on trouve des remarques ſur le préjugé ſur l'uſage du lait dans la pulmonie* ib. 1754. 12. *. Aliquæ adnotationes chirurgicæ. Urina ſuppreſſa œdematis cauſa, undecimo die liberata. Veſica urinaria gypſea cruſta oblinita, poſt ſtranguriam decedentibus laminis liberata. Arteria temporum inciſa ſe maniacos homines curaſſe. Ulcera tibiæ decocta cum rapis aqua curata. Gangræna epidemica ex uſu ſecalis corniculati.

Ej. *inſtructions ſuccinctes ſur les accouchemens* Paris 1770. 8. *. Yverdon 1770. 8. Germanice Langenſalze 1772. 8. vertente M. F. Alix, qui & aliqua addidit; & *traité ſur les maladies des femmes en couche* Paris 1771. 12. *. De coccygis oſſe introrſum flexo. De metaſtaſi lactis, quam ſuppurari vult.

GUYOT *manuel des medecins, ou recueil d'aphoriſmes choiſis tirés d'Hippocrate & de Celſe, ouvrage utile aux chirurgiens* Paris 1754. 12.

BERRYAT *collection academique* Dijon 1754. 4. 2. vol. ab ejus exceſſu ab aliis continuata, ex variis ſcientiarum academiis collecta; continet etiam chirurgica.

MEYSERAI *medecine d'armée* Paris 1754. 12. 3. vol.

SIREJEAN *obſervation ſur une hydropiſie enkiſtée de l'ovaire gauche* Nancy 1754. 4.

JUSSY *lettre à M.* VACHER *ſur une operation chirurgicale* Paris 1754. 12.

Replique à M. VACHER *ſur l'imperitie, & ſur la neceſſité aux chirurgiens de ſavoir le latin* ib. 1754. 12. Tribuunt D. de JUSSY.

Lettre d'un Medecin a une Dame au ſujet d'une experience de chirurgie faite à la charité le 22. Juin 1754. 8.

Seconde lettre d'un medecin a une Dame au ſujet d'une experience de chirurgie faite à la charité le 22. Juin 1754. Paris 8. Tribuunt utrumque JACOBO BARBEU du BOURG.

§. DCCLXXI. DISPUTATIONES.

CLAUDIUS JOSEPH GENTIL & MILLIN de la COURVAULT *E. calvæ vehementius contuſæ terebra* Paris 1754. 4. *. eadem quæ ÆGIDII le BEL anno 1657. p. 362.

JACOB FRANC. LATIER & AMAB. CHOMEL *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum* Paris 1754. 4. * eadem quæ J. B. L. CHOMEL a. 1732.

J. BAPT. THURANT & HENR. MICH. MISSA *E. hernioſis ex ſcroto eburneo coriaceoque cingulo ſubligacula* Paris 1754. 4. * & in *meis ſelectis*. Hernias in univerſum humorum colluviei imputat. Ante quintum annum ſubligacula non vult geri; deinde fuſe ejusmodi deſcribit, quæ omni herniæ apta ſint. Alia etiam vincula ad uteri aut vaginæ prolapſum proponit.

In *Journal de Medecine* ID. T. I. de labio leporino duplici.

IDEM in T. II. de maxima hernia abdominis cum curvata ſpina dorſi conjuncta.

De lycoperdi vi ſanguinem conprimente. BROSSARDI agaricum dudum ex vi ſtyptica notum fuiſſe.

EJ. de pene gangrænoſo propriis inciſionibus ſervato.

PETRI ABRAHAM JACOB de MONCETS & J. BAPT. HATTE' auctoris *E. moxæ uſtulatio arthriticis* Paris 1754. 4. *.

EDMUND THOMAS MOREAU & J. LUD. MAR. SOLIER *Non E. ſclopetorum vulnera venenata* ib. 1754. 4. *. Eadem quæ QUIRINI le VIGNON 1626. p. 314.

Claud. Thomas Guillaum. Guilbert de Preval & Henr. Jac. Macquart auctoris *E. ſcalpello vagina recondito cyſtotome lateralis perfectior* Paris 1754. 4. * & Gallice Paris 1754. 12. * cum latino textu. Magnum apparatum totum rejicit: eſſentiam apparatus lateralis ponit in apertione ipſius veſicæ. Eam certiſſime obtineri per inſtrumentum F. Johannis de S. Cosma, quo tantum incidatur, quantum lithotomo viſum ſit. Ipſam veſicam, ejus collum, proſtatam & bulbum incidi. Ducentis in cadaveribus nunquam fefelliſſe, in 140 vivis hominibus nullum malum eventum ſuperveniſſe, qui inſtrumento imputetur. Laudat Fr. S. Morand.

Cum adverſus diſputationem Macquarti *lettre au ſujet de la taille du lithotome caché*, noſter reſpondit, & oſtendit inſtrumento F. de S. C. Cheseldenii deſideriis ſatisfieri, neque eam difficultatem chirurgo moleſtam eſſe, quæ vulgaribus inſtrumentis difficulter ſuperatur.

In *Parallele de deux inſtrumens, qui portent le nom de lithotome caché*, una excuſ. deſcribit lithotomum chirurgi Thomæ, cujus fere eadem ſit ad imperatam amplitudinem inciſionis obtinendam aptitudo. Verum rectum pugionem, in quem terminetur, veſicam perforare poſſe, neque inciſionem certam eſſe, & alia habere vitia. Præſtare adeo F. de S. C. inſtrumentum, quod ſæpe diximus. Icones additæ inſtrumenti hujus fratris.

Idem meam diſſ. chirurgicarum collectionem Pariſiis 1757. 12. 5. vol. * in compendium contractam vertit.

Simon Ant. Bringaud & Theoph. de Bordeu *E. ut ſuppuratio reni ſic calculoſo ferrum* ib. 1754. 4.

J. le Bas & Henrici Daviel, chirurgi *E. cataractæ tutior extractio forficum ope* ib. 1754. 4. pro patris operatione.

Id. Daviel *de extractione cataractæ Journ. des ſav.* 1756. Febr.

Augusti Friderici Pallas, auditoris noſtri, & celebris chirurgi filii, diſſ. *de variis ſecandi methodis* Leid. 1754. 4. * & in *meis ſelectis*. Omnes hactenus adminiſtrationes recenſet, quibus calculus exciditur. In laterali apparatu utcunque a variis perfecto carpit, quod non ſatis amplo vulnere veſica aperiatur, neque adeo calculus abſque laceratione poſſit educi. Idem etiam eſſe Le Catiani inſtrumenti vitium, neceſſario nempe vulnus in ejus uſu deorſum produci, ſic rectum inteſtinum violari poſſe, & neque eo cum adminiculo vulnus ſatis amplum obtineri. De Thomæ inventis. Fouberti fere inciſione uti, inſtrumentis ad F. de S. Cosma inſtrumentum fictis; ſed perinde uti Foubert a veſica aberraſſe, ut operationem non potuerit abſolvere. Denique Hawkinsii inſtrumenta & adminiſtrationem deſcribit. Æger perinde horizonti parallelus decumbit; muſculi, proſtata, veſica conſuetis fere inſtrumentis aperiuntur. Verum ſuper catheterem nunc ſemicanalem introducit, qui & forcipem deducat, & ſcalpello acutiſſime ſcindente ſiniſtrorſum ſurſumque verſus iſchii os plagam veſicæ continuet

continuet ſiniſterius, ut hæc nova inciſio, cum priori vulnere angulum deorſum obtuſiorem intercipiat. Eam adminiſtrationem ſolam in veſicam ſufficientem aditum parare & grandi calculo viam, neque lædere quidquam, quod ſervato opus ſit.

BONIFACIUS POUS *de gangræna & ſphacelo* Utrecht 1754. 4. *.

J. IGNATIUS GILG *de ſpina bifida* Wien 1754. 4. * & in *ſelectis pract.* Deſcriptio infantis, cujus vertebræ imæ bifidæ: pars medullæ ſpinalis in liquamen diffuſa.

AUGUST CHRISTIAN LANGBEIN *ſpecimen embryulciæ antiquæ ex* TERTULLIANO *de anima* Hall. 1754. 4. *. Docta & copioſa diſputatio. De embryo ſphacto ſ. thlaſte, de veterum adverſus malum fetus ſitum præſidiis: de nuperorum auxiliis. Experimenta propria. Mala a rudi tractatione uteri reſidua. Uterus inverſus & ſaucius repoſitus. Synchondroſis oſſium pubis in partu difficili ſoluta. Capite demum evacuato extractus fetus. Ipſe coactus fuit funiculum diſſecare, quo fetus impediebatur, adeoque fetum occidere.

CHRISTIAN GOTTHELF KIESLING *de utero poſt partum inflammato* Lipſiæ 1754. 4. *. Caput abruptum ad vigeſimum diem in utero hærens, exiit putridum abſque inflammatione. Hiſtoria ulceris uteri cum ſcirrho conjuncti. Veſica ab ulcere occupata plena ſanguine grumoſo. Uterus poſt partum gemellorum inflammatus, alterius gemellorum caput inpactum, alterius brachium, ut uterus non poſſet dilatari.

GUSTAV CHRISTIAN HANDTWIG *de calculo in glandulis ſublingualibus reperto* Roſtock 1754. 4.

EJ. *de puerpera partu difficillimo laborante* ib. 1757. 4.

HENRICH OTT BOSSECK *de malo oſſium ſchemate* Lipſ. 1754. 4. *.

GOTTLIEB PAUL PAULSEN *ſpecimen obſervationum de carie oſſis humeri ſiſtens* Regiomont. 1754. 4.

J. JAC. PERTHES *de doloribus parturientium* Erford. 1754. 4.

GEORG WILHELM FEUERLIN, *de ulcerum artificialium in criſibus febrium acutarum imperfectis præclaro uſu* Gotting. 1754. 4. *. Ex ILL. BRENDELII ſcholis.

J. HENR. de BROKE *de veſicæ urinariæ appendicibus* Argent. 1754. 4. *.

§. DCCLXXII. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* vol. XLVIII. P. 2. ſ. anni 1754. WILH. WATSON de calculo equino grandi, & de agarico Broſſardiano, ejusque fungi genere botanico aliqua.

In *hiſt. de l'Acad. R. des ſcienc. de Paris* 1756. D. GONTARD refert de cyſtide

cyſtide intra cerebrum, cum oſſis temporum carie, per quam pus ſibi viam fecerat, ut per aurem efflueret.

Idem in *Journal de Med.* 1757. P. I. de oſſibus refert, quæ per urethram deceſſerunt, ut iter ab inteſtino recto in veſicam pateret.

In *E. N. C. Vol.* X. LUD. GOTTFRIED KLEIN, medicus Erbacenſis, ante diem a morte abreptus.

Obſ. 70 vulnus ſtlopetarium pectoris ſanatum.

Obſ. 71 hæmorrhagia umbilici in puero per ætatem ſponte ceſſans.

Obſ. 72 fiſtula umbilici, ventriculus perforatus, hepar corruptum, abdomen pure fætido plenum.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 17 periculoſus morſus hominis irati per gangrænam.

Obſ. 18 cum ob paronychiam digitus amputatus fuiſſet, maleque æger curatus, caries & mors, oſſaque humeri minutatim corrupta.

Obſ. 19 ex hernia incarcerata coli & lumbrici prodeuntes, ut tamen ſanaretur.

Obſ. 22 teſticuli contuſio magnusque tumor, felicis eventus.

J. WOLFGANG FRID. BOENNEKEN in *E. N. C. Vol.* X.

Obſ. 104 aliquot de calculis veſicæ urinariæ adnotationes. In femina calculi & abſque moleſtia in veſica retenti fuerunt, & ſponte per urethram prodierunt.

Nov. Act. Vol. I *obſ.* 51 pertinax tonſillarum exulceratio.

Obſ. 52 uvula & tonſillæ a funeſto ulcere conſumtæ.

DANIEL GOTTLOB THEBESIUS In *E. N. C. Vol.* X.

Obſ. 63 utique in cancro contagium eſſe.

Obſ. 65 veſicatoria in malignis variolis efficacia.

Obſ. 68 ſubluxatio colli reſtituta.

Obſ. 69 pedum ſtrumoſum œdema.

Nov. Act. Vol. I. *obſ.* 42 de hydrophobia collecta.

J. CAR. ACOLUTHI *E. N. C. Vol.* X. *obſ.* 53 pus in thorace collectum cum lenta febre feliciter ſanata.

In *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1754. J. FRIDERICUS MEKEL, vir ILL. de calculis paſſim per corpus humanum viſis, in glandula pineali, in ipſo cerebro: tota pelvis cum ſuis ramis calculis plena. Maximi in veſica calculi. Cellulæ veſicæ, in quibus calculi. In corde, in muſculis, in veſiculis ſeminalibus, inteſtinis, arteriis. Parvum calculum majores quam grandem dolores ciere. Calculi renalis exterior ſuperficies vehementer cum ſpiritu nitri fervebat & ſolvebatur, interior minus. Magno cum calculo dilatabilis veſica, craſſa cum parvo.

Calculus

Calculus tuberculoſus in aqua forti vix ſolubilis: veſica circa calculum in cellula contentum conſtricta, ut quaſi ſphinctere eum clauderet, non adhærentem.

In *Comm. Ber.* 1759. IDEM de ſteatomate pectoris viſcera dimovente: de concremento ab inteſtino ſecedente.

In iisdem 1761. de ſcirrhis & abſceſſibus cerebri, quos fatuitas mentisque ſtupor ſequitur.

EJ. tr. *de morbo hernioſo congenito ſingulari, & complicato feliciter curato* Berl. 1772. 8. * & Germanice ib. eod. anno *. ARCHIATRI ZIMMERMANNI herniam congenitam deſcribit, quam SCHMUKERUS cultro feliciter curavit.

In *Epiſtolis meis* T. II. n. 322. refert de calculo enormi veſicam replente, quæ tam laxa eſſet, ut nulli in renibus calculi eſſent. In rene alias calculi.

In *K. Swenska Wetensk. Acad. handling.* 1754. trim. 2. WESTMAN JACOBSON de gangræna faciei ſpontanea curata, & de prægrandi clitoride.

In *Hamburger Magazin* T. XIV. varia huc faciunt, quædam etiam propria. Excerpta hic reperias ex VISSCHERI & v. der POLL libro de arcano ROONHUYSIANO: tum ex WHYTTIO de aquæ calcis vi lithontriptica.

Propria eſt J. CONRADI FUESLIN relatio de ſcirrho funeſto abdominis pylorum amplexante.

In *Act. Helv.* T. IV. exſtat EJUSDEM mirifica veſicæ urinariæ fabrica, cum urethris præter naturam accedentibus, & ſacco urethræ in calculoſo homine.

Porro in *Hamb. Magaz.* T. XIV.

Notulæ aliquæ in arcanum ROONHUYSII inſtrumentum, quod parum probatur, ut etiam uteros eo ruptos fuiſſe a CHAMBERLAINIO anonymo D. P. probabile videatur.

Demum Z. VOGEL diſſ.

In *Mercure de France* 1754. M. Jan. hiſtoria feminæ, quæ calculos vomebat. Verum Ordo medicus fraudem & lapides eſſe foſſiles detexit.

In eodem menſe Januario curationes variæ lithotomicis le CATII inſtrumentis factæ recenſentur, & mors feminæ excuſatur, in qua minus fauſtus eventus fuerat.

Ib. ſanata femina gravida cum hernia incarcerata gangrænoſa laboraret, de qua vermes prodierant. Extremus utrinque finis inteſtini ad vulnus firmatus & in meſenterio plica facta.

Epiſtola Veſuntina, qua refertur de femina inſtrumento F. de S. COSMA ſecta. Sic M. *Fevrier* & *Septembre.*

Hoc anno CAROLUS AUGUSTUS van der MONDE novum diarium edere cepit, cui titulum fecit *Journal de Medecine, de chirurgie &c.* Paris 1754. 8. recuſum Germanice, *Samlung auserleſener Wahrnehmungen aus der Arzneywiſſenſchaft,*

der

der Wundarzney &c. Francf. Leipz. 1757. 8. In eo diario plurima ſunt chirurgica. Hoc primo anno.

Ulcus cum carie carpi tandem ſanatum.

Iſchuria ex ulcere renis utriusque die 28 funeſtum, cum iter urinæ liberatum fuiſſet.

De cancro mammæ, ut hic certe ſcribitur, ſanato, & alio in homine lethali.

Gangræna ſpontanea tibiæ in juvencula ſanata.

L. H. S. chirurgus, de felici & velociſſima calculi ſectione le CATII. Unicus inter ſeptenos perierat, quibus calculum excideret.

Ad hanc relationem reſpondit D. MAUPILLIER (idem, ut puto, qui p. 271.) ubi monetur, hanc ipſam celeritatem magnum & periculoſum eſſe errorem.

Reſpondet anonymus, & le CATIUM tuetur.

Ipſe etiam L. H. S. in alia epiſtola le CATIO favet.

Conſilium pro calculoſo.

Pro ancyloblepharo.

DESTREMAU de vulnere genæ acinace inflicto & difficili.

In T. II. IDEM contra le CATIUM. Agarici BROSSARDIANI felix, etiam in caſu ſpurii anevryſmatis, uſus.

In T. III. de eodem agarico dubia contra CHABROLIUM.

De vulnere abdominis utrinque perforante, ut nullum tamen viſcus quidquam pateretur.

T. I. THIBAULT, chirurgus de fetu ventrali funeſto.

De cancro.

In T. II. de partu ventrali, de quo chirurgus THIBAULT retulerat. De magno abſceſſu in feminæ gravidæ inguine nato, & feliciter inciſo.

In calculoſo homine gangræna fere univerſi corporis & potiſſimum renum.

In T. XIV. de hernia ventrali maxima.

T. XXVIII. Inſignis curatio feminæ, cujus uterus ruptus, fetus in ventrem elapſus fuerat. Eum excidit, abdomen ſutura firmavit, feminam ſervavit.

T. I. LUZARCHE de puris per anum deceſſione tandem ſanata.

Calvaria fracta a lapſu, ſenſus amiſſi, ſanatio abſque uſu trepani, in infante quidem.

§. DCCLXXIII.

§. DCCLXXIII. Benjamin Gooch.

In *Phil. Tranſ.* Vol. XLVIII. P. 2. reperitur epiſtola hujus chirurgi, in qua de felicibus curationibus refert, quas agarico Brossardiano debuit, in tibiæ amputatione.

Idem edidit *caſes and practical remarks in ſurgery with ſketches of machines of ſimple conſtruction, eaſy application, and approved uſe* London 1758. 8. *. Curationes in noſocomio Shotteshamenſi, ab auctore ipſo debilis valetudinis homine perfectæ. Scopus ei in univerſum fuit, ſimplicia, ſed efficacia, auxilia proponere. Ecce aliqua ſpecimina. In enormi calvariæ fractura tredecies trepanum admotum, bono effectu: per plures dies acutum oſſis fragmentum in duram cerebri membranam inpactum fuerat, nullo cum dolore aut ſymptomate. Laminam plumbeam Bellostii laudat ad curandos fungos. Os occipitis bono eventu ſerra diviſum. Salivæ vehementem fluxum apta preſſione coercuit, cum pars glandulæ reſecta fuiſſet. Aliam faſciam ad incurvum collum corrigendum proponit. Novemdecim glandulas axillares exſtirpavit, diſſecto etiam muſculo pectorali. Mammam cancroſam excidit, ut tamen malum funeſto eventu in ſcapulis recruduerit. Cancer ex contagio admiſſi in potu ichoris cancroſi. Elaſtrum ad coercendum prolapſum inteſtinum. Calculus enormis magno aparatu exciſus: in femina calculus per vaginam exſectus. Exciſus apparatu magno enormis quindecim unciarum calculus: quindecim ex ſcroto & urethra magni calculi exciſi. Vaginam ſuper calculum in feminis audacter dividit. Teſtem corruptum cum velamentis ſuis cartilagineis exſtirpavit: hernias incarceratas gangrænoſas ſanavit. Oedema genu male pro hydrope articuli habitum, qui nullam curationem admittat. In gravi fractura partem oſſis eliſi, & utrumque nonnunquam os cruris, ſerra reſecuit, novumque os vidit renaſci; vidit id quaſi ſub fornice oſſis corrupti renatum. Ciſtulam pro tibiæ fracturis ſimpliciorem, & laminam deſcribit ad conprimendum truncum artus reſecti, nam acu intercipere non probat. Cutem loro conſtrictam revellit. Agaricum ſæpe non ſufficere, grumo ſanguinis ſe parum tribuere. Cariem ipſo igne corrigit. Bacilli chalybei cochleis connexi ad corrigendos artus curvatos. Felices effectus Peruviani corticis in gangræna propinati. Brachium tumidum & immobile, decocta cum inteſtinis aqua curatum. Tendines abſque ſymptomate conſuit, ut tamen acu putet abſtineri poſſe. Oſſa totius corporis præter dentes emollita.

Ejusd. *a practical treatiſe on wounds and other chirurgical ſubjects . . . a ſhort hiſtorical account of the riſe and progreſs of ſurgery and anatomy* Norwich 1767. 8. 2. vol. *. Hiſtoria primum chirurgiæ, quam medicina antiquiorem facit. Tunc chirurgica. Non adeo magnum in excidendo de cotyle humero periculum eſſe, dum pollice arteria ſub clavicula conprimatur. Quæ vulnera periculum habeant. Canem ſervavit, cui carotidem diſſecuerat. Multa collectanea, neque ſatis fida. Vulnus interoſſeæ arteriæ funeſtum. De ſuturis: de faſciis. Sanguinem lycoperdo conprimit. Divulſum & fractum ligamentum patellæ. Acum inciſa apo-

nevroſi de genu excidit. Calvariæ mala. Cariem eradit, deinde perforat. Terebras repetit, potiſſimum quando laminæ interioris fractura latior eſt quam exterioris. Suturis & ſedi ſinus falciformis non parcit. Duram matrem audacter dividit, fungos tamen meticuloſe tangit. Sanguinem ſub corium capillatum cranii in pueris nuper partu editis effuſum inciſione late facta eximit. DAVIELII adminiſtrationem graviora ciere ſymptomata. Funeſtum ulcus laryngis. Ad ſanguinem effuſum emittendum pectus perforat. Omentum ligat.

T. II. Hic idem opus redit, quod primo loco diximus, ſed multum auctum. Funeſtos eſſe fractæ calvariæ eventus, quod terebra negligatur. Iterum optimo eventu diſciſſa dura membrana. Sublimato in ſpiritu frumenti ſoluto pervicacem ophthalmiam ſuperavit. Hæmorrhagiam narium conpreſſit, turunda in vitriolum tincta, inque nares data. Evulſis duobus dentibus, materiei ex ſinu pituitario exitum aperuit. Periiſſe cui oſſa faciei craſſa facta ſint. Maxillæ inferioris pars quinque cum dentibus a carie deſtructa, reparata. Parotidem ſcirrhoſam feliciter excidit: muſculum cutaneum in facie cultro diviſit. Sic tumorem cyſticum excidit, qui thyroideam glandulam tegebat. Ex tumoribus gulæ hominum ſcorbuticorum eventum funeſtum ſecutum. Feliciter cancroſam mammam amputavit. Abſceſſus ſub coſtis ſpuriis, de quo calculi bilarii prodierunt. Laudes inſtrumenti HAWKINSII, quod vocat *cutting gorgeret*, & felices curationes eo inſtrumento factæ. Gangrænoſum inteſtinum repoſitum laminam depoſuiſſe. Tumor ſanguine plenus in altera nympharum. Fiſtulam ani ſetaceo per vaginam traducto ſanavit. In tumoribus genu MINDERERI ſpiritus ſaluti fuit. Ex fractura cruris cum vulnere conjuncta emphyſema. Seceſſio epiphyſios tibiæ.

EJ. *medical and chirurgical obſervations . . . an appendix to a former publication* London 1773, ut videtur, 8. *. Miſcellaneæ adnotationes clinicæ & chirurgicæ GOOCHII & amicorum, quæ hic omnes recenſeri nequeunt: ecce aliquas. Maxilla inferior inter mordendum corpus durum fracta, carne deſtructa, reparata. Felicem ſe fuiſſe in uſu terebræ brevioris, & duas tertias partes hominum ſervaſſe, quibus calvaria fracta fuiſſet. Ab ictu ſtlopi tabula interna late fracta, exemta; glans ipſa intra cranium manſit, neque eo minus ſaucius ille reſtitutus fuit. Ex ſanguinis jactura mortuus, cui humerus de acetabulo exciſus fuerat. Debere arteriam, quam ligare oporteat, longiuſcula forcipe dentata extendi, ut firmiter vinculis ſedeat. Emphyſema; coſta carioſa tuſſiendo fracta, felici tamen eventu. Cum in fractura complicata arteria medullaris plurimum ſanguinem funderet, terebratum os, arteria nudata, revincta. Caput oſſis femoris a collo ſeparatum. Id collum ſola vi muſculorum fractum. Mors ex emphyſemate & pulmonis vulnere, per phthiſin. Auctor monet, ne quis bronchocelen temerario auſu exſtirpaſſe velit, & exempla funeſti eventus adducit. In cancro oris felix uſus ſublimati hydrargyri cum decocto lignorum. De cancris in genere, triſtia prognoſtica, nihil profuiſſe cicutam &c. Teſtis in inguine reſes pro ſcirrho habitus. Calculus de inteſtino recto inciſo ſphinctere exciſus. Acuta forfice perforatum

os frontis; limpida aquula de vulnere & manavit & proſiluit; duram matrem aperire neceſſe fuit, effectus denique felix fuit.

§. DCCLXXIV. Josephus Lieutaud.

Familiæ Regiæ in Gallia medicus, nuper Archiatrorum comes, vir Ill. inciſor & clinicus.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1754. refert de tumore glandulæ thyreideæ cum corpuſculo membraneo in cavea laryngis ſuſpenſo & mobili.

Ejusd. *précis de la medecine pratique* Paris 1759. 8. *. Inter morbos internos etiam bene multi morbi externi, & manu curabiles occurrunt, tum univerſi corporis, ut inflammatio & omne tumorum genus, cum gangræna, tum topica mala, ut hernia, calculus &c. Medicamenta Stephaniæ laudat; ea renis quidem calculos non ſolvere, cæterum veſicales lapillos ex eorum uſu contabeſcere, niſi ſiliceæ fuerint duritatis: demum bilarios eorum efficaciam ſentire. Ren abſque dolore in pus verſus. Iſchuria ex indurata, quam vocat, mola veſicæ. Catheter rectus ad iſchuriam optimus. In hydrope ovarii inciſionem felicem fuiſſe. Carbo Provincialis minime contemnendæ malignitatis. Sabinæ uſu cancer faciei curatus, ut tamen ignem noſter præferat. Nunquam cataractam vidit membranaceam. Fuiſſe, ubi illapſa corpora aliena ſola ſuppuratione potuerint de gula expediri.

Ejusd. operis nova & aucta editio, *Synopſis univerſæ praxeos medicæ* ib. 1770. 4. 2. vol. De calculo; ſæpe in cavo veſicæ pone eminentias albas latere, quæ ab ureteribus deſcendunt. Ab uſu medicamentorum Stephaniæ homo calculoſus perfecte ſanatus: alius octogenarius valde levatus. De tumente in oſtio veſicæ callo, qui urinæ exitum intercipit. De efficacia cicutæ adverſus cancrum dubitat. Demerſionem in aquam marinam tamen in morſu canis rabidi profuiſſe. Suturas tendinum defendit. Herniæ: dilatationem anuli probat, & ſacci ſuper ſpecillum ſulcatum fiſſionem. Inverſa veſica per feminæ urethram dependit. Hernia ſpuria ab indurato adipe. In pneumatocele raro perforationem requiri. De hydrope medullæ dorſalis.

Ejusd. *hiſtoria anatomico medica ſiſtens numeroſiſſima cadaverum humanorum extiſpicia &c.* Paris 1767. 4. 2. vol. *. Operam cum Cl. viro ſuam conjunxit Antonius Portal. Tumores varii, lapides, indurationes, gangrænæ, abſceſſus, aquæ collectiones, exoſtoſes, oſſa mollia, morbi externi, fracturæ, luxationes, ancyloſes, alia id genus in cadaveribus inciſis per ſingulas corporis humani partes longa ſerie recenſentur.

§. DCCLXXV. BRITANNI.

JOHN DOUGLAS, chirurgus, quem puto diverſum eſſe a JOHANNE DOUGLAS dicto p. 160. *de hydrocele* Londin. 1755. 8. *. In Barbado inſula vixit, inde in patriam rediit, & BAKERI chirurgi noſocomii D. THOMÆ artificia laudat, quibus hydrocelen curat, tum humanitatem in communicandis ſuis adnotationibus. Multa legit, veterumque potiſſimum ſcripta. Anaſarca ſcroti: gelatinoſam vidit in filis celluloſæ telæ intertextam. Subito etiam orta hydrocele, ex rupta hydatide. Hæc ſpecies fotui cedit & ſcarifatis cruribus. Inde anaſarca funiculi ſpermatici, in qua teſtis liber eſt; malum parum notum, in quo cutem & celluloſam telam per totam longitudinem oportet findere. Tertia ſp. in cyſtide tunicæ vaginalis continetur; rotundus tumor, in quo aquæ undas percipias; non neceſſario cum duro teſte conjungitur, & ſiniſtrum fere latus tenet, a WISEMANNO dicta. Melius lanceola quam triquetra acu aperitur, & facile quidem. Ut abſque recidivæ metu curetur, oportet totam cyſtidem deſtruere, quod vix niſi in nupero malo fieri poteſt, neque fere niſi totam cyſtidem findas, quod optime fit ſerie fragmentorum lapidis infernalis impoſita. In vetuſtiori malo neceſſe eſt ovatam particulam cutis exſcindere, tunc totam cyſtidem ſolvere a celluloſa tela & eximere. Gangrænam ut avertas, bonumque pus excites, cortice Peruviano eſt utendum. Exemplum ubi idem cortex in profundo ulcere pedis feliciter adhibitus fuit. Neque tendines dolere, neque dubium eſſe, novum ſubnaturum velamentum, quod teſtem nudatum operiat. Alius humor aquoſus ſedet in cyſtide funiculi ſpermatici, & eamdem curationem accipit. Denique vera hydrocele teſtis ſupereſt, a FABRICIO ab AQUAPENDENTE deſcripta, rarum malum: ſed etiam in hernia vera aqua poteſt colligi. Saccum hernialem etiam cum bracherio vix obturari, quin aditus aliquis patulus ſuperſit. Morborum & curationum exempla. De aquoſis feminarum herniis, in labiis pudendi, in plica inguinis, utrinque aut in celluloſa tela, aut in cyſtide. Si in vulvæ labiis plurima aqua collecta fuerit, poterit gangræna ſupervenire, niſi ſcariſes. Sub finem POTTIUS jubet cyſtidem totam dividere, abſque exciſione ovatæ particulæ cutis.

Non ſeparabo *Remarks upon* DOUGLASS's *treatiſe on the hydrocele* Lond. 1758. 8. *. Auctor eſt OBADIAH JUSTAUMONT chirurgus, qui nomen tamen ſuum in eo demum ſcripto aperit, quod ultimo loco dicemus. Multa minuta carpit in anatome, in ſignis hydroceles. Omnes cellulas vaginalis tunicæ communicare. Non poſſe hydrocelen tamquam cyſticum tumorem curari, & cum periculo ejusmodi cyſtidem excidi.

Reſpondit JOHANNES DOUGLAS in libello *an anſwer to the remarks on a treatiſe upon the hydrocele* ib. 1758. 8. *. Pluſculos chirurgos citat, qui feliciter ſecundum ſua præcepta hydrocelen curaverint.

Cum interim DOUGLASSIUS de vita deceſſiſſet, reſpondit JUSTAUMONT & ſcripſit, *Defence of the remarks on Douglaſs's treatiſe of the hydrocele* ib. 1758. 8.*

Anatomica

Anatomica quædam excutit: nocuiſſe tamen adminiſtrationem DOUGLASSIANAM, ex ipſa relatione confirmat.

HENRY PARKER, chirurgi navalis, *the ligature preferable to agaric in ſecuring the blood veſſels after amputations* London 1755. 8. *. Parvus libellus, quo noſter monet, non poſſe majori ſanguinis jacturæ agaricum reſiſtere. In FAGETI experimento ſanguinem ſubſtitiſſe, verum ægrum nihilo ſecius interiiſſe. Ab agarico vaſa contrahi, humores cogi, ut in parvo vulnere aut in debili ægro ſufficiat; in arteria crurali, fatente WARNERO, vim agarici non ſufficere. Sed linum arteriæ circumjectum ab omni vulnere periculum avertere, & ſibi quidem ſemper ſatisfeciſſe: agaricum adeo tunc demum debere adhiberi, quando vinculo non eſt locus.

JOSEPH HIGGS, chirurgi Birminghamenſis, *a practical eſſay on the cure of venereal, ſcorbutic, arthritic, leprous, ſcrophulous and cancrous diſorders, in a method entirely new* ib. 1755. 4. *. Medicamenta ſua laudat, æthiopem mineralem, qui inunctus frigidos tumores tollat; mercurium, myrrhæ fumum ad tumores cyſticos. Ad cereos hydrargyrum currentem debere adhiberi. Ex eodem metallo cum creta remedium parari ad tumores cancroſos; ad vulnera ſtlopetaria valere decoctam cum interno quercus cortice aquam. Myopiam depreſſa lente cryſtallina curavit. Morborum ſanatorum exempla.

DAVID DESCHERNY *treatiſe of the cauſes and ſymptomes of the ſtone, and of the chief remedies in uſe to cure this diſtemper* ib. 1755. 8. *. Gallice, *traité ſur les cauſes & les ſymptomes de la pierre* ib. 1763. Auctoris uxor STEPHANIÆ ſoror erat, quæ tunc maxime ſua medicamenta vendebat. Cum vero varii medici a formula STEPHANIÆ recederent, ſolumque lixivium ſaponarium, aut aquam calcis ſolam propinarent, noſter conatur oſtendere, majores legitimæ ſcriptionis vires eſſe. Infeliciores exitus excuſat, quos ſororis ſuæ medicamentum paſſim expertum eſſet. Nihil debere mutari, recentiſſima medicamenta adſumi. A remedio STEPHANIÆ urinam vi lithontriptica imbui: ab aqua calcis potius vitiari, ut calculos, ſi in ea maceres, reddat grandiores. JURINI lixivium ſaponarium cauſticum fuiſſe, ut veſicam eroderet, SWANBERGI, BLANCHARDI, COLLETI, JAKSONI arcana potius deteriora eſſe. Exempla & hiſtoriæ curatorum hoc remedio ægrorum.

§. DCCLXXVI. GALLI.

PIERRE TOUSSAINT NAVIER, medicus Andegavenſis, jam a. 1751. ediderat *lettre à* M. AUBERT *dans laquelle on examine ſi le peritoine enveloppe immediatement les inteſtins.*

Cum ob eam rem AUBERTI refutationem eſſet paſſus, reſpondit Chalons 1752. 12. * non 1753. *replique à la critique ou libelle de* M. AUBERT. Pleraque ſunt anatomici argumenti, aliqua tamen habet de paracenteſi abdominis hydropici, quæ non abſque variis incommodis acu triquetra ſuſcipitur, & periculo

 non

non caret, quoties viſcus aliquod plenius eſt moleque auctum: exemplum perforati inteſtini; poſſe etiam uterum lædi.

EJUSDEM *obſervations hiſtoriques & pratiques ſur l'amolliſſement des os en général, & particulierement ſur celui qui a été obſervé dans la femme Supiot* Paris 1755. 12. *. Per analogiam experimentorum in ſiccis oſſibus factorum putat oſtendi, ab acore factum eſſe, ut SUPIOTÆ oſſa molleſcerent: contuliſſe ſalem quem plurimum ſolita fuerit adſumere.

Medecine experimentale, ou reſultat de nouvelles obſervations pratiques & anatomiques ib. 1755. 12. *. Auctor D. THIERRY alius a FRANCISCO amico noſtro, & qui idem diu in Auſtria vixit, & ſuis unice experimentis confidit. Ad chirurgiam ſpectant, quæ de inutilitate STEPHANIANI medicamenti habet, cujus novenni uſu calculus adeo non ſit diſſolutus, ut integer in veſica ſuperfuerit.

ALLIES, lithotomus in collegio D. COSMI ad calculum ſecandum probatus.

EJUS eſt *traité des maladies de l'urethre contenant l'origine, les progrès, la guériſon de pluſieurs carnoſités, retentions d'urine & la compoſition des bougies de toute eſpece* Paris 1755. 12. *. Carunculas non uno loco de fungoſis incrementis tunicæ intimæ efflorescere, ut etiam per oſtium urethræ prodiiſſe viſæ ſint. Evanuiſſe a morte ſubſidente natura ſpongioſa urethræ. Nihil hic cereis potentius, qui utique paulo difficilius ſubeant, cæterum intra ſextam hebdomadem carunculas ſupprimant. Eosdem efficere, ut proſtata detumeſcat. Mucum ciere non pus; poſt quatuor etiam horas is humor cereorum uſum ſequitur. Magis efficaces eſſe cereos erodentes, etſi non videantur mucum movere. Acria medicamina non debere in urethram inpelli, quæ in ſanguinem reſumi phthiſinque facere poſſint. Curationes & noſtri & patris, in quibus catheter difficulter ſubiit, perforata eſt clauſa urethra, curatæ fiſtulæ. Eſt ubi cerei adverſus iſchuriam non valuerint. Temerariam caruncularum per lapidem infernalem eroſionem mortem eſſe conſecutam. Multa exempla fiſtularum urethræ, quæ cereorum auxilio clauſæ fuerint. Acu triquetra glans cæca aperta; cereo ultra ſinus introducto fiſtula ſanata. Contra balænariarum virgarum in urethra uſum, quæ diſſiliant: plumbum melius eſſe, tamen & ipſum frangi, & cum pars ejusmodi ſpecilli in veſicam illapſa fuiſſet, fruſtra infuſo hydrargyro malum in mortem tranſiiſſe. Catheteres ſuos deſcribit, ſimiles RONCALLIANORUM. Cereorum longitudinem debere novem eſſe unciarum & ultra. Ut ii præparentur. Poſſe vi erodente, emolliente, aut ſanante imbui, uti diverſis unguentis ceram temperaveris. Eſſe ubi febris & inflammatio cereorum uſu cogant abſtinere.

PETRI DEJEAN *regles & obſervations importantes pour les perſonnes attaquées de hernies, avec une diſſ. ſur les bottines pour les enfans* Paris 1755. 8.

EJ. *obſervations touchant les hernies ou deſcentes* ib. 1762. 8.

Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, und Unterricht für die Hebammen auf Befehl H. von Luce Intendant von Elſaß unter der Aufſicht des H. Gervaſy Strasburg 1755.

1755. 8. 2. vol. * Lego in meis adnotationibus auctorem eſſe D. du VERGET, quare fuerit idem l. cum eo quem dicemus: ex Gallico enim ſermone verſum eſſe nimis eſt manifeſtum. Cæterum compendium eſt chirurgiæ, chirurgis Alſatiæ & obſtetricibus a Miſſo regio LUCE diſtributum, ut ſe ad id exemplar accommodarent.

In Tomo I. breve quoddam chirurgiæ compendium habetur, deinde ars obſtetricia. Secundum volumen potiſſimum adnotationes continet, ad ſingulas a capite ad calcem operationes. In morbis palpebrarum muſculum orbicularem debere in transverſum dividi, levatorem ſecundum longitudinem (conſilium ex theoria natum, quod ægre quisquam ſequatur). Non debere plumaceola in labii leporini curatione ſub acus dari. Tonſillas lino intercipit, ut contabeſcant. Contuſo muſculo emollientes herbas vino incoctas debere inponi. Magna mala a meningum ſuppuratione metuit, quæ præterea plerumque nimis ſero adgnoſcatur; cum vulneribus ſtlopetariis id infortunium fere conjungi, & ſolere una cerebri adeſſe ſuppurationem. Luxatum caput & vertebras tamen corrigere ſuſcipit. Bronchotomen laudat, quæ ad illapſum in aſperam arteriam peregrinum corpus ſuſcipitur. Ut FRANCISCUS QUESNAI nummo bis perforato arteriam intercoſtalem conpreſſerit. Axillares glandulas non metuit exſtirpare. Vulnera ventriculi tamen ſanari poſſe: exemplum, cum ſuturæ fila non poſſent tolerari; eo in malo alumen diſſolutum bene propinari. Inteſtina ſauciata multis punctis diſtinctis conſuit, quodque filum in anſam colligit, fila omnia in glomerem conjungit. In abdominis vulnere utique poſſe inciſione facta effuſum ſanguinem emitti. Ut inteſtinorum parte ſiderata, inteſtinum ad labia vulneris feliciter adſutum fuerit. Ut femur ex lapſu in trochanterem poſſit in acetabulum inpelli, partes eae contundi, & a collecta demum materie femur de acetabulo ejici. A vulneribus ſtlopetariis ſenſum frequenter amitti. Ut arteriæ cubitalis vulnus ſtlopetarium diſſecto terete muſculo nudatum, & ſanguinis ſcaturigo ſuppreſſa fuerit. Non continuo amputandum, humerum enim convaluiſſe, qui totus diſſectus fuerat. Quibus ex ſignis diſcamus, non poſſe amputationem effugi. Ex D. *de la* FAYE, ut poſſit femur ex acetabulo excidi, ſervato carnis ſegmine. Vulnus ſtlopetarium lente ſanatum, cum ſquamæ oſſæ pulmonem conpugiſſent.

Projet de reglement demandé par quelques medecins de la ville de Lille. Memoire pour les MM. Chirurgiens de Lille opoſans au projet ci-deſſus & demandans d'un autre reglement contre quelques medecins du college de la même ville Lille 1755. 4.

Suite des pieces concernant les chirurgiens indépendemmant des medecins. Reflexions pour les MM. Chirurgiens de Lille concernant le droit que quelques medecin diſputent d'examiner les ſages femmes les lithotomiſtes les oculiſtes & les autres operateurs Lille 1755. 4.

Arrêt du parlement qui homologue les deux deliberations générales des M. és arts & ſcience de chirurgie de Paris, autoriſe les Prevots en exercice a percevoir chaque année un droit de viſite double ſur ces différens memoires du dit corps des Chir. lequel ſera de

de 12 l. pour chacun des MM. en Chirurgie & de leurs veuves & de 4. l. pour chaque Expert dentiſte, oculiſte, herniaire & ſagefemme ib. 1755. 4.

§. DCCLXXVII. Belgæ.

Isaac Hendrik de Bruas *het gebruyk des lepels herſtellt, or kort berigt omtrent eenige inſtrumenten dienende in de vroedkunde* Middelburg 1755. 8. *. Inſtrumenta varia propria. Uncus obtuſus, quo in inguen acto fetum repellit, qui natibus in pubem nititur. Furca obtuſa, quam ſub alam dat, corpuſque levat, ut pedes quæri poſſint, tunc quam primum altera tibia prodiit, eadem furca ad inguen admovetur, & corpus ſurſum pellitur, ut pedes apprehendi poſſint. Sic quando nates præcedunt. Cochlearia duo, quorum alterum emarginatum, eo caput in utero relictum educit; Caput incuneatum utroque cochleare conprehenſum expedit. Dudum ante Rigaudeau ſe hæc inveniſſe, & nimis debiles eſſe laminas Roonhuysii. Nunquam ſe fefelliſſe artificium, ut vola manus ſecundum mentum, deinde ſecundum faciem data, digitis denique verticem capitis fetus conprehendat, dum altera manu pedes extrahit.

Verzameling van genees, heel, en arznykundige anmerkingen Vol. I. & II. Delft 1755. 8. An forte Vandermondii.

§. DCCLXXVIII. Itali.

Ercole Bertelli, chirurgi, *Riſpoſta ad una lettera del S. Giuſeppe Rocchi* (pharmacopolæ) Piſauri 1755. 8. *. Cum iſte aromatarius oculo, in quem lapis ceciderat, ſpiritum vini inſperſiſſet, tanta facta eſt inflammatio, ut æger viſum amiſerit. Noſter emollientia fomenta adhibuit, & hoc etiam libello oſtendit, ſpiritum vini in faciei vulneribus male adhiberi. Cum eo in epiſtola adjecta ſentit Janus Plancus, & ab ejusdem ſpiritus uſu ſpaſmum cynicum ſuperveniſſe teſtatur.

Dominici Masotti *lettera ſopra gli inſtrumenti neceſſari alla litotomia delle donne, e ſopra l'ago* Barbettiana 1756. 4.

Id opuſculum auctor, nunc in noſodochio Florentino chirurgus lithotomus, recuſum edidit cum titulo *la lithotomia delle donne perfetionata* Firenza 1763. 8. * Christophorum de Vega de ſpeculo ſcripſiſſe, quo urethram in femina dilataverit, calculum exemerit: ſic & noſter ſpeculum tricrure ad naturæ ductum curvatum deſcribit, quod propriis alis totam urethram dilatat. Aliquoties feliciter ſuo inſtrumento uſus eſt, ut etiam veſicæ ſua vis urinam continens ſervaretur. Cum calculus in collo veſicæ lateret, eum digito per anum dato elevavit & eduxit. Inde inſtrumentum ſuum perfecit, ut & ſpeculum ſit & forceps. Habet etiam acum triquetram, & ipſam perforatam, foraminibus ad foramina tubuli reſpondentibus. Neſcio quem formidabilem inſtrumenti adſpectum non probes.

Ej. diſſ. *ſull un aneuriſma del poplite* Rimini 1772.

Francisci

Francisci Passeri *Raggionamento apologetico, in cui ſi eſpone la vera metodo di medicare le fratture complicate, confutando alcune dottrine erronee eſpoſte da un certo medico d'Urbino a nome dal novello chirurgo della medeſima città* Rimini 1755. 8.

Diſſ. *ſopra l'arte di reſtabilire la viſta* Peſaro 1755. 4. Astruc. An Taylori p. 180.

Leviter tango, etſi chirurgici pariter ſunt argumenti, quæ ad litem de inſenſili multarum corporis humani partium natura pertinent, in anatomicis dicta. Eo ergo Urbani Tosetti *lettere ſull' inſenſibiltà di alcune parti degli animali* Rom. 1755. fol. *. Experimenta Romæ facta. Ex vulneribus tendinis Achillis, duræque cerebri membranæ, nulla unquam ſymptomata ſecuta.

Cesareo Pozzi *lettera al* D. Anton. Laghi Florent. 1755. fol. Experimenta numeroſa Florentiæ facta a J. Vespa, tum alia Graziani, Everardi Audrich, omnia in eumdem ſenſum.

Inde J. Vincenzius Petrini, Profeſſor Nazarenus, Romæ 1755. 4. * collectionem cum titulo edidit, *Sull' inſenſibilità e irritabilità di alcune parti degli animali.* Primum Petrinus de horum experimentorum in univerſa chirurgia utilitate agit, cum potiſſimum per ea chirurgi metu liberentur, quoties tendines, aponevroſes, meninges diſſecare expedit. Deinde tres epiſtolæ Urbani Tosetti cum numeroſiſſimis experimentis, & ejus Cl. viri, & Laurentii Gratiani, Ignatii Vari, Morandi, E. Audrich, aliorum, quibus eadem vulnerum harum partium animati corporis innocentia confirmatur.

Succeſſit a. 1756. quarta Tosetti epiſtola 4. * recuſa in Fabri collectione, & in Gallica *mea collectione* Lauſann. 1760. 12. *. Adverſus Laghium & Bianchum, quorum neuter in experimentis ſuis ita verſatus ſit, ut legitimos potuerit eventus ſperare. Laghium ipſum tendinem in homine perforaſſe, qui nihil ſenſerit. Sic J. B. Miceri. Vespam oſſa reſecuiſſe non remoto perioſteo, nullo ſuperveniente ſymptomate. Mala, quæ tendini in venæ ſectione percuſſo tribuuntur, eſſe a læſo nervo.

§. DCCLXXIX. C. G. Ludwig.

Christianus Gottlieb Ludwig, quem nuper amiſimus, Sileſius, medicorum Lipſienſium Decanus, ut omnes medicinæ partes, ita & chirurgiam adtigit.

Huc ejus aliquæ faciunt diſputationes aut programmata.

De collo femoris ejuſque fractura Lipſ. 1755. 4. *. Femoris luxationes variæ, aliqua etiam exempla, tum capitis a collo ſeceſſionem, quæ in adulto non viſa ſit, & alieno etiam in puero loco acciderit. Exemplum colli femoris fracti, ad latus legitimæ ſedis adnati, collive introrſum & ſurſum de loco moti. Luxatum antrorſum femur non poſſe contineri.

Ej. *de oſſibus in femina emollitis* Lipſ. 1757. 4. *. Vertebræ & oſſa ilium mollia, coſtæ flexiles, cortice oſſeo tenuiſſimo, claviculæ curvæ, ſcapula mollis, humerus in ſemicirculum flexus, oſſa longa artuum tenuiſſima cruſta tecta. Neque tamen oſſa fracta.

Ej. *monita de exſcindendis tumoribus cyſticis* ib. 1758. 4. *.

Ej. *de læſa oſſium nutritione* ib. 1759. 4. *. De fragilitate oſſium ejusque cauſis: de eroſione ejusque pariter cauſis, de emollitione.

Ej. *de lumbricis inteſtina perforantibus* ib. 1762. 4. *.

Ej. *de iſchuria ex veſicæ tumoribus* ib. 1767. 4. *. Integra hiſtoria morbi cum cadaveris diſſectione.

Ej. *de paraplegia ex fractura vertebrarum colli* ib. 1767. 4. *. Fractarum colli vertebrarum exemplum.

Ej. *de luxatione vertebrarum colli a medico forenſi circumſpecte diſquirenda* ib. 1767. 4. *. Exempla ubi a capite prima colli vertebra, aut ab iſta ſecunda, aut tertia a quarta diſceſſit, funeſto ſemper eventu, ut tamen in cadavere nullæ manifeſtæ cauſæ mortis adparerent.

Ej. *de ſuctione vulnerum pectoris* ib. 1768. 4. *. Machinam cum appenſo globo depingit, in quam ſanguinem de cavo pectore ſugit.

Porro *Inſtitutiones chirurgicæ prælectionibus Academicis accommodatæ prodierunt* ib. 1764. 8. *. Compendium pro prælectionibus ex optimis fontibus collectum. Anevryſma verum negat ex debilitatis tergoribus arteriarum naſci poſſe. Vulnera nervorum non valde eſſe dolorifica. Callum oſſium ex coacto humore conſiſtere. Bronchotomen ſcalpello rectius adminiſtrari. In ſcrophulis argentum vivum, & nonnunquam cicutam, prodeſſe. De eodem inſtrumento, quo ſanguis de cavo pectore exſugitur.

Ej. *inſtitutiones medicinæ forenſis* ib. 1765. 8. *. Belgice Rotterdam 1767. 8. *. Huc pertinent, quæ de vulneribus & eorum ad mortem inferendam poteſtate in genere, deinde de vulneribus ſingulatim habet.

Ej. *adverſaria medico practica* Tomus I. a. 1769. 1770. Lipſ. 8. *. De ſtaſi ſanguinis in vaſis, quæ abſque inflammatione fit. In eadem femina hernia inguinalis & cruralis: de eodem ſiphone ad exſugendum de thorace ſanguinem a Breuero invento. De doloribus in ſpina dorſi ex nimio conatu natis, cum exemplo tuberculorum, præter naturam ex vertebrarum corporibus natorum.

Tomus II. P. 2. de luxatione vertebrarum colli, de curvata ſpina dorſi, quæ rariſſime antrorſum, potius ad latera cedit & hactenus reſtitui poteſt. Ancyloſis. In P. 3. de femina cujus oſſa mollia facta. P. IV. de modis corrigendæ ſpinæ dorſi curvatæ, mollibus pulvinis, cavendo ne ægrotus curvatus dormiat. Ferramenta rejicit.

T. III. P. I. de carie oſſium fuſe, & curata immani in tibia carie, exemta

tota

tota tibia. Nova oſſa ex oſſis natura, non ex membrana renaſci. Plerumque ſine deligatione curavit. P. 2. Fiſſura longitudinalis. P. 3. Ex fractura vertebrarum colli paraplegia.

In *Commentariis Lipſienſibus* paſſim aliquæ relationes propriæ, & de vulnere ſtlopetario pectoris, in quo globus inter nonam & decimam coſtam penetravit T. VI.

§. DCCLXXX. Germani &c.

J. Andr. Harnisch *Gedanken wie Hebammen ihr Amt und Pflicht in acht nehmen, in gleichen wie ſchwangere ſelbſt bey ihrem Zuſtand ſich verhalten ſollen* Leipz. 1755. 8.

Joach. Niemand *Unterſuchung der Frage, ob es nothwendig ſey bey einer Wunde an dem oberſten Theile der Bruſt paracenteſin thoracis anzuſtellen* Helmſt. 1755. 4.

Der Statt Nürnberg verneuerte Hebammenordnung Nürnberg 1755. 4.

Frid. Wilh. Gunther *obſ. chir. medica de contuſione articulationis genu, & inprimis læſione ſingulari tendinis communis muſculorum extenſorum tibiæ* Wolfenbuttel 1755. 4. *. Fuſa narratio.

J. H. Brandau diſſ. *chirurgica ſiſtens ſingularem caſum concernentem vulnus capitis ubi ſtlopeta cranium non modo fractum, ſed & cerebri ſubſtantia corticalis ut & medullaris partim læſa partim effluxa abſque trepani operatione feliciter ſanatum* Caſſell 1755. 4. *.

Des Sanitätrahtes zu Zurich Mittel ſo bey dem Biß wütender Hunde zu gebrauchen 1755. 4. *. Pulvis antilyſſus Meadii.

J. Phil. Baumer *Unterricht Menſchen und Thiere von dem Biſſe der tollen Hunde zu heilen* Erfurt 1755. 8.

Die edle Reitkunſt und Anhang von der Roßarzney Eiſenach 1755. 8.

§. DCCLXXXI. Disputationes.

Alexandri Monro, Alex. fil. *de ſemine & teſte diſſ.* Edinburg 1755. 8. *. Punctum aureum in animalibus locum habere, non perinde in homine, nam ibi utcunque celluloſam funiculi telam coarctaveris, nunquam recidivam impediri.

Ej. *ſtate of facts concerning the firſt propoſal of performing the paracenteſis of the thorax* ib. 1770. 8. * nempe propter aerem in pectus effuſum & ſuffocantem. Ante Hudsonum, diſcipulum ſuum hanc adminiſtrationem ſuaſiſſe.

Ej. in *Eſſays and obſſ. phyſ. an litter.* T. III. Spaſmus cynicus a fragmentis oſſis depreſſis.

Ib. experimenta de opii vi, extus ad animales partes admoti.

Alexandri Bruce *de hydrophobia* ib. 1755. 8. * & in *ſelectis pract.* In rabiem canes agi, ſi æſtate ſiti torqueantur. Inciſio hydrophobi. In inſula Barbados ignem admotum hominem demorſum ſervaſſe.

WILH. BROUGHTON *de ulcere uteri* Edinburg 1755. 8.

JOH. MACDONNEL *de calculo* ib. 1755. 8.

CHRISTIAN LUDW. SCHAEL *de funiculi umbilicalis deligatione non abſolute neceſſaria* Gotting. 1755. 4. *. Ex ROEDERERI placitis, pene continuo a partu pulſum in funiculo umbilicali ceſſare. Poſſe tamen hæmorrhagiam fieri, ſi funiculus continuo & proxime a partu abruptus fuerit.

ANDREAS LINDEMANN *de partu præternaturali, quem ſine matris aut fetus ſectione abſolvere non liceat operatori* ib. 1755. 4. *. Eos caſus definit ad anguſtam pelvim, partes genitales induratas; iſto in caſu mavult os uteri incidere, quam partum moliri Cæſareum. Porro huc refert prolapſum per herniam uterum: fetum ventralem, tubarium. Sed etiam fetum violare cogit caput incuneatum, pelvis anguſta, fetus hydropicus, monſtroſus, fetus transverſus cum elapſo brachio &c.

J. CHRISTOPH GRAM *de ſcirrho & carcinomate* Leid. 1755. 4. *. Materies calcaria in gl. thyreoideæ celluloſam telam effuſa, & in glandulas Meſenterii, inque ſarcomata vaginæ. In brachio tumor adipoſus. Nulla pars corporis humani a ſcirrho tuta.

JOHANNIS TAK *ſpecimen obſtetricium de partu difficili capite infantis prævio* Leid. 1755. 4. *. Ejusmodi partum difficilem fieri, vel pelvis vitio, vel capitis fetus malo ſitu ad pelvim non recte accommodato. Porro a fetus humeris caput retinentibus, demum a duro ore uteri, vagina confervente, aquis nimis præcociter effluentibus. Ejusmodi caput expediri vectibus Roonhuyſianis, quos non valde probat, aut forcipe SMELLII curva, quam valde laudat. Ad fetum altius poſitum tamen aliam forcipem requiri: ſed rectam forcipem minus eſſe idoneam, quæ non facile ſubeat. Curvam etiam LEVRETI forcipem probat, quæ pelvis curvitatem ſequatur, & commode brachia ſua conjungat. Forcipes in univerſum vectibus hactenus præſtare, quod in ſe ipſis ſuum hypomochlion habeant. Recuſa eſt cum alio titulo.

CORNELIS JACOB TIEBOEL *theſes medicæ ad artem obſtetriciam chirurgiam &c.* Leid. 1755. 4. *.

WILHELM LEOPOLD VEERMAN *de ſuppuratione* ib. 1755. 4. *.

ARNOLD ROCHUSEN JUNGERHELD *de inflammationibus in genere* Leiden 1755. 4. *.

CHRISTOPH GOTTLIEB TRAUTMANN *de neceſſitate accelerandi partus* Lipſ. 1755. 4. *.

J. BALTHAS. JANTKE *de præmaturo aquarum parturitionis ex utero gravido effluxu* Altdorf 1755. 4. *.

FRIDER. W. KRAUSE *de brachii inflammatione & gangræna curatis* Helmſtätt. 1755. 4.

GEORG GOTTFRIED REICHARD *de hæmorrhagia uteri partum inſequente* Argentor. 1755. 4.

ANDREÆ

Andreæ Lud. Saure' & F. Henr. Dubois *de ſectione frenuli linguæ* Paris 1755. 4. *.

§. DCCLXXXII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* vol. XLIX. P. I. ſ. anni 1755.

Richardus Guy maximum tumorem de meliceridis genere in abdomine in cadavere vidit.

Ej. *Eſſays on ſcirrhous tumours and cancers* London 1759. 8. Arcanum ſuum laudat.

Ej. *practical obſervations on cancers and diſorders of the breaſts* ib. 1762. 8. *, quod prioris libelli eſt quaſi ſupplementum. Centum hiſtoriæ cancrorum in mammis curatorum, arcani ope, quod auctor ſibi ſervat. Scirrhorum varietas, plani & retracti ſcirrhi ſymptomata cancri. Hydrops mammæ & mamma dolens. Cicutam potius nocere.

Ej. *the anſwer on the introduction of* T. Gataker ib. 1765. 8.

Jacobi Latterman *de experimentis agarico Broſſardiano Pariſiis factis*, in equis, quæ feliciter ceciderunt, & de iisdem Jacobus Parsons.

Dc eodem agarico Joh. Ford pariter felicia eventa narrat, & de eodem Guilielmus Thornhill.

Joh. Nedham de ſanato puero, cui magna pars inteſtinorum exciſa fuerat.

Richardy Broklesby experimenta in vulneribus tendinum facta in vivis animalibus, quæ nihil inde paſſa ſunt.

Jonathan Wathen de ſpecillo in tubam Euſtachianam dando, invento Johannis Douglas.

Ej. *the conductor and containing ſplints, or a new inſtrument for the ſafe conveyance and cure of fractures of the leg* London 1767. 8. *. Subligaculum ad genua quatuor cum articulis: duo tubi ſtannei, qui æneo elaſtro in vectem dentatum ita firmantur, ut ii vectes preſſo elaſtro in tubum redeant, inſtrumentum totum dimidio brevius fiat, neque tamen intus rectitudo quidquam patiatur. Ferulæ ex valente corio fiunt, exteriores longiores, interiores ad muſculos fictæ: ita pes in omni ſitu firmatur.

In *Actorum Helveticorum phyſico mathematico anatomico botanico medicorum* tomo II. Baſileæ 1755. 4. *. Philippus Jacob Schlotterbeck labrum, quod vocat, ophthalmicum deſcribit, cucurbitulæ fere ſimile.

In T. III. a. 1757. 4. *. Cancer tota tempora occupans. Ulcus metatarſi carioſum. Ulcera alia pervicacia poſt variolas relicta.

In Vandermondiani diarii T. II. Marigues de hernia umbilicali congenita. Ad aliquas objectiones in T. III. reſpondet.

Fff 3 T. XXVII.

T. XXVII. hydrophobia ex mero æſtu nata.

T. XXIX. non accurate ſe a D. AUBRAI citari.

T. XXXII. fiſtula ani abſque operatione curata.

T. XXXVI. ophthalmia venerea ab adſtringentibus injectionibus orta, curata cereis in urethram datis, qui ſuppurationem cierent.

MOUCET de magna calvariæ carie.

BONAMI de duobus calculoſis a F. JOHANNE de S. COSMA feliciter curatis, quorum alteri a muricato calculo veſicæ membrana interna in fungi ſpeciem mutata fuerat.

CAMBON ſuum teſtimonium addit.

D. chirurgus anonymus de hernia inguinali, cui gangræna funeſta in altero latere ſupervenit, etſi chirurgus in curatione caute erat verſatus.

Os carioſum ex corruptione ſcorbutica ſponte fractum.

J. ALBERTUS SCHLOSSER de WARNERI periculis, quibus agarici Broſſardiani vim ſalutarem confirmavit.

In T. III. de eodem denuo, experimenta in Hibernia facta, felicis eventus.

Caries & gangræna ex tumore in orbita nato; anonymi.

RIGAUDEAU chirurgus, ex ſpathula ad ignem curvata cochlear fecit, quo caput inpactum expedivit, dum coccygem reprimebat.

FAVWEL de vaſculo quo urina recipitur, quando nequit contineri.

IDEM de bracheriis, quæ invenerit, eburneis.

L. M. C. P. ad chirurgi MARIGUES herniam umbilicalem animadverſiones.

GAULTIER de ſcroto & pene in anguſto ferramenti aditu vehementer eliſo, tandem liberato.

VARNIER de calculis paſſim & in corpore repertis, aut decedentibus.

ID. T. VIII. gangræna ſenilis cinchona ſublata.

ROCHARD, chirurgi, de vi efficaci agarici Broſſardiani, experimenta huic auxilio faventia. Tincturam etiam ſanguinem conprimere.

ID. de fractura cum partium eliſione cortice chinæ chinæ bonaque curatione tibia reparata.

ID. ut puto, de epilepſia repetitis cauteriis ſanata.

C. contra medicamenta erodentia, funeſto eventu in tumore cyſtico adhibita.

. . . CHABROL bis de vi ſtyptica agarici quam contra DESTREMAU defendit. In vulnere arteriæ brachialis ſanguinem conpreſſiſſe, neque ejus ſalutarem efficaciam a preſſione pendere.

Darlue M. D. de morſu lupæ rabidæ. Unguentum mercuriale fruſtra fuit, & in ventriculo inflammationis ſigna gulaque contracta reperta. Mature ſumtus hydrargyrus felicior fuit. Pergit a. 1756.

T. X. aliquot exempla gangrænæ a cauſa interna natæ, & cortice Peruviano ſuperatæ.

T. XI. ſcirrhum inveteratum inteſtini Belladonna ſanatum refert.

T. XIV. non ſatis certum experimentum hydrophobiæ alcali volatilis uſu averſæ.

Porro T. II. de Berge, medici, mors ex vulnere exiguo inter diſſecandum facto.

Idem T. VII. de hydrope ſublato, abdominis ſub umbilico ſpontaneo hiatu.

T. II. Rousselet chirurgi, hernia gangrænoſa; inteſtinum corruptum inciſum, inde fæcum effluxus: reſecta pars gangrænoſa inteſtini ad decem pollices; vulnus a ſola natura clauſum, ut excrementa legitimam viam relegerent, nulla ſutura adhibita.

Domine profundum abſceſſum abdominis ex inflammatione natum inciſione ſanavit, per ipſos muſculos producta.

Seron viri inciſionem tradit, qui pro calculoſo habitus fuerit, ut calculus cathetere modo tangeretur, modo omnem pertentationem effugeret; qui idem tandem calculo per ſectionem liberatus, renem habuit purulentum, & numeroſos in pelvi calculos.

Præmium Academiæ Regiæ chirurgicæ pro anno 1755. retulit chirurgus J. Bessiere. De cauteriis quærit. Eorum utilitatem commendat in tumoribus articulorum frigidis, quibus ferrum candens optime convenit. Sic in carie. In cancro minus ab eo auxilio ſperat, in quo erodentia medicamenta nocuiſſe vidit. Ulcera phagedænica penis & ipſa ignem ferunt. Hiſtoria cauteriorum veteribus familiarium nuperisque.

Anonymi de cauteriis diſſertatio.

In *Hamburgiſchen Magazin* T. XV. Anonymi de indurato poſt gonorrhœam teſte æthiope minerali & emplaſtris curato.

In T. XVI. calculus in cornicis cerebro.

Deglutitus nodulus metallicus poſt ſexageſimum diem demum rejectus.

Inſtrumenta hic redeunt Walbaumi.

Diſſ. de vulnerum ad mortem inferendam poteſtate.

Glaseri vaſculum ad metiendum ſanguinem, qui emiſſus eſt de vena ſuo loco diximus.

In *Mercure de France* 1755. Jun. P. I. Felix uſus inſtrumenti F. J. de S. Cosma.

Ib.

Ib. Pipelet de hernia non repoſita, quod adhæreſceret, & in gangrænam verſa.

Ulcus fæces fundens, vulnusque ſponte feliciter ſanatum.

Idem in *Mem. de Chir.* III. contra ligationem epiploi. Exempla malorum inde natorum. Etiam canes ab injecto vinculo vomuerunt, ægroti non perinde quando omentum abſque vinculo de vulnere pendebat. Deinde omentum ſibi relictum ſanum eſt, vinctum calloſum reperitur & contractum.

In *Merc. de Franc.* 1755. Mart. Bertrand de ſanato vulnere ventriculi & diaphragmatis, repetita venæ ſectione, potu acidulo &c.

Hoc anno nova in Hollandia ſocietas coaluit, cujus acta cum titulo *Verhandelingen uytgegeven door de Hollandze maatſchappy der wetenskapen*, ſolent prodire. In primo volumine Haarlem 1755. 8. * exſtat relatio J. Henr. Schutte de juvene, cui molendinum aliquot uncias cerebri profligaverat, ut pars calvariæ ſub frontis partem ducta eſſet, neque poſſet expediri, poſt tanta mala feliciter ſanato: idem forte de quo Ellerus.

Idem T. III. de ſanato vulnere capitis, quod in cerebrum penetraverat.

Petri Sannie fungus uteri ſublatus vinculo injecto.

In T. II. vulnus ſtlopetarium pectoris & pulmonis ſanatum.

In T. III. de vulneribus arteriarum curatis preſſione laminæ per cochleam appreſſæ.

In T. V. Ejusd. de vagina clauſa aperta ſanguis collectus emiſſus.

Sed etiam ſecundus Tomus eodem anno prodiit.

In eo J. M. Hofmann agit de vulnere pectoris punctorio cum læſione gulæ: hoc vulnus ſanatum eſt etſi ægrum phthiſis abripuit.

Idem de vulnere ſtlopetario pectoris, in quo fruſtra fuit paracenteſis, quod pulmo adhæſiſſet, quare alio loco incidere neceſſe fuit, quo multum puris feliciter eductum eſt.

Ejusdem exempla ſanatæ fractæ calvariæ, etiam cum lamdoidea ſutura violata eſſet, ubi admota terebra felicem eventum habuit, ut non ſit de vulneribus deſperandum, quæ inferiori loco calvariam aperuerint. In alio exemplo fractura ad uſque orbitam penetrans trepano, preſſim ad latera ſinus longitudinalis bono effectu admoto, eductus plurimus ſanguis.

Idem in *Act. Helvet.* T. III. de fractura ſuturas ſuperante funeſta.

Porro in *Verhandel. der Maatſchappy &c.* T. II. B. Fuun de carie ſanata longo & interrupto uſu mercurii præcipitati, ut duo grana ſingula hebdomade bis ſumerentur, cum ſimpliciſſima deligatione.

Idem T. III. de coagulato in mamma ſucco, lacteo forte, non aliter niſi frictione ad ignem educendo, quo auxilio enormis inde ortus dolor mitigabatur.

L. Sten.

L. STENHUYS curatio herniæ incarceratæ, in qua magna pars craſſi inteſtini continebatur. Gangræna ſupervenerat, & anus manſit artificialis, quem elaſtico pulvino tegere neceſſe fuit.

§. DCCLXXXIII. HENRICUS NEPOMUCENUS CRANZ.

LEVRETI diſcipulus, celebris profeſſor Vindobonenſis.

EJUS *commentarius de rupto in partus doloribus a fœtu utero* Wien. u. Leipzig 1756. 8. * & excerpt. in *Journ. de Medec.* T. V. Præter alia, quæ collegit exempla, & ipſe fetum in ventre vidit, uterum ruptum. Moles fetus inſolita, omnino 23. ℔. Sectionem Cæſaream hoc in caſu licitam eſſe putat, ejus adminiſtrationem deſcribit.

Redit & Belgice cum PUZOS Amſterdam 1768. 8.

EJ. *Einleitung in eine wahre gegründete Hebammenkunſt* Wien 1756. 8. *. Paſſim propria conſilia. Non debere coccygem valde urgeri. Tumores labiorum vulvæ non eſſe parvi faciendos, qui ſanguine ſuffuſi periculum habeant. Gemellorum priori educto, placenta non prius educenda, quam & alter in lucem ſit editus. Cæterum non debere placentam prius educi, quam uterus ad piri magnitudinem ſe contraxerit. Non premendas genitales fetus partes, unde gangrænæ ſit periculum. Male SIEGMUNDIAM membranas divulſiſſe. Pedes non ſimul ſed deinceps educendi. Ut fetu in uteri ore verſante, poſitus ejus poſſit cognoſci, fuſe. Os uteri vix niſi in male nata femina poſſe ad os pubis declinare. Brachia fetus corpori parallelo ſitu debere educi. Placenta præpropere evulſa funeſta de funiculo hæmorrhagia.

Altera editio anni 1768. 8. * aucta eſt. Præcipua præcepta & conſilia hic proprio typo diſtinguuntur, ut facilius diſcenti ſe offerant. Auxilia quæ manu parienti præſtantur dilucide exponuntur. Non debere uterum obliquum datis in oſtium digitis corrigi, ne rumpatur.

Belgice Haarlem 1772. 8.

EJ. *de re inſtrumentaria in arte obſtetricia cum tribus obſervationibus* Nurnberg 1757. 4. * & in appendice voluminis primi *Novorum Actorum Ac. Nat. Curioſorum.* De inſtrumentis agitur, quibus veteres ad partum adjuvandum uſi ſunt. Obſtetriciam illam forcipem RUFFIO deberi, in Anglia, deinde Pariſiis perfectam fuiſſe. SMELLIANAM forcipem nimis parvam eſſe, neque magno capiti, cui deſtinatur, extrahendo ſufficere. Uncos & alia quæ ſcindunt inſtrumenta, improbat, neque ullo modo fetum violari permittit. Forcipem etiam in arctiſſimis rebus tamen aditum invenire, a recto tamen forcipe uterum lædi poſſe. Eſſe ubi ob maximum caput ROONHUYSIANO vecte opus ſit. Caput in utero relictum unco obtuſo educit, quem SMELLIE delineat. Adjectæ ſunt adnotationes, inter eas carbunculi, qui muſculos & velamenta abdominis conſumſit, ut viſcera nuda ſupereſſent. Exempla unco occiſorum infantum.

Ejusd. *Materia medica & chirurgica* Wien 1763. 8. * & auctius 1765. 8. *. Paſſim ſimplicium quorumdam medicamentorum vires commendat, ut fotus ſambucini ad pleuritidem. Formulæ cereorum, quos inter Goulardianos præfert.

Idem in *E. N. C. N. Vol.* I. *obſ.* 62 infantem ex defectu congenito palati periiſſe.

Obſ. 63 abdomine ab anthrace eroſo nata hernia.

Obſ. 64 magna eroſio muſculorum pectoris ſanata.

§. DCCLXXXIV. Galli.

De la Gueriniere *Ecole de cavalerie* Paris 1756. 8. *. In Tomo ſecundo agit de morbis equorum etiam chirurgicis. Vaginam equabus probali.

Demportes *le gentilhomme marechal tiré de* M. Bartlet, *où l'on traité fort au long de la caſtration & d'une nouvelle machine inventée pour couper la queue* Paris 1756. 12.

Claude de Choisel S. J. fratris, *nouvelle methode ſure pour le traitement des perſonnes attaquées de la rage* Paris 1756. 8. *. Pharmacopola civitatis Pondichery, qui pene quinquaginta annis in India vixit, multasque habuit opportunitates curandorum hominum, quos varia animalia rabida momorderant, etiam vulpes, frequenter enim ea animalia in fervida regione rabie corripi monet. Salivam infectam certam mortem inferre, ſi in ſanguinem penetraverit. Se a D. Desault uſum hydrargyri habuiſſe, cujus quotidie drachmam in unguento admoveat, dum ſalivationem purgantibus medicamentis impedit, etſi ſalivatio non valde nocet. Supra trecentos homines ſe eo auxilio ſervaſſe, etiam aliquos, qui aquam averſabantur & vomitu rejiciebant. Anonymus in præfatione hanc hydrargyri efficaciam apud Tauvryum detegit, & de B. Nugent humiliter ſentit, cujus unicum ſit experimentum.

In *Journal de Med.* T. V. redit Choiselii libellus, & Anglice London 1757. 8.

Pierre Massuet *de l'amputation à lambeau par* M. Verduyn Paris 1756. 8. *. Multa noſter adjecit, inventa nuperorum varia: ad Verduynii opus notas, declarationes, epiſtolas Vlootenii & Verduynii. In præfatione hanc adminiſtrationem contra Heisterum tuetur; de auxiliis agit, quibus ſanguis ſiſtatur: totius inventi hiſtoriam dat. Vlootenius feliciter Verduynii adminiſtratione uſus aliqua carpit, ut lora non ſatis adſtricta. Verduynius ſe tuetur. Ad miraculum uſque velociter carnes oſſi adhæreſcere, & quod ſupereſt, adeo arctari, ut nihil neceſſe ſit reſecare. Ruyschius ambulare vidit juvenem cui Verduynius crus reſecuerat. Fuſe de nupera perfectione adminiſtrationi addita per D. Ver-

MELL

MELL & RAVATON, ſimplex tamen ſegmen VERDUYNI ſe præferre. LOUISII diſſ. de modis compeſcendi ſanguinis & curandis, quibus artus amputati ſunt, tota hic redit, & de eminente oſſe. GARENGEOTUM inveniſſe modum, quo multa acu caro comprehenditur.

Arrêt du Conſeil d'Etat & lettres patentes ſur icelui, qui ordonne que les MM. en Chirurgie du royaume jouiſſent en qualité de notables bourgeois des honneurs diſtinctions & privileges dont jouiſſent les autres notables bourgeois, qu'ils peuvent être pourvu des offices municipaux, qu'ils ſeront exemts de la collecte, de la taille, de guet, & de garde, corvées & autres charges publiques: & defend de les mettre ſur le role des arts & metiers, & d'aſſujettir leurs éléves a la milice. Enregiſtré en Parlement Paris 1756. 4.

§. DCCLXXXV. ITALI.

ANTONII MATANI, Profeſſoris Piſani, ſodalis noſtri, *de anevryſmaticis præcordiorum morbis, atque præcipuis eorum cauſis animadverſiones* Florent. 1756. 4. *. Cauſæ horum anevryſmatum in præcipuis arteriis frequentium. Exempla aliqua; arteria rupta, ſanguine plenus ventriculus. Arteria pulmonalis rupta, & maxima ex ea hæmorrhagia. Anevryſma in arteria poplitea, in qua ſedecim libræ coacti ſanguinis.

EJUSD. *de oſſeis tumoribus obſervationes* Piſtorii 1760. 8. *. De ſpina ventoſa, exoſtoſi, topho, rachiticis nodis. De medicamentis adverſus hæc mala, & terreorum inertia.

In tr. *de remediis* Piſa 1769. 4. * varia experimenta habet ad ſolvendos calculos pertinentia. Calculi animales a fontanis aquis nunquam ſolvuntur. Acetum dentes non tangit, neque veſicæ calculum: ſed neque aquam ſaponatam calculum utriuſve veſicæ ſolvere.

ALESSANDRI CATANI, chirurgi Regii Neapolitani, comitis titulis decorati, *rifleſſioni fiſico mediche ſopra d'un nuovo antiliſſo* Neapoli 1756. Regio juſſu publicatus pulvis ex pipere & cantharidibus.

EJ. *il lithotomo in pratica, ov. diviſamente regolare delle operazioni di lithotomia* Venez. 1766.

EJ. *la verità ſmaſcherata per aperto ad un caſo medico ceruſico* Lucca 1769. 4. *. Nobili juveni noſter feliciter calculum exciderat, decimo tamen die idem interierat, neque ulla manifeſta mortis cauſa in cadavere reperiebatur. Noſter ſuam innocentiam contra VALCARIUM defendit, qui CATANI adminiſtrationem accuſaverat.

FRANCESCO BONSI *tirocinio veterinario* Modena 1756. Ita MAZUCHELLI.

EJ. *il dilettante di cavalli iſtruitto, dove ſi tratta del governo, delle malattie e della medicina de cavalli* 1757. 8.

EJ. *lettera ed opuſcoli ippiatrichi, intorno la medicina de cavalli* Rimini 1758. 8. *. Medicamenta veterinaria, quæ equi acerrima ferant, arſenicum, hydrargyrum ſublimatum.

EJ. *il Mariſcalco iſtrutto nella medicina pratica delle precipue malattie del cavallo* Rimini P. I. 1767. 8. P. II. 1768. 8.

CAIETANO MORIGI *lettera diritta a* VINCENZO PERALEZ *accioche che la mandi al ſuo difenſore che ſi occulta col nome di Marzial* BONTITIENE ib. 1758. 8. *. Lites non magni momenti, veterinariæ.

T. LAGHI epiſtola ad CÆSAREUM POZZI Bonon. 1756. fol. *. Eſſe tamen ubi animalia ferri igniti vim ſenſerint, quo tendines tetigerit, etſi plerumque non videntur percipere.

Alia epiſtola ad JAC. B. BECCARI Bonon. 1757. fol. *. Eſſe tamen in meninge & tendinibus ſenſum: a cerebri vulneribus non ſemper nervos diſtendi &c.

EJ. In T. V. *Comm. Bonon.* de tumoribus pone aures, de glandulis aqua plenis.

Huc referas, etſi in anatomicis jam dicta eſt, DOMINICI VANDELLI Epiſtolam *de ſenſibilitate pericardii, perioſtei, medullæ, duræ meningis, corneæ & tendinum* Padova 1756. 8. *. Aliqua hic ſunt chirurgica, ut de viro, cui a lacerato cerebro convulſiones ſupervenerunt: de tendinibus a ferro ignito & a lapide infernali laceſſitis, nullo tamen inde ſuperveniente ſymptomate. Redit cum alia epiſtola in collectione FABRI.

EJUSDEM eſt generis *lettera del* S. G. MICHEL LAMBERTI, chirurgi civitatis Alexandriæ Inſubricæ, *unita a quelle diverſe oſſervazioni ſopra l'inſenſibilità del pericranio e tendini degli uomini* Aleſſandria 1756. 8. *. In vulneratis hominibus pericranium dolores ſenſiſſe &c.

Altera ejusdem generis *epiſtola* prodiit in collectione FABRIANA de ſenſu proprio nonnullarum partium, quem in tendinibus fatetur exiguum eſſe.

§. DCCLXXXVI. ANGLI. GERMANI. SUECI.

THOMÆ NEALE *practical diſcurſe on the venereal diſeaſe and the art of blooding* London 1756. 8. Valde ſpernunt in *Monthly review.*

J. EHRENFRIED THEBESII, medici Hirſchbergenſis, *Hebammenkunſt* Ed. I. 1756. 8. Ed. II. Liegniz 1759. 8. *, quæ editio aucta dicitur, titulum vero immutatum habet. Præter ea, quæ ipſe eſt expertus, uſus eſt ROEDERERI noſtri compendio & FRIEDII prælectionibus, & potiſſimum GUILIELMO *de la* MOTTE. Partem anatomicam diximus. In feminis, quæ pepererunt, fere cicatrices & inciſuras in uteri oſtio decuſſatas reperiri. Ad partum lectulum præfert. Oſſa pubis in partu non difficillimo non ſecedere. Hæmorrhagiam a funiculo male

male ligato tamen exſpectat. Magnam varietatem partuum parum naturalium deſcribit, tum auxilia, quæ manu præſtantur. Sed & forcipe ſubinde utitur, cujus varias figuras exhibet, & caput FRIEDIANA terebra aperit, utraque ſi avulſum caput in utero hæſerit, forcipe in partu inpacto. De obliquo utero fuſe, ad DEVENTERII modum. Partum Cæſareum perteliciter in ptochodochio *Bicetre* vidit adminiſtrari. De ROONHUYSII laminis. De ruſticis auxiliis partus in Sileſia receptis. A primo partu, aque partu pedibus promoto, non ſupereſſe dolores. In duplici labio leporino ſutura clavata opus fuit. Eſſe ubi neceſſe ſit frenulum incidere.

De EJUS meritis & ſcriptis J. CHRISTIAN LERSCHNER Hirſchberg 1758. 4.

J. PHIL LAUR. WITHOFF *de caſtratis Comm.* IV. Duisburg 1756. 8. *. De caſtratione apud veteres & nuperos: de ejus adminiſtrationis gradu vario, mutationibus inde variis per univerſum corpus ſubortis, quas inter eſt major ab herniis libertas, & in canina rabie.

PHILIP PFAFF *Abh. von den Zähnen des menſchlichen Körpers, und von ihren Krankheiten* Berlin 1756. 8. *. Inſtrumenta artis dentariæ paſſim correxit, evellendis dentibus novum ferramentum oppoſuit. A vitiatis dentibus ſuborta ulcera maxillæ non ſananda, niſi dentibus evulſis. De epulide varia. Hirudines ad gingivas ſcorbuticas poſſe admoveri. Fiſtulas gingivarum fere in corrupto dente radicari, non ceſſuras niſi eo evulſo. Hæmorrhagiam ſpiritu terebinthinæ optime conprimi, non ignito ferro, cui funeſtæ gangrænæ poſſint ſupervenire. Eſſe ubi maxillæ fractura in evellendis dentibus poſtremis difficillime evitetur. Abrupta dentis corona non neceſſe videri radicem eximere. Intolerabiles dolores inpoſito globulo opii conpeſcit: & hic poteſt ad cariem & fiſſuras ferrum ignitum admitti. De dentibus artificialibus.

JOACH. LUDWIG MÜLLER *von Verbeſſerung der Hebammen auf dem Lande* Roſtok 1756. 4.

Auszug aus Roonhuyſens Geheimnüß in der Geburtshülfe Nurnberg 1756. 8.

J. PHIL. BERCHELMANN *Abhandl. vom Krebs* Francfurt 1756. 8. *. Cauſam cancri in acido quærit: duo unguenta ei opponit, alterum ex chelidonio, alterum ex vitriolo albo &c.

Annon idem, cujus ſunt in *actis philoſophicis ſocietatis Haſſiacæ* aliquæ relationes, de utero prolapſo non infeliciter inciſo. Nymphas aqua tumidas bene incidi.

Der wohlerfahrne Chirurgus Glogau 1756. 8.

ROLAND MARTIN *om de gräntſor ſom naturlike billighed ſynes hafwa utkaſt imellan medicine och chirurgie* Stokholm 1756. 8. *. Rectius diverſos homines utramque artem exercere, amicitiam vero ſibi debere. Medicos tamen bonos de chirurgia libros ſcripſiſſe. Multum ROSENIO deberi. Le CATIUM non laudanda

da æmulatione fratrem J. de S. COSMA preſſiſſe. Literas chirurgos melius medicis relicturos.

IDEM in collectione cui titulus eſt *Skrift wäxling om alle brukeliga ſätt at opereon ſtarren* Stokholm 1766. 8. * aliquas de cataractæ operatione diſſertationes dedit. Faciliorem quidem eſſe CAROLI de S. YVES adminiſtrationem, vix tamen ſuccedere, quoties capſula lentis cryſtallinæ tenacior eſt: difficile autem ſibi videri a parte poſteriori ad lentem accedere.

Deinde in alia diſſ. plerumque non difficulter capſulam findi, deprimi demum, & abſque magno malo. Eſſe ubi neceſſe ſit capſulam poſterius aperire, id CAROLUM ante FERRENIUM præſtitiſſe, ſibi tamen periculoſum videri.

A. 1758. T. 18. In ſene iſchuria funeſta & impedimentum catheteris acceſſum in veſicam vetans: oſtium ſanæ cætera veſicæ tumor durus ambiebat.

A. 1760. T. 21. de carie oſſis pubis, in qua cartilago incolumis manſit.

A. 1761. de calculis tunicatis.

A. 1765. de indurationibus & oſſibus aortæ præter naturam natis.

A. 1766. hydropicus paracenteſi, deinde aptis medicamentis ſanatus.

De ſectione calculi ad F. J. de S. COSMA modum feliciter adminiſtrata.

A. 1767. de oſſea naſcentis aortæ degeneratione.

§. DCCLXXXVII. DISPUTATIONES.

HONORATI PETIOT & CLERIADÆ VACHER auctoris, *E. bubones critici in febribus malignis ſtatim incidendi* Paris 1756. 4. *.

CAR. GILLOT & J. B. FRANC. de la RIVIERE *E. fracto cranio non ſemper admovenda terebra* Paris 1756. 4. *. Eadem diſſ. quæ H. T. BARON 1752.

LUD. ANNA LAVIROTTE & P. J. MORISOT des LANDES *E. prægnanti apoplexia correptæ partus manu promovendus* Paris 1756. 4. * eadem quæ ROUSSIN a. 1732.

LUD. PET. FEL. REN. le THUILLIER & S. DAN. des PATUREAUX *Ergo in aſcite paracenteſin tardare malum* Paris 1756. 4. *. Eadem quæ BERTRAND a. 1730.

ANTON. le PECHEUX de la REAUTE' *an exoſtoſi venereæ frictiones mercuriales* Monſpel. 1756. 4.

STEPHAN. WESZPREMI *obſervationes medicæ* Utrecht 1756. 4. *. Numeroſæ & propriæ obſervationes. Arctatus œſophagus ſalivatione ſuperatus.

In *N. E. N. C. Vol.* IV. *obſ.* 9 prolapſa uteri vagina.

JOACHIM RAUSCHERT *de carie oſſium* Leid. 1756. 4. *. Diverſæ ſpecies cariei. Oſſa a venereo veneno in puella innocente corrupta, parentum peccato.

Caries

Caries nimis altam partem femoris corrumpens diu tolerata, & per multos annos. Mors ex carie vertebrarum colli, cum æger œſophagi & aſperæ arteriæ vulnus toleraſſet. Plurimæ adnotationes in noſodochiis natæ.

BALTHASAR LAURENT ZEIS *de cauſis neceſſario mortem in partu inferentibus* Gotting. 1756. 4. *. Eſſe ubi puerpera retentis doloribus ſibi necem inferat. Plerasque ſua culpa perire, aut curantium.

SALOMON PEYER *de morbis narium* Baſil. 1756. 4. *. A lapſu ſanguis per nares bono eventu fluxit.

GUSTAV. PHIL. ZWINGER *hiſtoria pericranii ſua ſponte regenerati* Altdorf 1756. 4. *.

JOS. VILLESAVOYE præſ. DELIO *obſervationum medico chirurgicarum pentas* Erlang. 1756. 4. *.

GOTTFR. FERD. JAENISCH Pr. J. A. BUCHNER *de efficaci mercurialium uſu chirurgico* Hall. 1756. 4. *.

DAN. FRID. SCHIFFERT præſ. BUCHNER *de difficultate partus ex mala conformatione pelvis* Hall. 1756. 4. *.

J. CHRISTIAN KRANTZ *de fractura oſſium ut vulnus ſananda* Lipſ. 1756. 4. * bona diſp.

ERNST GOTTLOB BOSE prof. Lipſ. & FRID. ANGERMANN *de conatuum pariendi regimine* ib. 1756. 4. HEF.

EJ. *de vulnere per ſe lethali homicidam non excuſante* ib. 1758. 4. R. J. W. MULLER.

EJ. *de enterocele iſchiadica* ib. 1772. Inteſtinum ileon relaxatum prolapſum ani ſimulans, rectum inteſtinum arctatum.

J. CHRISTIAN STOK *partus difficilis ex brachio ſiniſtro primum ex utero prodeunte* Jen. 1756. 4. *.

CHRISTIAN STEPHAN SCHEFFEL & JACOB CHRISTIAN VOGEL auctoris, *de fiſtula lacrumali* Greifswald. 1756. 4. *.

SAM. AURIVILLII, prof. Upſalienſis, auditoris noſtri *P. prior claſſis primæ remediorum ophthalmicorum* Upſal 1756. 4. *. Theoria inflammationis. Multum ſperat a ſectione arteriæ temporalis.

EJ. *de dentitione difficili* ib. 1757. 4. *.

EJ. *de herniis ſpuriis* ib. 1755. 4. *.

J. GEORG HASENOEHRL, nunc LAGUSI, archiatri Florentini, *de abortu ejusque præſervatione* Wien 1756. 4. *. Durus uterus, qui negabat extendi, fotubus emollientibus ita correctus, ut abortus ſoliti ceſſaverint. Hæmorrhagias gravidarum ſub ultima tempora ſubnaſcentes, eſſe fere a ſoluta placenta; eamque eductionem fetus poſcere, neque digitorum operam a PUZOS commendatam, neque enim GERARDUM V. SWIETEN unquam vidiſſe, funeſtam fuiſſe.

J. THEOD.

J. Theod. Oppermans *de embrochis* Wien 1756. 4. *.

J. Baptista Bohadsch & Ignatius Radniczky *experimenta quibus conſtitit, eas partes eſſe ſenſu præditas, quibus* Hallerus *ſentiendi facultatem denegat* Prag 1756. 4. *. Vide *B. Anat.*

§. DCCLXXXVIII. Diaria.

Philoſ. Tranſ. Vol. XLIX. P. 2. pertinet ad a. 1756. Edwardus Spry retulit de hominis fulgurati læſionibus.

Experimenta etiam fecit plumbo fuſo, quod in fauces ingeſtum canes non occidit, aves deglutitum non læſit.

In *Eſſays and obſervations phyſical and litterary read before a ſociety at Edinburgh* T. II. Edinburg 1756. pluſcula bona ſunt.

Jacobi Mackenzie de vera, a cauſa interna facta, luxatione femoris, ſubito per extenſionem reſtituta.

Mackenzie M. D. (an idem) de parte oſſis femoris extracta & reparata in *Med. Muſ.* II.

In *Phil. Tranſ. Vol.* 50. P. II. Idem de femina, cui vigeſies & bis per foramen abdominis aqua hydropica emiſſa.

Ej. de utilitate corticis Peruviani adverſus ſcrofulas, quam F. Tothergill confirmat.

Thomas Younge, chirurgus, ad Davielii modum feliciter oculos repetito curavit, etiam cum aliis adminiſtrationibus nihil eſſet effectum. Scalpello recto corneam tunicam incidebat, cochleari adtollebat. Vidit iridem abſque inflammatione læſam. Lacteam lentem ſanavit. Quando oculus major eſt & cornea tunica turget, adminiſtratio felicius ſuccedit.

Thomas Levingston hernia funeſto eventu incarcerata, cum dimidia pars inteſtini ſola adſtricta fuiſſet.

Ejusd. hydrops ſcarifato ſcroto ſublatus.

Anonymi hiſtoria fetus per ruptum abdomen prodeuntis, ut femina facile ſaneſceret.

Cornwell Tathwell de nephritide convulſoria periodica.

Præmium Academiæ chirurgicæ a. 1756. retulit chirurgus Faure, diverſus a Fabre, cujus meminimus. Contra illam vulgo nimis receptam opinionem de neceſſitate amputandorum continuo artuum in vulneribus gravioribus. Exempla feliciter in hoſtibus, etiam quadrageſimo die, amputati artus; ut noſter tamen vigeſimo die non recuſet amputare. Non debere ad id auxilium deſcendi, quamdiu

diu commotionis effecta ſuperſunt. Alia exempla ubi omnino, & bono ſucceſſu, artus ſunt conſervati.

Le CONTE perinde de amputatione. Quibus in malis ea nequeat differri: ob ſummum mortis nempe periculum, & in incurabilibus articulationum læſionibus. Differri vero debere ob commotionem, cacochymiam, initia gangrænæ. Differri poſſe in vulneribus ſtlopetariis oſſium.

GARNIER felix in hydropica paracenteſis.

In *Journal de Medecine* T. IV.

D. BONTE' de perinæi abſceſſu fæces alvinas fundente abſque fiſtula ſanato.

ID. T. XII. Enormis in tibia exoſtoſeos exemplum.

BEAUREGARD, chirurgus, T. IV. de vulnere capitis. Vulnus cerebri, quod in putredinem abiit, & decimo nono tamen demum die mortem intulit.

TRECOURT, chirurgus, de fractura brachii cum eliſione & vulnere conjuncta, abſque amputatione ſanata.

EJ. *Memoires & obſervations de chirurgie* Paris 1769. 12. *. De abſceſſibus: in febribus acutis ſubito ſæpe naſci, etiam circa anum, quos continuo & ſcalpello aperire oporteat. Ad fracturam maxillæ inferioris ſutura adhibita. Felix curatio lacerati ductus ſalivalis. Tumor ſubitus aqua plenus, ex maſticato capſico ſubortus. Fiſtula profunda genæ injecto aceto ſaturnino ſanata. Abſceſſus hepatis apertus & curatus. Calculi ſalivales. De amputatione in tibia facienda, loco quantum poteſt inferiori. Humeri cervix fracta & ſanata. Ulcus ſub calvaria per aurem mundatum, injecta aqua cum agarico Broſſardi decocta. Contra medicamentorum repercutientium uſum in inflammatione. Non debere ſaucios nimis parce nutriri, inde gangrænas fieri. Setacea vulnera ſtlopetaria irritare, ſiccare, & nocere. In hernia umbilicali præſtare duos pulvinos ad latera admovere, qui rectos muſculos ad contractum cogant. Cicutæ felix in ſcrophulis uſus. Magna laceratio ſcroti curata. Ex commotione cerebri hydrophobia. Lupos rabidos aquam non metuere.

IDEM de hydrophobia ex lapſu & commoto cerebro nata.

DELAISTRE T. IV. de punctura apis capitum papaveris ſiccato ſucco ſanata.

In T. V. tumor ſcirrhoſus orbitæ vermibus plenus exſtirpatus.

D. HAZON T. IV. calculoſum virum incidit, cui ante viginti annos STEPHANIANA medicamenta calculum hactenus ſolverant, ut tamen nova cruſta obduceretur.

T. IX. cor ruptum, vertebræ carioſæ, unde dolor nephritici ſimilis.

In T. XI. ulcus cancroſum mammæ in agyrtæ manibus lethale.

T. XIV. ſpaſmus cynicus ex cauſa venerea.

T. XIV. incontinentia urinæ, ex lacte circa veſicam effuſo.

T. XVII. cicuta non feliciter in tumore cancroſo adhibita.

T. XX. corticis Peruviani ſalubris uſus in gangræna ex variolis.

Brillouet in T. IV. caries pene totius tibiæ ſanata. Laudat uſum aquæ phagedænicæ, quæ in eo præmagno malo os corruptum coegerit decedere.

Ej. tumor in capite cyſticus feliciter deletus, cauſtico medicamento miti, facto ex ſale nitri fixo cum æqua portione auripigmenti calcinato, in aqua ſoluto, pulvere ſiccato.

T. VI. de uſu interno agarici igniarii in dyſenteria.

Ej. fractura brachii cum gangræna ſanata.

Civadier T. IV. de tumore cancroſo magnæ molis, ſupra umbilicum poſito & feliciter amputato.

In *Mem. de Chir.* T. III. Id. de variis cancroſis ad naſum tumoribus feliciter excifis: de iisdem in *Journ. de Med.* T. VII.

Ej. *Journ. de Med.* T. VI. calculus veſiculæ felleæ exciſus.

Id. ib. de tumore enormi teſtium, ſcroto qua fluctuabat perforato, ſanguine educto, teſtibus qui erant duriſſimi paulatim laxatis.

T. VIII. cancroſus dorſi tumor cauſtico medicamento ſublatus.

Martin, chirurgus, T. V. de benefica vi ſalis alcalini volatilis adverſus viperarum morſum.

T. XVIII. vulnus grave inter cartilaginem thyreoideam & os hyoides inflictum, ut epiglottis nudaretur, ſutura ſanatum.

T. XIX. empyema quod putat paracenteſi ſanari potuiſſe.

T. XX. ſarcoma de utero pendens ligatum, reſectum.

Vulnus pectoris & diaphragmatis ſanatum.

T. XXI. cancer ex orbita pullulans funeſtus, totus oculus in eamdem naturam degener. Aliud exemplum tumorum circa calvariam cum ejus carie.

Ej. vulnus cartilaginis thyreoideæ & œſophagi ſutura facta demum ſanatum.

Ej. retentio urinæ cum vaginæ laceratione &c.

T. XXII. hernia gangrænoſa, inteſtinum ruptum, appendix ilei ſola incarcerata.

T. XXVI. in viro vidit tota oſſa pubis diſceſſiſſe. Tubulis in urethram datis, poſt penis amputationem nihil opus eſſe.

Ex lapſu cerebro concuſſo paralyſis.

Calculus in oſtium veſicæ inpactus lethalis.

Claviculæ ab oſſe humeri ſeceſſio congenita.

Hydropicis omnem una debere aquam educi.

Vulnera

Vulnera aliqua transverſalia abſque ſutura conciliata.

T. XXIV. hernia gangrænoſa inteſtino ſponte aperto funeſta.

Ej. de retentione urinæ in militibus frequente, ejusque curatione.

Ej. ulcus veſicæ, cujus tonus perierat, tamen ſanatum.

Ej. vulnus funeſtum laryngis.

Ej. cerebrum purulentum, cujus puris pars aliqua per aurem effluxerat.

Ej. hæmorrhagiæ in capite difficilis ſuppreſſio, ob anteriorum truncorum cum poſterioribus anaſtomoſes.

Ej. vulnus glandulæ parotidis ſanatum.

Ej. monitum, ne nimis præmature vulnera capitis claudantur.

Ej. vulnus oculi, & cerebri, ut videtur.

T. XXVI. de cranio fetus in partu fiſſo.

Idem contra Schererum ſuam ulceris veſicæ curationem defendit.

T. XXVII. digitorum phalanges oblique inciſas amputationis facere neceſſitatem.

Ej. curationes vulnerum vitro factorum.

Ej. digitus eliſus ſanatus; tum hernia gangrænoſa.

Et vulnus abdominis abſque gaſtroraphia.

T. XXVIII. de fractura colli femoris & humeri *ſpira* ſimplici curata.

Ej. cataplaſmatibus & plumbo reſolutæ minores herniæ.

T. XXIX. luxationes debere continuo reponi, & lentorem hic maxima mala dare.

Ib. Hernias antiquas & majores ſummo cum periculo incidi.

Ib. ſpina piſcis in aponevroſi palmari abſque dolore geſtata, & cum cyſtide exciſa, quæ circum acum nata erat.

Idem T. XXX. de arteriarum brachii vulneribus. Truncum arteriæ brachialis jubet ligari.

Idem de morbis auris, etiam funeſtis, cum dura cerebri membrana gypſea materie obduceretur. Abſceſſus internus in tympano & cellulis maſtoideis.

Abſceſſus cum late patente oſſium carie &c.

Idem non continuo debere inteſtinum in hernia incarcerata inve abdominis vulnere reponi, ſed primum epiploon, deinde inteſtinum.

Id. T. XXXI. os nudatum non neceſſario abſcedere.

Id. de membrana tympani.

T. XXXII. polypus pedunculatus vaginæ funeſtus. Aliqua de fracturis colli humeri & femoris continendis.

T. XXXIII. omnino non ſemper laminam de oſſe nudato decedere.

T. XXXIV. dubia aliqua contra ſectionem Cæſaream.

Id. de arteriæ vertebralis vulnere. Male a le Catio vinculum eſſe neglectum.

Id. luxatio radii ſuperioris ſanata.

Id. hydrops lacteus paracenteſi emiſſus.

T. XXXVI. de polypis uteri. Exemplum pro utero prolapſo habiti.

T. XXXVIII. exempla per quæ conſtat, oſſa denudata poſſe reconciliari neque ſquamam decidere.

Per triſte exemplum oſtendit, arteriarum vulnera vinculo omnino egere.

T. XXXIX. trepano perforante exfoliationem non impediri.

Id. in Gautier d'Agoty *obſervations periodiques* Paris 1756. 4.*. M. Novembri, anonymus contra chirurgos Pariſinos dixit.

Ipſe Vandermonde & Prat T. IV. *Journ. de Med.* de vulneribus inteſtinorum feliciſſimis, quibus dyſenteria, & in alio homine diarrhœa diuturna curata ſit.

Tilloloy jubet ductum naſalem in fiſtula lacrumali aperire ſpongia, & ſi caries adfuerit, huic medendum ſpiritu vini camphorato inpoſito.

T. XXX. os femoris in collo fractum ſanatum.

T. XXXII. os nudatum ſemper quidem ſquamam deponere, non vero poſſe evaneſcere.

Tomus V & ipſe ad annum 1756. pertinet.

Dupuy, chirurgus de vulnere pectoris ſtlopetario, cum coſtæ fractura, clauſo quidem, ſed ruptis abſceſſibus periculum recruduit, tandem ſuperatum.

Leautaud, chirurgus, de calculo ſalivali exciſo.

Ej. iſchuria a calculis expulſis ſanata.

Ej. in T. VIII. ex dolore ob vermes in aure nidulantes mania, vermibus eductis ſublata.

T. IX. urina ſuppreſſa, & prægrandis per anum calculus egeſtus.

T. XII. abſque ullo malo ruptus tendo Achillis, facile ſanatus.

T. XIV. tumor polypoſus de ano prodeuns, & ſponte delapſus.

T. XVII. maximum porrum præputii vinctum, reſectum, cum hæmorrhagia, ſed abſque noxa.

Ej. maximus tumor ilium vermibus plenus.

Ej. conſilia ad ozænam, medicamenta ſaturnina.

T. XVIII. magnum vulnus abdominis vitro inflictum, abſque ſutura curatum.

T. XIX. urinæ incontinentia cum ani prolapſu, hoc repoſito ſanata.

T. XX. contuſiones abdominis difficulter ſanatæ. Partus difficilis retento infantis collo pene ſtrangulatus.

Ej. fractura complicata tibiæ cum gangræna abſque amputatione ſanata.

T. XXI. iſchuria, calculi in utraque veſica.

T. XXIII. lapſu laceratum velum palatinum mobile facile ſanatum. Calculus ſalivalis.

T. XXV. fractura tibiæ complicata, etiam cum gangræna, ſanata.

T. XXVI. digitus pene totus reſectus reconciliatus.

T. XXIX. carbo malignus oculi ſanatus.

T. XXXIII. phlegmon, magna ſuppuratio pedis, calcaneum & os naviculare amiſſum, reliquus pes ſervatus.

Kruger, medicus Hamburgenſis, T. V. de lapide in palato reperto.

Dupuy de la Porcherie, medicus, de fetu putrido per febrem expulſo.

T. XXII. vim cicutæ in ſcrofulis efficacem confirmat.

Marteau, medicus, vel per ſuas cûm ordine medico lites celebris. T. V. De puella, cui chylus & lac per umbilici abſceſſum prodibant.

T. VII. mors ex congeſtis prunorum oſſiculis, & inteſtino in appenſam cyſtidem patente.

T. IX. de maſſa amputata, quæ poſſet pro utero reſecto haberi, noſter pro polypo habet.

In Vol. XIV. cancrum mammæ ab uſu Belladonnæ pene ſuperatum fuiſſe, nam duritas non tota ſublata eſt. Tincturam dedit ſpiritu vini extractam addita mentha.

Ej. de utili cicutæ in ſcrofulis effectu.

T. XVI. pro cicuta & hactenus pro Belladonna.

T. XVIII. de embrochis Poitevini.

T. XXXII. gangræna inteſtini a vermiculari appendice ſtrangulata.

Henry, chirurgus, T. V. de fractura complicata cum vulnere, utriusque in tibia oſſis poſt deceſſam ſquamam ſanata.

In T. VI. de hernia a fulmine ambuſta ſanata.

De morte ſubita ex rupto in cerebro vaſe.

T. XII. ex abſceſſu parotidis pus in pectus effuſum.

T. XIV. ab inflammatione gangrænoſa faucium elapſa oſſicula auditus, deletus is ſenſus.

A commotione ſenſus per 25. dies integros amiſſi.

T. XVI. omentum abſque ulla ſanguinis jactura reſectum.

ROSE, chirurgus, T. V. de hominibus a lupo rabido demorſis, quorum aliqui perierunt, alii hydrargyri uſu fato eripi potuerunt.

LAURENCY, chirurgus, de duabus herniis cum inteſtino gangrænoſo ſanatis.

ANNA CAROLUS LORRY, medicus Pariſinus, experimenta fecit, ut ſenſum iis partibus redderet, in quibus nullum inveni. Sed vide B. *Anat.*

In *Mem. des Savans étrangers* T. III. 1763. eadem experimenta redeunt.

BOCHARD *Journ. de Med.* T. V. Medicus, fetus mortuus 27. menſibus geſtus per umbilicum eductus.

MAJAULT, medicus & chirurgus, deglutitio periculoſa ob glottidem & epiglottidem ulceroſas.

IDEM de magna parte inteſtini deſtructa per gangrænam, ut tamen fæces pergerent per alvum reddi.

Ib. T. XL. antiqua hernia inguinalis adhærens & incarcerata gangrænæ proxima uſu corticis peruviani & clyſteribus ſanata.

T. XLI. Fiſtula ani filo plumbeo curata pluſcula exempla.

In *Mercure de France Menſe Februario* refertur de VACHER junioris felicibus curationibus inſtrumento F. JOHANNIS de S. COSMA peractis.

In *Journal œconomique* 1756. M. Januar. PARISOTI experimenta recenſentur, per quæ conſtat, abſque ullo malo in animalibus carotides arterias ligari.

In *K. Swensk. Wetensk. Acad. Handl.* 1756. CAROLUS FRIDERICUS RENSTROEM de remedio ad odontalgiam: ſudorem nempe calidæ vapore excitatum.

J. G. WAHLBOM de cataractæ depoſitione. Ipſe FERRENIUM fere ſequitur, ut capſulam lentis cryſtallinæ poſterius aperiat. Eſt ubi neceſſe fuit, transverſa ſectione opacam capſulam dividere. Acus teretes utique rejicit, negatque CAROLUM de S. YVES contra opacitatem capſulæ lentis quidquam habere conſilii.

In collectione *Skriftwäxling om alla brukeliga ſätt at operera ſtarren* Stokholm 1766. 8. *. pluſculæ diſſ. recurrunt. Primæ eſt diſſ. quam nunc diximus. In eam cum Cl. ACRELLIUS animadvertiſſet, reſpondit noſter. Facile poſt C. de S. YVES adminiſtrationem cataractam reſurgere. Ab eo viro anterius capſulam aperiri, aut una cum cryſtallina lente deprimi. Præſtare FERRENII adminiſtrationem, quæ proceſſibus ciliaribus non noceat, nec vaſis majoribus chorooideæ membranæ; cataractam ab ea minus facile reſurgere, convenire minus maturæ, lentem

tem non diffringi, iridem non lædi. Fatendem eſſe, requirere peritam manum. Sibi melius quam S. YVIANAM adminiſtrationem ſucceſſiſſe.

In tertia diſp. perfici utique adminiſtrationem CAROLI de S. Y. ſi capſula aperiatur, cæterum eſſe difficiliorem. Ut ipſo eo lacteam cataractam aperuerit.

In IV. non poſſe facile capſulam a ſola lentis preſſione rumpi. Nullam utique adminiſtrationem ſuis carere incommodis. Adhærentes cataractas a CAROLO D. S. YVES vix ſuperari, & vitreum humorem emitti, magis lædi.

In *handling* T. XVII. a. 1757. de calvariæ & maxillæ inferioris parte a carie deſtructa & reparata.

A. 1761. de vulnere veſicæ per foramen ovale inflicto.

GUSTAV. HIERTZEL in *handl.* 1756. in puella pars labiorum per vulnus deſtructa. Curata eſt, fere ut ſolet labium leporinum, ſutura pariter intertorta.

In diario *Hamburger Magazin* T. 17. verruca, ut interpretor irritata & avulſa funeſto eventu.

In T. XVIII. de puero cui oſſa ſtrepebant.

§. DCCLXXXIX. MARC. ANTON. LEOP. CALDANUS.

Ut mihi otium faciam, neque neceſſe ſit de tot libellis in anatome jam recenſis fuſius agere, hanc collectionem brevibus tango.

Initium facio ab ILL. viro CALDANO, profeſſore primario Theoriæ Medicæ, Patavino.

EJUS epiſtolæ *ſull' inſenſibilità ed irritabilità di alcuni parti degli animali*, prodierunt Bonon. 1757. 4. *. Experimenta ſollicita cura facta in tendinibus, perioſteo, dura meninge, neque ab iis corporis partibus læſis ulla ſymptomata ſecuta: A cerebri vero vulneribus convulſiones ortæ ſunt, neque hic corpus calloſum ullam habet prærogativam. *Secunda* Epiſtola Gallice cum priori & Lauſann. 1758. 12. * pariter recuſa, in ſecundam LAGHI epiſtolam animadvertit. Vidiſſe fere, quæ nos dura in hominis meninge LAGHIUM. Ad alias objectiones reſpondetur.

Lettera terza Bonon. 1759. 4. *. Cauſas citat errorum, in quos varii viri inciderunt.

Lettera quarta Ebroduni 1764. 8. *. Experimenta in ranis facta. Tetanus ex irritatione medullæ ſpinalis univerſalis, facit ut nullæ novam irritationem convulſiones ſequantur, ſecuturæ ſi tetanus minor fuerit.

EJ. *rifleſſioni fiſiologiche ſopra due diſſ. del S. le* CAT. Venet. 1767. 8. *. Multa pars operis chirurgica eſt. Nullum in VESPÆ, VERNÆ, aliorum experimentis fuiſſe perioſtei in amputatione ſenſum. Ea occaſione laudat aquæ frigidæ in recentibus vulneribus utilitatem. Poſt infelicem venæ ſectionem P. PAU-

LUS

LUS MOLINELLI abſque ullo malo tendinem diſcidit. Nunquam ulla ſymptomata ex vulneribus tendinum ſuperveniſſe. Ab ictu equi calvaria fracta, dura membrana a VERNA irritata abſque malo, ut vulnus feliciter ſaneſceret. Poſt ictum lapidis, ex Cl. BONIOLI relatione, cum trepano chirurgus uteretur, laceravit duram membranam: Nullus inde dolor, nec convulſio nec ſymptoma, & facilis ſanatio. Iterum ab ictu duram matrem oſſea fragmenta laceraverant, cum ea eximerentur, nullus dolor, nulla ſymptomata, nullæ nervorum diſtentiones ſupervenerunt, etſi quidem a ſuppuratione æger denique exſtinctus eſt. Plus quadrageſies dura membrana ſanguine tincta, ſuppurata, abſque ullo dolore. Iterum oſſe a ſaxo depreſſo, dura membrana nudata, exemta de ea vitreæ laminæ fragmentis: nullus dolor, irritata eadem meninx aſperis inſtrumentis nullo cum ſenſu, facile convaluit. Ab ictu ſaxi ſpaſmus rigidus maſſeteris, cranium depreſſum, dura mater trepano nudata, irritata volſellis, repetito, nullo cum ſenſu & facilis ſecuta ſanatio.

EJ. *eſame del capitolo* VII. *della parte* 12. *del S. de Haen* Padova 1770. 4. *. Nullos eſſe in tendinibus nervos, ſenſum nullum &c.

In *notitia interreſſante ſulla graviſſima malattia che traſſe di vita la S***. Venez. 1766. 4. *. de cicuta agitur, adverſus mammas induratas adhibita, quam alii medici accuſarunt, cum ex maligna febre ea femina interiret. Reſponderunt conſulti medici, nunquam a cicuta febrem natam eſſe, etiam quando æger nihil ex ejus uſu profecit.

De eadem in ep. 239. T. V. mearum.

§. DCCXC. HYACINTHI BARTHOLOMÆI FABRI,

Chirurgi, collectio *ſulla inſenſitività ed irritabilità Halleriana, opuſcoli di varii autori racolti* T. I. Bologna 1757. 4. *. Præter meas, CASTELLI & ZIMMERMANNI diſſertationes, quatuor epiſtolas Cl. TOSETTI, CALDANI epiſtolam, & CÆSAREI POZZI, & neſcio quam P. LECTORIS epiſtolam continet, mere theoreticam, & FABRI diſſertationem, mihi potius oppoſitam.

T. II. Bologna 1757. 4. *. Quæ mihi ſunt oppoſitæ epiſtolæ hic recuduntur, J. B. BIANCHI, M. LAMBERTI, T. LAGHI, GIRARD de VILLARS, VANDELLI, iſtæ jam a nobis dictæ.

Deinde PONTICELLI diſſ., SANSEVERINI diſſ. quæ tamen unice confirmat, duram meningem irritatam in avibus nullas convulſiones ciere, ſed utique vulnera cerebri. Porro J. BAPTISTÆ FE' convicia: PETRIOLI experimenta pro inſenſibilitate pericranii: CAROLI MICH. LOTTIERI experimenta, in quibus equidem potius oſtendit, pericranium & perioſteum abſque ullo malo violari: GIRARDI & BIANCHI aſperæ epiſtolæ, vix tamen chirurgici argumenti.

EJ. *ſupplementi agli opuſcoli &c.* Bonon. 1759. 4. *. LE CATII epiſtolæ duæ,

duæ, Fabri de tendine qui in ulcere ſenſum oſtenderit, VANDELLI, BIANCHI, aliorum & alia quædam in anatomicis dicta.

Deinde ZINNII, OEDERI, VERNÆ ſcripta, & potiſſimum HORATII MARIÆ PAGANI, & CAMILLI BONIOLI *diſcorſo theorico pratico delle parti inſenſibili ed irritabili.* Experimenta facta in tendinibus, etiam humanis repetita. Sic in perioſteo, medulla, peritonæo, quæ omnia abſque ſenſu ullo, aut ſymptomate varie lacerata & laceſſita fuerunt.

EJ. JOSEPHI BONIOLI *diſſ. medico chirurgica* Verm. 1767. 4. SMITH.

§. DCCXCI. THOMAS GATAKER.

Chirurgus Aulicus. EJUS *obſervations on the internal uſe of the ſolanum, or nightshade* prodierunt London 1757. 8. *, quæ quinta dicitur editio, omnes ut videtur, hujus aut certe ſuperioris anni. Solani hortenſis infuſum in ulceribus etiam ſcorbuticis, malignis, cum ſcirrho conjunctis, aut in meliorem conditionem ea mala reduxit, aut ſanavit. Belladonnæ uſus in difficili ulcere profuit, a gravi leopardi morſu nato.

In *ſupplement* una edito priores laudes noſter ipſe minuit. Ulcera, quæ a ſolano ſanata videbantur, iterum aperiri; in cancro nihil inde boni factum, mammæ tamen ſcirrhum ſublatum, etſi non perpetuo.

EJ. *Eſſays on medical ſubjects originally printed ſeverally, an introduction relating to the uſe of hemlok and corroſive ſublimate* London 1764. 8. *. Redit hic tract. de ſolano, deinde *an account of the eye* prius editus lib. ſed cujus priorem editionem non habeo in promtu. Præter anatomica hic de cataracta agitur, & multa contra extractionis methodum monentur. *Introductionis* magna pars huc facit. Iterum de ſolano; prodeſſe in vetuſtis ulceribus tenuem ichorem fundentibus: debere tamen uſum intermitti, quam primum malum corrigi videtur. In Anglia cicutam neque boni feciſſe quidquam, neque mali. Cancrum corrodentibus medicamentis non bene oppugnari. Mercurium ſublimatum in leviori malo valere, non item in majori. Teſticulum venereum frequenter a balſamicis & adſtringentibus medicamentis ſupervenire. In DARANIUM. Vaporem hydrargyri in malignioribus ulceribus laudat.

IDEM le DRANII *operations de chirurgie* vertit & edidit Lond. 1749. 8. *.

GEORGE NEALE *ſome obſervations on the uſe of agaric and its inſufficiency in ſtopping hæmorrhagies after capital operations* ib. 1757. 8. *. Contra efficaciam agarici igniarii. Neminem faviſſe huic auxilio, qui de eo ſcripſerit. In caſtratione; in hæmorrhagia lithotomiæ ſuperveniente uſum agarici fruſtra fuiſſe. Ita neque in mammæ exſtirpatione, neque in vulnere ad calcaneum, neque in aliis caſibus ſpei reſpondiſſe. Neceſſario ad vinculum fuiſſe redeundum. Poſt amputationem tibiæ duos homines periiſſe, cum chirurgi agarico mederentur.. Decem ab ejus uſu infelices eventus fuiſſe, ſi unicus reſponderit.

EDWARD LISLE *obſervations in husbandry* Lond. 1757. 8. 2. vol. *. Aliqua ad veterinariam. De venæ ſectione in ovibus. In cervice veſicæ ovis calculus funeſtus.

EJ. *pharmacopœja hippiatrica* Leid. 1766. 8.

Non verus eſt annus veterinariæ JOHANNIS BARTLET *ſ. gentlemans farriery* Editio datur 1759. 8. Sed alia eſt editio gallica anni 1757. 8. vertente DUPUYS DEMPORTES. Recuſa eſt Lond. 1770. 12.

§. DCCXCII. GALLI.

DOMINIQUE RAYMOND *des maladies qu'il eſt dangereux de guérir* Avignon 1757. 12. 2. vol. *. De ſcabie, tinea, periculoſe repreſſis: de ſiccatorum fonticulorum pernicie, indeque proveniente gangræna, de eorum efficacia in mitiganda peſte.

JOH. FOURNIER *de carie oſſium* Montpell. Non poteſt ſeriori loco poni, cum a. 1757. in BENEVENUTI collectione recuſa ſit. Bona diſp.

EJ. *obſervations & experiences ſur le charbon malin, avec une methode aſſurée de le guérir* Lyon 1769. 8. *. Ad practica potius referas morbi in æſtuoſa provincia & Aquitania frequentis hiſtoriam, in quo carbo efflorefcit, peſtilentis non diſſimilis. Carnem gangræna corruptam ſcalpello mavult auferre: vulnus decocta cum cortice Peruviano cumque ariſtolochia aqua fovet &c.

G. DAIGNAN *maladies traduites de* BAGLIVI Paris 1757. 12. * Hernias Turonibus familiares eſſe, Rhemis ſcorbutum cancroſum.

Collectio mearum *diſſ. chirurgicarum* Paris 1757. 12. prodiit 5. vol. in compendium contracta.

HUGONII MARRET *conſultation ſur une queſtion medico chirurgico legale* Dijon 1757. fol.

In *Memoires de literature & de philoſophie du* P. des MOLETS Paris 1757. 12. aliqua ſunt de chirurgicis & de vita JOHANNES DEVAUX.

Memoire pour le premier Chirurgien contre les freres de la Charité Paris 1757. 4. *, & *ſecond Memoire* 1758. 4. *. Chirurgi fratres Charitatis Pariſinos adminiſtrationibus chirurgicis excluſerant. Nunc quærebatur, num in provinciis chirurgi pariter monachis, jus manu curandi poſſent eripere. Oſtenderunt monachi, ſe feliciſſime calculum ſecuiſſe, chirurgos infeliciter. Eam prærogativam primus chirurgus tamen ſuis tribuit chirurgis, qui in noſocomio calculoſos ſecuerint, quos inter ſit TOLETUS.

Précis pour le premier chirurgien du Roi contre les freres de la Charité Paris 1759. 4. *. Porro urget primarius chirurgus, e re eſſe publica, ut ſoli chirurgi manu curent.

Lettre d'un garçon chirurgien a un de ſes camerades à Avignon ſigné Alexis Diastilet 1757. 8.

Premiere lettre de Boniface Diastilet *chir. juré a* Alexis Diastilet *ſon neveu au ſujet des frequentes mepriſes* de M. Louis 1757. 4.

Delibérations des chirurgiens Lion 1757.

Lettres patentes en forme de ſtatuts pour toutes les communautés des maitres barbiers, perruquiers, baigneurs & étuviſtes établis dans le Royaume Paris 1757. 4.

Memoire a conſulter ſur un libelle diffamatoire publié contre M. Louis Paris 1757. 4.

Hoc anno alter tomus collectionis prodiit, cui titulus eſt, *recueil des pieces qui ont concouru pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie* Paris 1757. 4. *.

§. DCCXCIII. Alii Varii.

Antonio Arrigoni *della mania, della freneſia, e della rabbia* 1757. 4.

Josephi Benevenuti *de hydrophobia & aceto vini* diſſ. quæ prodiit cum tomo I. *diſſ. & quæſtionum medicarum celebriorum in Monſpelienſium & Pariſienſium medicorum ſcholis diſcuſſarum* Lucca 1757. 8. *. Curationem noſter proponit, quæ vulgo inflammationi opponitur, potiſſimum etiam acetum.

Idem in *N. E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 34 deſcribit ſarcoma de vagina prolapſum, reſectum, utero ſimile.

Arnoldi Duntze, noſtri olim cari diſcipuli, *Werlhofs* &c. *Urtheile über eine Krankengeſchichte* 1757. 4. *. Vulnus capitis ſero lethale, cum dura mater inciſa eſſet, & in cerebro abſceſſus. Curatio hic defenditur, & reſpondent, quos Cl. vir conſuluit, Medici nullam in mali initiis cauſam fuiſſe, cur dura mater divideretur.

Anton. Heins *Gebrauch auserleſener Genesmittel* Lipſ. 1757. 4. * etiam chirurgica medicamenta continet.

Samlung einiger von berühmten Aerzten in lateiniſcher Sprache herausgegebenen Schriften, von dem Urſprunge und den Schickſalen der Wundarzneykunſt u. der damit verbundenen Zergliederungskunſt, mit einem reſponſo der Fac. zu Halle ob die zu Nürnberg befindlichen Barbierer und Wundärzte unrecht gethan, daß ſie ſich von gemeinen Handwerkskünſten abzuſöndern ſuchen: und ob ſie nicht eben ſowohl als die Apotheker für angehörige des Collegii Medici zu halten Erfurt 1757. 8.

Verordnung das Hebammenweſen betreffend Braunſchweig 1757. 4.

Ordnung der Medicorum, Apotheker, Chirurgorum und Hebammen zu Strasburg 1757. fol. *. Ad politiam ejus civitatis. Balneatoribus venæ ſectione interdicitur.

terdicitur. Chirurgis in ſolis morbis venereis licet interna medicamenta proponere. De vulneribus majoris minoriſve periculi. Obſtetricium inſtitutio utiliſſima eſt.

Petri Zetzel medici, *anmärkninge uti läkare konſten ſamlade under utländska reſa* Stokh. 1757. 8. *. Pro paracenteſi hydropicorum. Pro levatione hydropis pectoris per ſitum erectum.

§. DCCXCIV. Disputationes.

Joseph Anton. Markmuller *de ſapone Veneto* Wien 1757. 4. *. Multa mala & glandulas potiſſimum induratas, ſapone ſuperatas fuiſſe. Exemplum calculi ab ejus uſu non quidem ſoluti, ſymptomatum tamen ſublatorum.

Michael Franc. Valenzi *de ulceribus* ib. 1757. 4. *.

Anton. Störk *de conceptu, partu naturali, difficili & præternaturali* ib. 1757. 4. *. Partus cæſareus bis a celeberrimis chirurgis adminiſtratus, ſemper funeſtus.

Raht *de incertitudine ſignorum infanticidii* Prag. 1759. in collectione D. Simon.

J. Michael Wechsung *de capitis abrupti & in utero relicti variis extrahendi methodis* Pr. Franc. Jos. Overkamp Heidelberg 1757. 4. * cum variis iconibus forcipum, forficum, extractorum, uncorum.

Henr. Landis præſ. Car. Frid. Kaltschmidt *varia partus impedimenta ex capite prævio* Jen. 1757. 4. *.

J. Christian Stok *partus difficilis ex brachio fœtus primum ex utero prodeunte, & delirio a medicamenti partum provocantis abuſu &c.* ib. 1757. 4. *.

Ej. *de famoſo unguento ophthalmico Anglico* ib. 1757. 4. *.

Gerh. Andr. Muller & Auct. Theod. Frid. Lud. Balser *biga obſervationum chirurgico medicarum* Gieſſ. 1757. 4. * vulneris lethalis arteriæ & venæ cruralis, cum oborto ſphacelo hiſtoria: tum ſanati vulneris abdomen utrinque penetrantis.

Ej. Mulleri *de fracturarum corporis humani manifeſtarum generibus & ſpeciebus* 1757. 4. ita lego niſi

Ej. *de emendata ann ulterius emendanda membrorum amputandorum ratione* 1759. 4.

Ej. *de atretis* ib. 1761.

Jacobi Christiani Vogel præſide Scheffelio, diſputatio *de fiſtula lacrymali* Greifswald. 1757. 4. *. Zachariæ filius, paterna experientia adjutus, plene agit de omnibus ejus fiſtulæ ſpeciebus. Ut ab aliis ejusdem ſedis malis hoc differat: ab obſtructa etiam lacrumarum ad nares via. Ut ab ægilope & a lacrumali

mali hernia diſtinguatur. Ut fiſtula curetur. Tubulos Anellianos mallet aureos. Preſſionem non valde probat, cum malum in parte inacceſſa ſit, naſalibus oſſibus conprehenſa. Fiſtulam apertam curat filo mundante medicamento ebrio, a ſacco naſali catheteris ope in nares traducto, ita mundato ulcere. Adjecta exempla felicis eventus.

J. CHRISTIAN LUDWIG *de vulnerum reſiduo* Lipſ. 1757. 4.

FRIDER. CONRAD BERGMAN *de injectionibus chirurgicis* ib. 1757. 4. *. De chirurgia infuſoria. De injectionibus in vulnera, in ulcera, in partes corporis humani alias aliasque. De materie ad eas injectiones aptiſſima, ut guaiaco ad ulcera difficiliora.

GEORG LUD. ALEFELD *de diſſectione fetus in utero* Gieſſ. 1757. 4. *.

EJ. *de aneuryſmate arteriæ cruralis in cartilaginem & os mutato* ib. 1763. 4.*. cum oſſe in cordis baſi. Mors ſucceſſit poſt fruſtraneam amputationem. Symptomata ſero eruperunt.

EJ. *an contrafiſſura in cranio infantis æque ac adulti generari queat* ib. 1769. 4. *. Ictus in ſiniſtrum bregma, a quo alæ minores oſſis ſphenoidei ab oſſe frontis ſeceſſerunt.

EJ. *de doloribus in partu ſilentibus variisque eos excitandi modis* ib. 1770. 4.*. Secundi gemelli craſſæ membranæ acu FRIEDIANA laceratæ, & eſſe etiam alias ubi digitis nequeant lacerari.

J. ALBERT KIPEKE *de optima tendinis Achillis præſciſſi vel dirupti cura* Baſil. 1757. 4. *.

J. THEOPHILI GIBOLLET *de aneuryſmate* Argentor. 1757. 4. *.

HERMANNI NICOLAI KIENMANN *de verſionis in extrahendo partu præſtantia & adminiculis* Gotting. 1757. 4. *. Vix poſſe abſque evidente matris periculo fetum intra uterum diſſecari. Verſionem debere continuo tentari, poſtquam aquæ ſalierunt. Eſſe ubi laquei utiliſſime adhibeantur, quando pedes altiori loco poſiti ſunt.

HENRIC. REIZ *theſes medicæ* Utrecht 1757. 4. *. Oſſa pubis in partu naturali non luxari, neque fere os femoris.

GEORG FRID. RICHERTZ *obſſ. viſcerum abdominalium labis brevis epicriſis* Leid. 1757. 4. *. & in *ſelect. pract. meis*. Herniæ tria involucra, quorum medium a muſculis abdominalibus obliquis externis erat: a peritonæo nata magna verſus abdomen plica. Vix poſſe ſaccum hernialem ligari, quia vaſa ſeminalia ſtrangulantur: arteria cæterum ſpermatica in ejus herniæ curatione chirurgica facile vitatur, non perinde facile funiculus ſpermaticus ſeparatur.

Huc referas EMAN. JACOBI van den BOS *de vivis corporis humani ſolidis diſſ.* Leid. 1757. 4. *, qua tendines aliasque partes contendit, tamen ſenſu non carere.

DIDERICH TIMMERS *de iſchuria* ib. 1757. 4. *.

CORNELII CANISII *de calculo in genere & præcipue renum & veſicæ* Leidæ 1757. 4. *.

PETRUS WOLFZEN *de bubonocele* ib. 1757. 4. *.

J. ALBERT REIMARUS *de tumore ligamentorum circa articulos fungo articulorum dicto* ib. 1757. 4. * & in *ſelectis pract.* Fungum naſci vel in ligamentis, vel certe in celluloſa tela circa ligamenta. Intumeſcere etiam glandulas articulares & conglobatas proximas. Eſſe ubi oſſa eroſa ſint, & fragmenta ſecedant. In experimentis nullis in ligamentis ſenſus fuit. Ut fungi ab aliis articulorum malis differant. Ancyloſes ex celluloſa tela vitio nata. Hydrops articuli. Tumores varii glandularum articularium, partium in vicinia aliarum. In omnibus ejusdem hominis articulis fungos fuiſſe. Cauſæ diri eventus. Curationes. Multæ utileſque morborum hiſtoriæ.

PETRI BASSUEL & PETRI STEPHANI le MAIRE *de hypopyo* Paris 1757. 4. *.

LUD. MARIA GIRARD VILLARS *E. ut ſenſibilitas ita irritabilitas a nervis* ib. 1757. 4. *. Contra me ſcripta, ſed vide B. anatomicam. Redit in *Mem. des ſavans etrang.* T. IV.

JACOB RENAT TENON præſide D. ANDOUILLE' *Theſes ex anatome & chirurgia de cataracta* ib. 1757. 4. *. Bona diſputatio. Cataractarum in homine, in animalibus inque equo etiam potiſſimum, anatome. Capſula lentis cryſtallinæ frequenter opaca, anterius, poſterius & utrinque. Deſcriptio extractionis; ad eam acus fine triangulari cum acie laterali capſulæ incidendæ apta.

In *Mem. de l'Acad.* 1758. duæ ſunt diſſ. CL. TENONII de exfoliatione oſſium. Primum per experimenta in canibus facta conperit, ad exfoliata oſſa aquam & emollientia medicamenta convenire, ſecedere tamen oſſis ſquamam, quod vitari nequeat, tantum ut tenuis ſit, & quaſi membranacea. Deinde eadem per oſſis terebrati exigua foramina gelatinam ſudere, in verrucas dureſcere, deinde in os. Ejusmodi verrucam, ſi nimis humectata fuerit, deponere ſuperficiem.

In *Mem. de l'Acad.* 1760. pergit in his experimentis. Os nudatum in cane partim ſibi reliquit, partim ad BELLOSTII præcepta terebravit & mollientia medicamenta inpoſuit. Natura nihilo deterius malum ſuperavit, abſque artis adjumento.

IDEM ib. de articulatione vitioſa in fele nata.

In *Mem. preſentés* T. III. lentem cryſtallinam ad DAVIELII morem extraxit. Opacitatem fere in capſula ejus lentis ſedere, & anterius & poſterius. Floccos ANTONIO dictos eſſe laceræ capſulæ lacinias.

In *Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1764. de formatione calculorum. Baſin eſſe mucoſum rete, quod ſuperſit, quando ab acido liquore terra cretacea abſumta eſt. Dari calculos, qui in acido nitroſo non ſolvantur: neque a ſpiritu vitrioli cal-

culos

culos urinarios flavos colliquari. Calculos ſubnaſci in maxilla inferiori equarum, quibus perinde nucleus mucoſus ſit pro fundamento.

In *hiſtoria* ejus anni agit de hernia MARALDI duplici, nupera & altera antiqua, in qua duriſſimum epiploon fuit, quod demum & ipſum ſuppuratio conſumſit.

In *Mem. anni* 1770. nova articulatio poſt fracturam oſſis in equo ſubnata.

§. DCCXCV. DIARIA.

In *Phil. Tranſ. Vol.* L. P. I. PETRUS TRAVERS, chirurgus, egit de inteſtino ileo bis diſſecto, utrinque ſutura pellionis collecto, ut fila de vulnere penderent, felici eventu.

PEYSSONEL de morbo, qui tamen potius ad interna pertinet, lepræ adfinis.

RICHARD GRINDALL, chirurgus, de magna chinchinæ efficacia in gangræna & late patente ex cauſa interna.

In *Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 43, CAROLUS PHILIPPUS GESNER, archiater Polonicus J. MATTHIÆ f. de odontalgia medicamento epiſpaſtico ſuperata.

Obſ. 44 abſceſſus in lingua ſalivæ copiam maximam ciens, ſublatam cum rumperetur.

N. E. N. C. Vol. II. *obſ.* 91 ſternum & coſtæ carioſæ, ſanguis inter pectoris muſculos effuſus, mors ſubita.

In *collectione Lauſannenſi* 1760. 12. * & in *epiſt. ad me datis* experimenta exſtant viri ILL. de dura matre ſana, in homine abſque noxa & dolore laceſſita.

CHRISTOPH FRIDER. KUHN.

Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. *obſ.* 55 aliquot exempla morſus canis rabidi in funeſtam hydrophobiam terminati.

J. CHRISTIAN JACOBI.

Obſ. 59 de medicamento ad cancrum, ex balſamo ſulfuris aurati & lithargyrii extracto.

FRIDER. RUD. CHRISTIAN CROPP, olim auditoris noſtri.

Obſ. 65 hæmorrhagia funeſta, ex placenta partim avulſa orificio uteri inpacta.

J. ERN. STIEF.

Obſ. 91 enormis phimoſis & ulcera venerea.

FRIDER. SIMON MORGENSTERN.

Obſ. 94 in adulto homine ſerum de umbilico fluens.

In

In *Vol.* III. *obſ.* 72 mirus tumor ſcroti & penis cum phimoſi.

Vol. IV. *obſ.* 51 de brachio poſt avulſam manum ſanato.

CAR. WILH. SACHS.

Nov. Act. Vol. I. *Obſ.* 95 maxima hæmatocele curata.

Obſ. 96 in hydropico gangræna circa partes genitales, cortice Peruviano ſuperata.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc*, 1757. epilepſia multum levata, cum ob calvariæ fracturam repetito trepanum eſſet admotum.

BERTHEAU, calculoſus, cum ex uſu medicamentorum STEPHANIÆ dolores omnes evanuiſſent, ex alia cauſa mortuus, calculum in veſica habuiſſe repertus eſt, multo muco obductum.

Hoc anno 1757. prodiit *tertius tomus des Memoires de l'Acad. R. de chirurgie*, de quo paulo ornatius erit dicendum.

Breviores primum de rebus memoria dignis relationes. Variorum de agarico igniario experimenta. Non poſſe facile integrum conſervari, qui ſponte dilabatur. Non in arteria brachiali ſola, ſed etiam in crurali, eum agaricum hæmorrhagiam efficaciter conpreſſiſſe. Cura tamen opus eſſe, ut prelum admoveatur, & lente laxetur, ne ſubito agaricum ſanguis inundet. WURZIUM lycoperdi, non perinde agarici, vim cognitam habuiſſe, quo ſanguinem reprimit. Effectum eſſe conſulta academia chirurgica, ut femina, quæ teſtem hernioſis excidebat, fuſtigata & carceri mancipata fuerit.

RAUSSIN de nephritico homine, cui lotium partim per umbilicum & partim per veſicam exierit, vitioſum tamen per umbilicum iter paulatim obſoleviſſe.

BAUCHOTI felix bronchotomia.

GOURSAUD corpus peregrinum ex gula excidit.

LAPIE linguam nimis breviter palato revinctam ſpathula depreſſit, duosque pueros ſervavit perituros, cum ſugere non poſſent.

De la CHAUD catheter quam PETITI perfectior, cujus ſtylus accurate tubulum replet.

Feminæ nomine GONICHON collare puerorum collum corrigens.

FOUCHU proprium prelum ad hæmorrhagias dentium ſupprimendas.

Vitæ CHESELDENII & NICOLAI PUZOS.

Diſſertationes ipſæ pleræque dicuntur cum ſuis auctoribus. Nondum vero dicti ſunt

AMBROSIUS BERTRANDI, chirurgus Turinenſis.

Ejus hic reperitur diſſertatio *de hydrocele*. Non valde curat hydrocelen anaſarcoden, quæ inter cutem & darton ponatur, neque eam, quæ inter darton & crema-

cremaſterem eſſe dicitur, neque eam quæ ponitur cremaſterem inter & teſtem. Unicam facit ejusmodi hydrocelen, quæ ſit telæ celluloſæ. Sed neque eam ſatis putat differre ab ea, quæ in cellulis funiculi eſt. Aquam educere oportet, ſaccum deſtruere; ſetaceum ſæpe convenit. Malum ipſum ſæpe diverſis præfert temporibus aperire, punctim quidem: tunc demum magna inciſione tumorem findit. Valde ſibi metuit ab hæmorrhagia, quare & ſanam funiculi partem ligat. Saccum, quo aqua continetur, una cum cute conſuit, ſi craſſior fuerit; tenuem ſufficit ſuppurari. Si aqua per urethræ rimam eo venerit, a gangræna cavendum, etiam cortice chinæ chinæ.

Idem de abſceſſibus hepatis, qui vulneribus capitis ſuperveniunt; latenter & abſque ſymptomatibus. Eos abſceſſus refluxui ſanguinis tribuit, a venæ pedis ſectione adjuto. Et in gibba hepatis parte, & in cava, ſedem ſuam habent.

Ejusd. *trattato delle operazioni di chirurgia* Nizza 1763. 8. 2. vol. *. Gallice vertente Solier de la Romillais, cum auctoris vita a D. Louis ſcripta Paris 1769. 8. Germanice Wien 1769. 8. In propria oratione noſter utilitatem laudat, quam chirurgia ab aliis artibus & ab anatome potiſſimum capere poteſt. In operationibus multas ſuas proprias habet adnotationes. Ex epigaſtricorum vaſorum vulnere utique memorabilem hæmorrhagiam vidit. In apparatu alto vulnus digito dilatat. Multos ante F. Jacobum ſimili fere ratione calculum exciſſe A. a Croce, P. Francum, D. Scaccum, F. Hildanum & Covillard, cujus adminiſtrationis præſtantia ſit in diſſecta proſtata. Vidiſſe ſe chirurgum Bromfield apparatum magnum, ſed ita adminiſtraſſe, ut ſectio ſuper *turundam* (tente) crena exſculptam in veſicam produceretur, & proſtata divideretur, in eo ægro inteſtini fuiſſe herniam inter rectum inteſtinum & veſicam effuſi. Gallos nimis alto loco, & pubis oſſibus nimis vicino incidere. Cheseldenii conſilia facilia eſſe, neque opus eſſe nuperorum inſtrumentis. In feminis fere vaginam ſauciari. Omnium minime probabilem inter omnes eſſe calculi ſectionem, quæ fit apparatu magno; a quo vidit proſtatam a veſica ſeparari. Le Dranii conſilium non probat, qui funiculum ſeminalem vult contundi, quo ſanguinis profuſio vitetur (ad veterinariorum exemplum). Jam Blegnyum veſica in rectum inteſtinum data, & flatu diſtenta, ſanguinem voluiſſe conpeſcere. Ut glans denudetur ſemel ſecundum longitudinem præputium incidit, inde ad latera. Non debere in thoracis paracenteſi adnatum pulmonem ſeparari. Linguam ex lingua vitioſæ natam feliciter reſecuit. Davielii adminiſtrationem non eſſe facillimam, & celeritate egere. Non ſuffeciſſe vinculum ſuperne ſauciatæ arteriæ injectum, & plurimum ſanguinis per anaſtomoſes ſuppeditatum fluxiſſe. Gunzii de lithotomia conſilia nimis minuta eſſe: ubique enim noſter aliorum adminiſtrationes expendit. Gallos non ſatis verſus veſicam ſuam inciſionem producere, cathetere uti neque ſatis longo neque ſatis curvo, veſicam difficulter aqua repleri. F. J. de S. Cosma lithotomum, etiam a D. Caque perfectum, noſter non probat, & Bromfieldo negat placere. Hunc chirurgum ad Cheseldenii placita calculum excidere & dividere proſtatam.

Du Phenix de lacerato ductu ſalivali Stenoniano, cujus vulnus fiſtuloſum erat. Tubulus quaſi temere inſertus, ut per eum ſaliva manaret.

In ægro D. Beaupre' ſetaceum in ductum ſalivalem ipſum datum & in fiſtula relictum, ſaliva ſetaceum ſequebatur, vulnus deſerebat. Ita ſenſim diminuto ſetaceo, tandem malum ſanatum eſt.

Moscati de inteſtino a ligamento vitio nato ſtrangulato & gangrænoſo.

In *Mem. de Chir.* T. IV. Idem agit de fractura colli humeri deque ejus difficultate & facile ſuperveniente carie atque difformitate. (Ego mihi ipſi eo in malo facillime ſubveni, brachio ſimpliciſſime ad corpus adligato.

Porro in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. Sabatier de elapſu uteri & vaginæ. Signa uteri cum elapſu inverſi & non inverſi. Iſtam ſpeciem fungus fere facit. Ex elapſo fetus facile educitur. Inverſus elabitur fere obſtetricium vitio, quem reponere oportet, niſi ulcere vitietur. De obliquitate uteri, & antrorſum pendente vulva, unde hernia uteri ſequi poteſt. Situs vitiatus vaginæ.

In *Mem. de Chir.* T. IV. de fracto collo femoris, de ſignis ejus infortunii, de repoſitione, de faſciis quibus continetur, ſed oportet totam diſſertationem legere.

Idem la Mottium dedit meliori ordini reſtitutum, notulas adjecit. Vide p. 42.

Ej. & T. Coste *theſes anatomico chirurgicæ* Paris 1757. 4. *. In repoſitione herniæ caput humili debere loco poni. Frequenter ab ipſo ſacco herniali inteſtinum ſtrangulari; quare periculoſe integrum ſaccum reponi, adnatum inteſtinum relinquendum, ut tamen ſcalpello anulus laxetur.

Ej. & Petri Dionysii Martin *de cataractæ extrahendæ variis modis* Paris 1759. 4. *. Inſtrumenta ad extrahendam lentem: ſcalpellum hinc ſecedens cuſpide magis. Vitia ejus artificii aliqua. Pogetiana adminiſtratio. Garengeot lentem ſæpe eduxit. Alia inſtrumenta, ſcalpellus hinc ſcindens forceps, hamulus. Hæc Dni Berenger.

Ej. & J. B. Ferrand *de encephalocele ſ. hernia cerebri* Paris 1763. 4. *.

Ej. & Caron *de poplitis aneuryſmate* ib. 1773. 4. Exemplum ſubnatæ gangrænæ deſtructæ arteriæ, mali ſanati.

Pibrac in *Mem. de Chir.* T. III. de ſuturarum abuſu. Abſurdum eſſe totum inventum, quo de corpore ſcindente & vulnerante cogitatum eſt. Multi caſus, in quibus tanta ſuturarum fuerint incommoda, ut reſecare fuerit neceſſe. Solo apto ſitu, etiam in labio leporino inque abdominis vulnere labia conferbuiſſe. Ad morſus & vulnera linguæ ſacculus quo contineatur. Poſt inventum agaricum ſuturas fere deſeri.

In

In *Mém. de l'Acad. de Chir.* T. IV. idem valde laudat ſimpliciſſimam vulnerum deligationem, in qua nihil imponatur præter carptum linteum.

In *Journal de Med.* 1757. T. I. S. VI. La Peyre hernia gangrænoſa, anulo dilatato inteſtinum ruptum erat, ſed adhærens ſanatum.

Urethra deſtructa per gangrænam, regenerata. An idem qui in Anglia inde vixit, & quem dicemus.

Le Beau, fil. medicus, de vermibus per inguinis ulcus prodeuntibus. Malum tamen feliciter ſanatum.

Ej. vermes ex inguine erepentes, vulnus ſanatum.

T. VII. de felice effectu decoctæ cum pice aquæ in ulceribus & fiſtulis.

T. VIII. a vapore canis rabidi putredine conſumti hydrophobia.

Ej. index cum ſuo flexorio tendine evulſus, dolore vix ullo.

T. X. calamum aromaticum noſtratem valere ad hæmorrhagias conpeſcendas.

Ejusd. *reponſe à une lettre anonyme au ſujet d'un nouvel inſtrument de chirurgie propre à extraire les corps engagés dans l'œſophage* Paris 1769. 8.

Le Joyant, parochi, T. VI. arcanum adverſus morſum canis rabidi remedium, nullius certe fidei.

Marchant, medici, de gangræna partium genitalium, & alias de gangræna brachii & alarum cortice chinæ chinæ ſuperata.

Donadieu, chirurgus, de pure & fæcibus alvinis flatubusque per penem redditis, eventu per phthiſin funeſto.

T. VIII. ligni portio diu in genu retenta, demum exciſa.

Gaudet, chirurgus, in T. de perioſteo ab oſſibus ſecedente & oſſe poſt magnas inciſiones ſanato.

Cæstryk, chirurgus, de empyemate poſt exfoliationem coſtarum verarum nonnullarum ſanato.

Id. T. XXVI. de neceſſitate repetitæ terebrationis calvariæ, quando abſceſſus ſubeſt.

Ej. vulnus carotidis externe feliciter ſanatum.

Guillerme chirurgus in eodem a. 1757. ſem. I. de fetu per anum reddito.

Durand, chirurgus, de acu, quæ ex femoris abſceſſu prodiit, quam deglutiverat.

Ej. abſceſſus hepatis inciſus, ſanatus.

Ej. in T. VII. de hydrocele cyſtica, membranis craſſiſſimis & ſcirrhoſis, inciſione ſublata, & amputato teſticulo.

Richard Duplessis, medicus, in 1757. ſem. I. de gangræna ſpontanea pedis ſicca.

Baratte, chirurgus, de hernia inguinali, in qua inteſtinum gangrænoſum hiavit, tamen ſanata, etiam abolita fiſtula.

In T. VII. de abſceſſu fiſtuloſo auris cum carie, ſanato a D. Rochard.

T. XXXIII. ulcus ſcrofuloſum ſanatum uſu mercurii ſublimati.

Guinot, chirurgus, in ſem. I. anni 1757. de carie oſſis frontis late patente, etiam eroſa pia matre, ſanata, remoto eo oſſe & parte oſſis cribroſi.

Caille, medici, de ſcrophuloſa femina, cui uterus ob gangrænam amputatus, felici eventu.

Deydier, medici, obſcura hiſtoria abortus & molarum.

Maugue', chirurgus, de ſarcomate brachii cancroſo cum multa ſanguinis jactura amputato, ut neceſſe fuerit duos ramos arteriæ maxillaris lino intercipere.

Perrault inciſio hominis a ſpina ventoſa enecti. Tumor pure plenus, perioſtei, vertebræ carioſæ.

T. XII. tumores fungoſi & carioſi vinculo adſtricti, amputati.

In T. VII. S. 1757. ſem. II.

Laurens, medicus, de hydrophobia ex nimio æſtu, abſque alicujus animalis morſu nata.

Tardieu de hernia cum inteſtini circa anulum adhæſione, cumque ſtercoris vomitu, & gangræna, que omnia ariſtolochiæ cum vino infuſæ fotui ceſſerunt. Ejusmodi adhæſionem naturæ eſſe beneficium.

Ej. *la toilette des pieds, ou tr. de la guériſon des cors, verrues & autres maladies de la peau. Diſſ. abrégée ſur le traitement & la guériſon des cancers* Paris 1769. 12.

Henrion, chirurgus, *Journal de Medecine* T. VII. de hernia umbilicali ſponte aperta, gangrænoſa, reſecta parte corrupta in anum artificialem mutata.

Pinard, medicus Rothomagenſis, de ſolani ad cancrum uſu.

Le Maitre, medicus, de anthrace prope angulum internum oculi nato, ſanato ſcarifatione, digeſtivis.

T. XVII. reſtituta quæ per anum & per veſicam numeroſiſſimos calculos reddiderat.

Moublet, chirurgus, in *Journ. de Med.* T. VII. de vulnere abdominis cum

cum multo ſanguine in celluloſam telam effuſo, vulnus, ut videtur, arteriæ epigaſtricæ.

T. IX. vermes ex renibus infantis per fiſtulam prodeuntes & per urethram.

In T. XI. Ejusdem tres diſſ. quibus contendit, exſtirpationem femoris ex articulatione ſua non adeo certum periculum inferre. Hæ diſſ. Amſtelodami vertente D. de Gesscher prodierunt a. 1760. 8. cum titulo *verhandeling van de af zetting der dye in het gewrigth.*

Id. *Journal de Med.* T. XV. integra de cauteriorum apud veteres & nuperos uſu.

Bonafos, medicus, T. VII. anum infantis imperforatum narrat fruſtra acu triquetra apertum.

Krause, medicus Helmſtadienſis, de brachii inflammatione & gangræna ex levi vulnere nata.

Salerne, chirurgus, de cranii fractura cum ſanguine in celluloſam telam effuſo.

Razoux, medicus, de hydrophobia per animam canis rabidi communicata in noſodochio funeſta.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1761. Idem de femina fulmine tacta & ambuſta aliqua.

De femina cancro ſcorbutico labii laborante, ſanato uſu ſolani ſcandentis.

Salgues, chirurgus, *Journ. de Med.* T. VII. de acicula per umbilici abſceſſum egeſta.

In T. VIII. de inteſtini tunicis per alvum decedentibus.

Vermont, chirurgus, *Journal de Medecine* T. VII. de ulcere dorſi.

Pomme & Diannyere, medici, de felici uſu corticis Peruviani adverſus gangrænam.

T. X. de calculoſo concremento ex conpacta bile inter abdominis muſculos nato.

La Mothe de hydrophobia ſpontanea in T. VII.

In *Mem. de l'Acad. de Berlin* a. 1757. Christian Lud. Rolof, Auditor olim noſter, de aortæ anevryſmate enormi, quod ſternum deſtruxerat, ut æger denique ex repetita ſanguinis jactura interierit. Cauſa erat ex nixu.

In *Act. Helvet.* T. III. d'Apples, medicus Lauſannenſis, de calculis in veſica nobilis viri, me monente latentibus & diu ignoratis, fruſtra ſed brevi tempore ſumto medicamento Stephaniæ tentatis, in cadavere detectis, ut fungoſis caruncululis veſicæ velarentur.

Ib. T. V. de morbo D. BERGER de FOREL refert, de quo DEMOURS & DAVIEL.

T. VI. aliquot exempla felicis extractionis lentis cryſtallinæ.

ACHILLIS MIEG, docti viri, in *Act. Helvet.* T. III. de fele, cui per Cæſaream ſectionem aliquot catulos exemerat, & quæ undecimo poſt die naturali via alios peperit.

EJ. enormis fractura calvariæ, quæ ipſum os petroſum ſiderat.

In *K. Swensk. Wetensk. Acad. handl. Vol.* XVIII. J. G. SIFVERT de fracto humero ex projecta pila.

HIERONYMUS DAVID GAUBIUS, vir ILL. de maximis calculis ex utero virginis ſponte eductis.

EJUSDEM *inſtitutiones pathologiæ medicinalis* Leid. 1758. 8. *. 1763. 8. *. Lipſ. 1759. 8. &c. Inter morbos corporis humani, etiam chirurgica mala habet, utique cum uberrima cauſarum collectione. Ita hernias, ſenſuum leſiones, calculum.

In EJUS *adverſariis* Leid. 1771. 4. * tubulus & follis deſcribitur, quo tabaci fumus in ultimum inteſtinum inpellitur.

In *Journal de Medecine* T. XI. de calculis ex puellæ utero prodeuntibus.

In *Actis Academiæ Elector. Moguntinæ Scientiarum utilium* Erford. 1757. 8. *. J. WILHELMUS BAUMER de ſceleto fetus per vulvam cum fæcibus alvi egeſta.

ID. de prolapſu palpebræ ſuperioris electrica vi ſanato.

EJ. *de eo quod in hæmorrhagiis proprium eſt & commune* Erford 1758. 4.

J. CHRISTOPH RIEDEL *Act. Mog.* I. de homine a canis rabidi morſu quadrageſimo die enecto, cum leve vulnus eſſet. Cartilagines adeo tumidæ, ut gulam conprimerent. Et hic & in toto corpore fætor canibus proprius.

Ibid. *Mercure de france* 1757 febr. & *Hamb. Magaz.* T. XX. SEDILLIER de ſterno felici eventu perterebrato.

In M. *Sept.* CHASTANET de ſuis felicibus calculoſorum ſectionibus, quæ fiunt ægroto ſupino & ad horizontem parallelo. Facilem eſſe F. J. de S. COSMA operationem, etiam imperito.

Ibid. 1754. Decembre. CAMBON refert de infelice ſectione calculi, quæ magno apparatu in noſocomio l'Hôtel-Dieu ſit adminiſtrata. De calculis a BOULLAND, & a ſe ipſo ad F. JOHANNIS de S. COSMA conſilia feliciter exciſio.

EJ. *Lettre ſur la lithotomie, pour prouver la ſupériorité du lithotome caché pour l'operation*

l'operation de la taille ſur tous les autres inſtrumens. Paris 1760. 8. *, alii 1768. Contra VANDERGRACHTIUM. Plures ei perire ægros, quam quidem inter eos intereunt, qui lithotomo F. J. de S. COSMA ſecantur.

In *Journ. de Med.* T. XIII. exemplum felicis eodem inſtrumento factæ ſectionis calculi.

In *Journal des ſav.* 1757 Menſe April. ad *lettre de M.* . . à M. . . Contra D. CHASTANET aſperum ſcriptum, & contra F. J. de S. COSMA inſtrumentum.

LAMI in *Nov. Lit. flor.* paſſim propria aliqua, etiam chirurgica habet; & a. 1757 de globo ex glandulis & canalibus in ſcirrhum mutatis, a virgine egeſto, reciſis filis celluloſis, quibus ad vaginam firmabatur.

In *Journal œcon.* 1757 deſcribitur lithotome couvert, inſtrumenti genus, in quo unita habetur acus triquetra, ſcalpellus & conductor. Ibid. fuſe de calculo, ejusque ex humoribus lymphaticis ortu: de THOMÆ optima calculi ſectione.

In *obſervations periodiques ſur la phyſique & l'hiſtoire naturelle* 1757 huc pertinet machinamentum ad urinam continendam.

Hoc anno prodierunt *der mediciniſchen Societät zu Budiſſin Samlungen und Abhandlungen, aus allen Theilen der Arzneygelahrtheit.* Altenburg 1757. 8. * Pluſcula hic ad medicinam forenſem, etiam ad chirurgiam aliqua pertinent. Ecce quædam ex præcipuis. De tendine (aut nervo potius) in venæ ſectione læſo, oborta inde paralyſi cum atrophia brachii.

J. GEORGII THAMM hernia, ut videtur, cerebri.

Mors ſubita ex venæ & arteriæ iliacæ ruptura.

DANIEL PRÆTORIUS de oculo vulnerato & prolapſo.

CHRISTIAN LAUB de peritonæo, ut putatur, ex colica rupto, & ventriculo loco moto, hæc obſcure.

G. BUDÆUS ulcus & mors phthiſicæ feminæ poſt inciſum tuberculum hæmorrhoidalem.

J. FRID. HENNING ulcus in hypochondrio ſanatum; pure per vomitum & urinam egeſto.

VOLLHART ſcirrhus in ſubcutaneis abdominis.

TOBIAS SCHOENE de maxillæ parte cum dente evulſa.

Imputatio violentiæ ab obſtetrice in partu exſertæ.

D. T. BRUKNER ſcirrhus ſub axilla ex veſtibus arctioribus ortus.

Inedia a tumore polypoſo œſophagum farciente.

§. DCCXCVI.

§. DCCXCVI. Varii.

J. Farmer, Chirurgi, *ſelect caſes in ſurgery collected in S. Batholomæus's hoſpital.* London 1758. 4. * Caſus duodecim. Vehementer ambuſtus, ſanatus impoſitis linteis oleo intinctis & renovatis, tum alvo ducta. Cum ſub cute capitis pus eſſet effuſum, ſolis emplaſtris, abſque inciſione caries vitata. Digitus quaſi de filo pendens conferbuit. In longo malo repetito cauterio denique caries tibiæ ſeparata, educta fragmenta oſſea ſeptem unciarum longitudine. Globus ſtlopetarius inter duo brachii oſſa hærebat, artus aptis inciſionibus, & exemtis oſſis feſtucis ſervatus eſt. In Highmoriano ſinu abſceſſus & faciei inde tumor, educto dente ſanatus. Duo fungi ad pudendi latera vinculo adſtricti & exſtirpati. Fractura cranii conplicata, ſcarifando averſa gangræna. Angulos vulneris linteo carpto exceptos reconciliari. Lunare cauſticum omnium optimum.

Obſervationum medicarum faſciculus Oxon. 4. * abſque anno, ſed anni, ut puto, 1758. Empyema ſponte in ſuperficie pectoris ruptum, optimo eventu. In alio empyemate felix paracenteſis. Scrotum deſtructum & renovatum. Ren purulentus, ſic veſica, eaque in rectum inteſtinum aperta. Aliquoties abſceſſus veſicæ urinariæ. Ad ſanguinem conprimendum medicamenta ex plumbo.

The fabrik of the eye, and the ſeveral diſcorders who obſtruct the ſigth. London 1758. 8.* Germanice Hamburg 1760. 8. * Tribuitur Johanni Hill. De morbis oculorum, de violentia externa, ex nimio lucis fulgore. De inflammatione varia, variolarum reliquiis, cataracta, eaque tremula, glaucomate. Idem puto verſum a Theodoro Arnold Lemgow 1760. 8.

Medical chirurgical and anatomical eſſays and experiments communicated by Haller, others, London 1758. 8. * excerpta ex *Suecicis tranſactionibus.*

J. Reeves *art of farriery* Lond. 1758. 8.

§. DCCXCVII. Itali.

Josephi Bianchi, chirurgi, *oſſervazioni chirurgiche* Cremon. 1758. 4. * Nannonii diſcipulus, quem imitatur. Longi morbi chirurgici molli curatione ſuperati, & excluſo aere, cui fere noſter inflammatioues tribuit. Contuſa vetat incidere, & in univerſum ferro temperari jubet. In ancyloſi feliciter balneo uſus eſt. Anevryſma a nimio nixu ortum. Pars tracheæ oſſea & cartilago thyreoidea carioſa. Vulnus venæ jugularis externæ ſanatum, tum ductus ſtenoniani. Obſervationes quadraginta.

Francesco Paola Bedinelli, chirurgi oppidi Mondavio, *diacriſi intorno la cura d'un malo, ch'ebbe origine da un callo* Peſaro 1758. 8. * De carioſo digito pedis agitur, cujus mali cauſa in clavo fuit: ulcus exiguum noſter aperire geſtiebat, recuſabat æger, alius chirurgus vini ſpiritum inpoſuit & theriacam, unde gangræna, iterum ab alio ſuperata terebinthina & fomentis balſamicis. Noſter oſtendit, ſecundum chirurgum parum artificioſe curaſſe.

De

De embryulcia, ſ. fetus vivi extractione per uncos non illicita. Veronæ 1758. Uncos in caſu ſummæ neceſſitatis excuſat: quibus puer occidatur alioquin periturus. Eſſe tamen, ubi fetus ſaucius convaleſcat, & ſupervivere hominem, cui in partu caput ab aure ad verticem fiſſum fuerat. Inter viginti pueros unco eductos duos vitales ſuperfuiſſe.

GIUSEPPE GROSSATESTA *lettera ad un amico ſu l'apparecchio grande lateralizato* Modena 1758. 4. *. Auctor lithotomiam exercet. Incidit urethram uti in apparatu laterali ſolet: verum inciſionem oblique verſus tuber iſchii producit, tunc ſurſum redit, ubi inciſio cepit, cultrum in crenam catheteris defigit, catheterem manubrio clavato ad ſymphyſin oſſium pubis apprimit: denuo cultello oblique deſcendit, ut inciſio natem dextram reſpiciat, manubrium catheteris verſus abdomen ducit, cultro per crenam redit, & inciſionem finit qua cepit. Ita fere in Italia calculum excidi addit.

J. BAPT. VERNA, primus chirurgus noſodochii, S. J. B. Turini, edidit *Lettera al S. Haller* 1758. 4. * recuſam in *collectione Gallica Lauſannenſi.* In hominibus tendines & duram membranam irritavit, nullo cum ſenſus ſigno. De puero ano imperforato.

CL. LARBER Venetiis 1758. 8. maj. 3. vol. * edidit *Anatomia chirurgica del* D. PALFYN. Varia addidit, collecta ex SHARPIO aliisque, & me: ſua etiam adjecit de calculis circa acum natis: de prolapſa vagina feliciter reſecta. Fungus uteri in gravida ferreo filo adſtrictus, amputatus: grave vulnus calvariæ abſque trepani uſu ſanatum, ancyloblepharum ſuperatum. In dubio caſu vehementis commotionis malum abſque trepano curatum. Epiſtolæ LANCISII & VALSALVÆ de ſede cataractæ.

§. DCCXCVIII. GALLI.

LAFFEMANT, ſartor, *avis au public ſur différentes eſpéces de corps & de bottines de nouvelle invention* Paris 1758. 12.

BICHET *obſervations ſur les accouchemens* ib. 1758.

GOGUET *de l'origine des loix, des arts & des ſciences & leurs progrès chez les anciens peuples* ib. 1758. 4. 4. vol. Amſterdam &c. De chirurgiæ etiam antiquitatibus. Eam artem ante medicinam fuiſſe putat.

Statut & reglement pour les chirurgiens des provinces établis ou non établis en corps de communauté par M. L. B. d'OLBLEN ib. 1758. 4.

§. DCCXCIX. GERMANI.

CAR. LUD. NEVENHAAN *vermiſchte bibliothek oder Auszug aus verſchiedenen Streitſchriften und andern Abhandlungen erſte Samlung* Altenburg 1758. 8. *. In prima collectione agitur de mola ex HAZFELDIO, quæ ſarcoma fuerit, & de

hydrophobia ex SCHULZMANNO. Rabiem canum ex veneris cupidine naſci: minorem ejus morbi gradum in catella convulſiones feciſſe, & hyſtericum malum eſſe imitatum.

In *zweyte Samlung* Braunſchweig 1760. 8. * ex HOYERO ſympatheticas curationes tuetur.

JOH. FRIDERICH GLASER, medicus in Suhla. EJUS eſt *Beſchreibung ſeiner neuerfundenen Blut-Waage und Blutmaaßgeſchirr* Hildburghauſen 1758. 8. *. Media deſcribit ut fieri poſſit, ne in copia ſanguinis erretur, quem de vena emiſerimus. Primum jubet ſanguinem ex ipſa pedis vena emittere in amphoram (Eimer) de bilance ſuſpenſam, qua unciæ emiſſi ſanguinis accurate definiantur. Deinde alio modo idem obtinet, ſanguine in vaſculum emiſſo, cujus loculamentum quodlibet duas ſanguinis uncias capiat.

PETRUS SAMUEL de CHAUFFEPIE' *neuer Hebammen-Wegweiſer, oder deutlicher Unterricht, wie eine Wehmutter bey allen in der Geburtshülfe vorkommenden Umſtänden ſich zu verhalten* Lubek und Altona 1758. 8.

Samlung chirurgiſcher Bemerkungen aus verſchiedenen Sprachen überſetzt Altenburg 1758. 8.

Zweyter Theil Altenburg 1759. 8. Non vidi.

J. CHRISTIAN LEUSCHNER *ſupra vita & meritis* J. EHR. THEBESII Hirſchberg 1758. 4.

T. C. REINHART *de vulnerum hepatis lethalitate* Glogau 1758. 8. Germanice *verletzte Leber* Glogau 1758. 8. alii 1761. 8.

J. FRIDERICH RUBEL *novum ſyſtema medicum & chirurgicum tam theoreticum quam practicum adnuntiavit* anno 1758, quod Francfurt 1765. 8. prodiit.

EJ. *Abh. der Criminalfälle welche in das forum medicum einſchlagen* ib. 1762. 8.

EJ. *Merkwürdigkeiten aus dem Reiche der Natur, oder phyſicaliſch, mediciniſch, chymiſch und chirurgiſche Anmerkungen* ib. 1762. 8.

EJ. *mediciniſch und chirurgiſche Lehrgebaüde oder Auszug aller mediciniſchen und chirurgiſchen Wiſſenſchaften* Augſpurg 1761. 8.

EJ. *mediciniſch chirurgiſche Wahrnehmungen und von den Entzündungsfiebern* Nürnberg 1764. 8.

EJ. *wahres Portrait eines geſchikten Medici, Chirurgi und einer Hebamme* Francfurt 1766. 8.

CAR. LUD. von l'ESTOCQ *Antwort auf die Frage obs rahtſamer ſey ſich bey innerlichen Krankheiten einem jungen Leibarzte oder einem alten Wundarzte anzuvertrauen* Leipz. 1758. 8.

Beſchreibung und Heilungsart der Krankheiten im Feldlager Wien Prag u. Trieſt 1758. 8. puto opus SWIETENII.

§. DCCC.

§. DCCC. DISPUTATIONES.

HENRICH KERSCHNER *de iſchuria* Wien 1758. 4. *.

J. DAVID LAPEHN *de oſcitatione in enixu* Götting. 1758. 4. *. Malum ſymptoma & ſyncopes nuncium. Puerperam ab enixu debere quieſcere.

J. REINH. KUGLER *de jure obſtetricum ſecundum ſtatuta Argentoratenſia* P. I. Argent. 1758. 4. P. II. 1760.

CAROLI MERTENS *vulnus pectoris conplicatum cum vulnere diaphragmatis & arteriæ meſentericæ inferioris* Argentor. 1758. 4. *. Ab enſe de ſuperiori ſede inflictum.

JOH. LAUR. JACOB THIERINER *notabilis de fiſſura tibiæ hiſtoria* Argentor. 1758. 4. *.

BENEDICT PELIZAEUS *de partu difficili ex poſitura uteri obliqua* Argentor. 1758. 4. *.

PETRI NICOLE RICHE *caſus criſios metaſtaticæ in tumore tibiæ cum ſubſequente ulcere gangrænoſo & carie oſſis ſubſtantiam ad medullam uſque exedente, feliciter curato* Argentor. 1758. 4. *. Ferro & igne in cariem tibiæ ſævitum, felici denique eventu.

J. PETRI NORDMANN *de iſchuria gravidarum* Argentor. 1758. 4. *.

JACOB PLOOS van AMSTEL *de paronychia* Leid. 1758. 4. *.

J. WILHELM EVERWYN *de λιθογενεσι in veſica urinaria* ib. 1758. 4. *.

J. JAC. MESSENCE & NAT. NIC. MALLET *E. caries in oſſium extremitatibus vix ſanabilis* Paris 1758. 4.

J. PETRI de JAUSSERAND *de ſenſibilitate & irritabilitate partium corporis humani experimenta* Monſpel. 1758. 4. *. Experimenta ſunt Dni. TANDON. Eorum vitia Cl. HOUSSET oſtendit. Sed confer *B. Anat.*

J. PETRI DESPOLETS *an cauterium actuale negligendum* ib. 1758. In gangræna & hæmorrhagia tamen profuiſſe.

JOSEPH JAC. GARDANE *theoria inflammationis* ib. 1758. 4. * utcunque.

J. GOD. LAVE & FRANC. ANG. DELEURYE *de utero inverſo* Paris 1758. 4.

PETRI AUGUSTI ADET & S. JOIRE *E. Leucophlegmatiæ leves ſcarificationes* ib. 1758. 4.

C. F. THEROUDE de VALLUN & J. DESCEMET *Non E. ſola lens cataractæ cryſtallinæ ſedes* ib. 1758.

JACOB BARBEU du BOURG & BERTHOLD *E. tracheotomiæ nunc ſcalpellum nunc trifidus mucro* ib. 1758.

ANNA CAR. LORRY & JAC. SAVERY *E. parturienti accedente hæmorrhagia uterina partus diverſa pro diverſo caſu encheireſi promovendus* ib. 1758.

BERNARD NIC. BERTRAND & M. J. C. ROSSET *E. raro celebranda terebratio* Paris 1758.

STEPH. LUD. GEOFROI & L. M. GIRARD de VILLARS *E. in empyematis operatione ſcalpellum acu triangulari præſtantius* ib. 1758.

DIONYS. PAUTIER de la BREUILLE & F. L. T. DONGLELE *Non E. frequens artus amputandi neceſſitas* ib. 1758.

NATALIS ANDR. JOH. BAPT. CHESNEAU & MAR. JOS. LEYS *E. mammarum cancri ferro tutior quam cauſticis ablatio* ib. 1758.

J. FRANC. PARIS & STEPH. du HAUME *E. inteſtinis integre diſſectis ano artificiali alia eſt anteponenda methodus* ib. 1758. 4.

§. DCCCI. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* JACOBI JOHNSTONE de calculis per abſceſſum abdominis prodeuntibus.

ROBERTUS HOME, chirurgus, de primo pollicis articulo, & una flexoris muſculi tendine evulſo, abſque ullo ſymptomate.

Hoc anno prodiit *Vol.* I. *Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London* London 1758. 8. *. Huc in clarorum virorum operibus pertinet

J. SILVESTER de ſpaſmo cynico ex læſo nervo digiti nato, & opio ſuppreſſo.

JOHANN. CLEPHANE de eodem malo ex vulnere pedis nato, & eodem auxilio ſuperato.

GEORG MACAULAY, medicus, de viſceribus abdominalibus in fetu nuper edito in thoracem migrantibus.

Præmium ab Academia R. Chirurgiæ propoſitum hoc anno meruit D. GRILLON. De injectionibus egit chirurgicis.

In *Journal de Medecine* T. VIII. reperitur deſcriptio infantis in ventrem effuſi, cum ante ſeptem annos mater parturiiſſet, nihil vero quidquam eſſet enixa.

PASSERAT de la CHAPELLE pluſculæ hiſtoriæ funeſtarum hæmorrhagiarum ab hirudine ad palatum fixa. Id malum etiam GALENI ævo frequens fuit.

DUCLOS fil. chirurgus, de hernia inguinali incarcerata, quæ cum gangræna videretur adfici, ſponte evanuit, ſumto medicamento alvum ducente.

MAISTRAL de homine, qui ſe ipſum caſtravit, & utrumque teſtem excidit, nihil inde mali paſſus.

LOUIS, alius ab Academico, chirurgus; de hernia ſcroti ſuppurata ſanata: ſaccus ipſe ſtrangulationem fecerat.

Le Nicolais de Saulsay, medicus, gangræna incipiens a frigore balneo nivis & glaciei diſſipata.

T. XIII. ad morbos puerperales.

T. XXXIX. Polypi uterini. Cum ejusmodi malo graviditas. Chirurgus animoſe polypum amputat puerum feliciter extrahit.

Villiers, chirurgus, T. VIII. brachium ſphacelatum feliciter amputatum.

Ej. oſſa variæ molis per anum excreta incertæ originis.

Courregeolles, chirurgus, de ligno longiſſimo tempore in gena abſque ſymptomate latente, niſi quod in contractione muſculorum frontalium femina doluerat.

T. XI. de ligneo fragmento longo tempore in vulnere frontis geſtato.

Bulex T. VIII. puella nullo ano neque vulva.

Bourgues de calculo prægrandi in puero per penem reddito.

In T. IX. Gibier, medicus, de calculis inter glandem & præputium pueri.

Et alias de calculis aliquot in viri ſcroto repertis & exciſis.

Fauret, chirurgus, de ſtruma a clamore creſcente.

Campardon, chirurgus, de infante ab unco ipſo in partu vulnerato.

In T. IX. uterus in partu inverſus, gangræna & ſuppuratione adfectus, ut tamen ægra ſervaretur.

T. X. abſceſſus inſignis pulmonis, manu curatus.

T. XI. cum phimoſis congenita calculorum ad exitum urethræ cauſa fuiſſet, malum ferro ſuperatum.

T. XII. in hernia gangrænoſa pars epiploi ſiderata, abſque injecto vinculo reſecta: inteſtini tunica interna late per anum dejecta, eventu felici.

T. XIII. vulnus ſuræ memorabile, cum magno ecchymomate.

T. XVI. in carie femoris late patente tamen callus ſubnatus.

Le Cordier T. IX. de gangræna peculiari femorum, crurum pedumque facile ſanata.

Collin, medicus, de fetu retento, cujus oſſa quarto anno de abſceſſu abdominis prodierunt.

Chemin, chirurgus, de partu ex prolapſo utero, inciſo ejus oſtio.

Le Chandelier de bracherio herniali proprio.

Laugier, medicus, de homine, qui ſe ipſum caſtraverat, facile ſanato.

T. XI. de vulnere ſtlopetario pectoris multo pure per vulnus artificiale emiſſo, denique ſanato.

T. XII. gangræna abdominis cortice chinæ chinæ curata.

T. XXIX. arteriam brachialem utique abſque periculo ligari ob ramos collaterales. Felix anevryſmatis ejus arteriæ curatio.

T. XXX. tumores cancroſi ſcroti & teſtis ſcirrhi amputati.

T. XXXIII. inſtrumentum proponit ad fungos uteri ligandos.

T. XXXV. Levretum invitat, ut inſtrumentum ſuum polypis uterinis ligandis idoneum publicet.

T. XLI. Partus difficilis. Funiculus & placenta in tuba. Perangusta pelvis, caput avulſum, funeſto eventu. Fetus tubarius.

Icart T. IX. in iſchuria ulcus a recto inteſtino in veſicam patens.

T. XIII. Jeart (annon idem?) hernia gangrænoſa amiſſa inteſtini parte ſanata.

T. XX. tumor cyſticus colli enormis 42. librarum, reſectus.

T. XXVI. polypus alius palati, alius narium feliciter exſtirpati.

Marcellin Bonnet, chirurgus, ventriculus in virginis pectore repertus.

Verhandelingen van de Holl. maatſchappy T. IV. Haarlem 1758. 8. * varia chirurgica, ſuis vero locis recenſa continent.

Anonymi tamen relatio huc facit, de inteſtini ulcere in umbilicum patente, manente fiſtula.

In *K. Swensk. Wet. Acad.* T. XVIII. anni 1758. Martinus Kæhler teſtatur, melancholiæ genus eſſe id malum, quod ſolet tarantulæ tribui.

Nicolaus Gisler de hirudinum utilitate.

Laur. Gumælius de ſpina ventoſa in pueri manu.

In *Mercure de France* 1758. Mart. Desbrest, medicus, de pueris a cane rabido demorſis illito hydrargyro & intus exhibito partim ſervatis, partim tamen enectis.

§. DCCCII. Varii.

Le Boursier du Coudrai, obſtetricis Pariſinæ, ſed quæ in provincia artem exercuit, *abregé de l'art des accouchemens avec pluſieurs obſervations interreſſantes ſur des cas ſinguliers* Paris 1759. 12. *. Nihil quidem valde novi, niſi quod in Gallia in primis diſcipulas ſuas in coriaceo utero manus auxilia docuerit. Adnotationes variorum caſuum collectitiæ: cæterum compendium eſt ad uſum docentis magiſtræ. Partus difficilis ex obliquitate uteri, ex prolapſu. Obliquitati pro ſua diverſitate ſitu matris medetur, aut manu. Caput relictum ſacculo lineo apprehendit. Ad hæmorrhagias poſt partum laudat laccam ſigillarem in pulverem contuſam.

Charles

Charles Peyroux, chirurgi in Pictonibus, *obſervations médicinales* Paris 1759. 12. *. Pluſculæ ſunt chirurgicæ. Arteriam ſauciam curat admoto prelo tortili, ſubinde ut dolor urget laxato; ita intra paucas horas ſanguinis torrens conprimitur: cæterum ad hæmorrhagias a ſucco urticæ multum ſperat, in ambuſtione ab aqua, quæ vulgo ſtlopetaria dicitur. Phimoſis: in paraphimoſi monet ne frigida foveatur. De ſanguine conpeſcendo, qui de dente evulſo manat.

Recueil de pluſieurs pieces concernant le traité des tumeurs & des ulceres Paris 1759. 12. *. Variæ diſſ. J. Astrucius contra C. A. Vandermonde defenditur: dudum eum virum ante F. Quesnai eadem docuiſſe. Reliqua fere pertinent ad Keyseri arcana medicamenta.

Pascal Baseilhac *memoire contre le premier chirurgien du Roi* ib. 1759. 4. *.

Lettres interreſſantes pour les medecins de profeſſion &c. Avignon 1759. 12. *. Medicamenta Stephaniæ contra le Catium defenduntur.

William Porterfield *a treatiſe on the eye* Edinburgh 1759. 8. 2. vol. * Cataractam vitium eſſe lentis cryſtallinæ. Magni momenti eſſe recto in ſitu acum tenere, qua id malum deponitur, ne putemus ante lentem eam eſſe, quando pone eam eſt.

G. Aylett *genuine ſtate of a caſe in ſurgery* London 1759. 8. Contra Guilielmum Bromfield.

W. Osmer *on the diſeaſe and lamene of horſes* London 1759. 8. *. De variis morbis equorum, etiam chirurgicis. In febre epidemica equorum ſex ſetaceis feliciter uſus eſt. De vulneribus equorum, de calceatione, de claudicatione.

William Scott *a diſſertation on the ſcrophulæ or kings evil* Lond. 1759. 8. Scrofuloſo malo pueri a matre infecti, eodem morbo contaminata nutrix.

Francisci Home *medical facts and experiments* ib. 1759. 8. *. Varia huc faciunt. Cortex chinæ chinæ in gangræna efficax. Morbus equorum vere in ulcerata membrana pituitaria narium reſidet: noſter malum aperire jubet & urere, neque tumorem glandularum metuit. A globo tormentario vaſa vincula gerere, abſque dolore & inflammatione. Frequens in India orientali malum abſceſſus hepatis eſſe, & vulgo incidi. Cum a tranſeunte calculo inflammatio nata eſſet, opium nocuit. Inflammatio teſtis in malum vix medicabile tranſiit. Sanguis de aure a lapſu prodeuns.

Giov. Baptista Campiani *raggionamenti ſopra dell apopleſſia e i veri medicamenti: raggion, ſopra tutti i mali degli occhi deſcritti in un caſo pratico* Genua 1759.

Ippol. Andr. Lomi *lezioni di chirurgia* Firenz. 1759. 4. Smith.

In *nuova racolta di opere ſcient. e filoſ.* T. IV. Fr. de Sauvages exſtat diſſ. *de la rage*, verſa a G. S. cum præfatione, in qua experimenta narrantur, variis remediis Ravennæ facta.

§. DCCCIII.

§. DCCCIII. Disputationes.

Petrus Ferdinand Dapples *de cyſtocele* Monſpel. 1759. 4. *.

Stephan Petri le Laumier & Franc. Ang. Deleurye *de methodis amputandi brachium in articulo* Paris 1759. 4. *.

Ej. & Lud. Coste *de fractura pollicis in manu* ib. 1763. 4. *.

Ej. & Petri Cap de Villa *de fractura naſi* ib. 1763. 4. *.

Ej. & Cheverny *de cauterio* ib. 1760. 4. *.

Lud. Franc. Busnel & J. Claudius Mertrud *de hydrocele* ib. 1759. 4.*

Ej. Mertrud & Nic. Leger *de fractura ſterni* ib. 1761. 4. *.

Ej. & Petri Michaelis Allouel *de variis in perinæo fiſtulis* ib. 1763. 4. *.

Ej. & Nicolas Papillon *de fractura cranii* ib. 1766. 4. *.

Ej. & Petr. Colon *de calculo renum* ib. 1770. 4. *.

Bartholom. Toussaint le Clerc & Steph. Duhaume *E. hydrophobiæ hydrargyroſis* ib. 1759. 4. *. Felicia exempla ſalivatione mercuriali ſanatorum, quos canis rabidus momorderat.

Frid. Wilhelm Meyer *de abſceſſu ad coxam* Gotting. 1759. 4. *.

Carl. Frid. Leschen *de valetudinariis bellicis bene conſtitutis* Gotting. 1759. 4. *.

Andreæ Eppli, Helveti, *rarior ulceris inteſtinalis caſus & epicriſis* Tubing. 1759. 4. * præſide P. F. Gmelin. Tumor hypochondrii apertus, in fiſtulam abeuns, ad inteſtinum tenue patentem. Eam fiſtulam decocto vulnerario J. C. Brunnerus minorem reddidit, demum mercurio, in aqua forti ſoluto ſanavit. Eodem decocto ſublata urinæ incontinentia. Redit anno 1773. in *Samlungen* Gesneri.

J. Frid. Faselii diſp. *de cacochymia purulenta* Jen. 1759. 4.

Ej. *de ſingulari topicorum temporibus applicandorum præſtantia* Jen. 1765.

Georg Christ. Reichel brevis ævi & docti medici, *de epiphyſium ab oſſium diaphyſios diductione* Lipſ. 1759. 4. *. Egregia diſputatio tum in univerſum de epiphyſibus & earum diſceſſione, tum de duobus in humeri inque femoris oſſe exemplis.

Ej. *de oſſium cylindraceorum fiſſura* Lipſ. 1764. 4. *.

Ej. *de capitis tumoribus tunicatis poſt cephalalgiam exortis* Lipſ. 1765. 4.

Joh. Nepom. Rud. de Bingen *de carnoſitate veſicæ morboſa* Altdorf. 1759. 4.

Cosmas

Cosmas Damien Closner *de calculo in genere* Pr. Ziegethan Ingolſtatt 1759. 4.

J. Carl Gehler *de ſanguine in partu profluente* Lipſ. 1759. 4.

Ej. *de partu difficili ex hydrope fetus* ib. 1762. 4.

Ej. *de utero ſecundas expellente* ib. 1765. 4. *.

Ej. *de partus naturalis adminiculis* Sectio I. ib. 1772. P. altera ib. De forcipibus, vectibus Roonhuysianis, & aliis ſimilibus præſidiis.

Enoch de Vries *de calculo biliario & ſectione veſiculæ felleæ* Utrecht 1759. 4. *.

Christ. Jos. Berger, viri obſtetricia arte celebris, Diſſ. *de perfectiſſimi enixus ſignis* Præſ. B. J. de Buchwald Hafn. 1759. 4.

Jos. Schmid *de Ileo* Wien 1759. 8. Reſecta fuit pars gangrænoſa inteſtini, longa ad ſex uncias, ſana pars conſuta, in hernia incarcerata, conatu felici.

§. DCCCIV. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* L. I. P. I. Ambrosius Dawson de diuturna iſchuria ſponte ſanata.

In *hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1759. J. Stephanus Guettard de atheromate funeſto in hepate.

Exemplum calculi veſicæ & alia chirurgica in *Mem. de phyſ.* T. II.

Calculus exciſus, qui circa acum eburneam natus erat.

In *Journal de Medecine* 1759. T. X. Jourdain, medicus dentarius, de inſtrumentis, quæ ad evellendos dentesexcogitavit.

De dentibus repoſitis & conprehendentibus.

Ej. aliud ad eundem finem inventum inſtrumentum.

Ejusd. eſt *traité des depots dans les ſinus maxillaires, des fractures & des caries, ſuivi de reflexions ſur toutes les operations de l'art du dentiſte* Paris 1760. 12. *. Præter judicia de aliis medicis dentariis non mitiſſima, agit potiſſimum de abſceſſu & carie in ſinubus maxillaribus. Cariem deſtruit cereolo, ex medicamentis cariei adverſis parato, ad finem nodulo acuto præpilato. Oſſicula fracta curva forcipe detruncat, magnis inciſionibus fundum vulneris nudat, tunc aqua hordei cum pauxillo ſpiritus vini injecta ad ſanationem perducit. Si dens educi non poſſit, poteſt etiam palatum cute nudari & perforari, quod abſque malo fieri noſter expertus eſt. Ipſe etiam ferro candente adverſus cariem utitur. Maxillam non raro, dum dens evellitur, frangi adnotat, quod non ſit abſque periculo: debere

partes fracti oſſis in contactum adduci &c. De carie utriusque maxillæ. In vicinia ſinus maxillaris, inque craſſiori parte inferioris maxillæ, fere ferro candente utitur, partem induratam amputat cultro vel forfice. Magnas in ſuperiori maxilla fiſtulas ſanavit. In pelicano firmam partem dimidiæ rotæ ita debere adaptari, ut in reſiſtente & firma ſede nitatur. Plumbi lamellas aureis præſtare. Fila decuſſata non carere vitio. Epulides curva forfice abſcindit. Non debere lima dentem decurtari. Terebram dentariam ad abſceſſus internos laudat: ea poſſe pus emitti, ut dens non pereat. Utique a novis dentibus ſuccreſcentibus radices priorum deteri.

T. XXI. abſceſſus in ſinu maxillari cum carie aperuit, dentes evulſit, fungos ambuſſit, partem membranæ pituitariæ amputavit, aliam butyro antimonii tetigit, demum magnum malum curavit. Aquam mercurialem dilutam in carie diploes maxillæ inferioris igni præſtare. Sanata ejusmodi caries. Excoriatio & ulcus linguæ reſecto pullulante tumore, corroſivis medicamentis denique ſanatum.

In T. XXVII. bis agit de abſceſſibus ſinuum pituitariorum. Multum injectionibus utitur, neque ſemper dentem evellit.

T. XXXI. aliqua contra epiſtolam chirurgi Beaupreau.

Idem iterum ad curandos abſceſſus, fiſtulas & cariem in utraque maxilla. Dentes evellit &c.

Porro in *J. de Med.* T. XXXVI. de ulceribus ſinuum pituitariorum aperiendis adverſus M. Poullain.

T. XXXVII. de abſceſſibus palati a corruptione varia humorum, ab oſſis carie natis. Caries. In mitiori gradu acido liquore chemico oſſa corrupta tangit. Balſamorum nullam eſſe utilitatem, neque ignem debere admoveri. Ut magna mala in ſimplex vulnus correxerit, ſanaverit: exempla felicis curationis pluſcula.

T. XXXIX. de labio leporino. Naſci a fetu nimis convoluto aque preſſione pugnorum. Multum a natura ſperat, & a dentibus molaribus ſubnaſcentibus, qui duo oſſa ſemota palati poſſint ad ſe invicem adprimere. Virginem adoleviſſe abſque operatione.

T. XL. fatetur ſententiam ſuam contra Levretum. Exempla naturam in uniendo fiſſo palato utique laboraſſe.

Mazars de Chazelles *Journ. de Med.* T. X. de utero prolapſo, inverſo, gangrænoſo, ſcarifato, repoſito, plus uno puero ab eo tempore feto.

T. XVI. de hydrophobia ſpontanea.

T. XXIV. de pilo ex globo oculi ſubinde repullulante, ut repetito neceſſe eſſet eum evellere.

T. XXXIV. de bonis cicutæ effectibus.

Mehee

MEHEE (ſcribitur hic MELEE de la TOUCHE) chirurgus, agit in T. X. de enormi ſarcocele.

EJUSDEM ut puto MEHEE de la TOUCHE *traité des leſions de la tête par contre coup avec des experiences propres a en éclairer la doctrine* Meaux 1773. 8. *. Etſi non ubique veriorem ſententiam tuetur, laudem tamen eſt meritus, quod experimenta propria in animalibus fecerit. Cæterum ei mens eſt, læſionem, quæ dicitur calamitas, locum habere, & potiſſimum ab anterioribus ad poſteriora: tunc etiam facilius, quando nihil fractum eſt. De paralyſi in lätere oppoſito partis læſæ, cujus varia exempla habet, etiam aliquando in experimento, nam plerumque equidem effectus compreſſi cerebri utrique lateri moleſtus fuit. Vulnera cerebri non profunda, non magna producere ſymptomata; ea tum demum ſupervenire, quando vel ventriculorum aliquis apertus eſt, vel cerebellum, vel aliqua pars oblongatæ medullæ. Plerumque id latus convellitur, quod eſt e directo vulneris. Cerebelli læſiones perinde modo ſuum latus adficiunt, modo latus oppoſitum. In experimentis vulnera calloſi corporis nihil habuerunt peculiare. Cerebelli vulnera facere, ut caput in ſuum latus demergatur. Sedem læſionis potiſſimum a dolore innoteſcere. Calvariam fractam, aut depreſſam, terebram poſcere. Venam ſectam ad concuſſionem cerebri valere, & terebrationi debere præmitti. Cerebelli vulnera graviora mala conſequi, paralyſin &c. Vulnera medullæ ſpinalis ex templo necare. Vulnera medullæ oblongatæ fere late paralyſin facere, neque tardas mortes. Poſt validum ictum acceptum calvariam detegi debere. Exfoliationem inconſpicuam etiam locum habere, in qua carunculæ ſubnaſcentes os amiſſum continuo reparent. Eſſe ubi os ſquamam non dejiciat, etiam, quando ſanguis per aures manavit, etiam quando os fractum fuit. Emplaſtra glutinoſa male ad depreſſiones adhiberi. Fungos eſſe e ſanguine coacto. Non continuo canem periiſſe, cui cerebellum noſter ſauciaverat, continuo vero cum medullam ſpinalem.

SOULLIER *Journ. de Med.* T. X. de tumore maligno glandularum ſublingualium purgantibus medicamentis ſublato.

BONNET, chirurgus Taurinenſis, de vulnere memorabili pectoris & pulmonis ſanato. A tauro cornipete inflictum fuerat, ut neceſſitas noſtrum urgeret, particulam pulmonis reſecare. Uſus eſt ſutura clavata.

QUARRE', medicus, de polypo uteri ligato & reſecto, felici eventu.

De la RIVIERE, medicus, de oſſibus & pilis in veſica urinaria repertis, cum magno ulcere.

HERGA de abſceſſu hepatis inciſo & ſanato.

Arcana varia, inter ea cerei DARANII.

MESTIVIER, chirurgus, poſt abſceſſum umbilici, aciculam incurvatam in appendicula coli reperit.

In T. XI. GIGNOUX, medicus Aginnenſis, de tibia ex febre maligna in gangrænam verſa, & ex ipſo in genu articulo, felici eventu elapſa.

Poſt catarrhum pectoris abſceſſus ſponte ſua apertus.

Hernia inflammata ſpontaneo vomitu ſanata.

CHEVALIER, chirurgus, poſt ictum in capite acceptum, quinquageſimo ſeptimo demum anno ſquama oſſea deceſſit.

CAROLUS DIONIS, medicus, de oſſiculo deglutito & per urinam decedente.

Des GAUX de FOBERT, medici, uterus totus oſſeus, & fungus vaginæ ejusdem duritatis.

DAUCHE, chirurgus, enormis lupia de femore reſecta.

GILET, chirurgus, de hydatide quæ cirſocelæ ſucceſſerit. Poſſe ex hernia ſarcocelen oriri conpreſſis vaſis ſpermaticis.

BEAULATON de pede ligneo melius formato.

In T. XII. addit feliciter ſpei reſpondiſſe.

De MONTCHAUX paradoxa hiſtoria iſchuriæ, ſublato calculo ſalivali ſanatæ, & alias calculo de tumore temporum exciſo.

CURET de femore ſponte fracto.

SUAU de ſpica frumenti poſt multos dolores cum lotio egeſta.

Hoc anno *tertius tomus du Recueil des pieces qui ont concouru pour le prix de Chirurgie* Pariſiis prodiit 1759. 4. *. Germanice etiam prodierunt vertente J. E. ZEIHER Altenburg 1756. 4. &c.

In *Journal de Trevoux* 1759. Febr. DU CHEMIN diſſ. *ſur la carie des dents de lait:* potius phyſiologici argumenti eſt.

Ib. Nov. in eodem diario dicitur MERLETI *remede contre les morſures des chiens enragés, piquures & morſures de ſerpent.* Eglanteriæ radicem commendat.

In *Excerpto literario* 1759. T. III. agitur de puero calculoſo, in quo cinctum alba membrana corpus, terra plenum arenoſa, & calculus duabus membranis obductus.

In T. V. *della nuova racolta d'opere ſcientif.* 1759. 12. diſſertationes exſtant academiæ conjecturantium, quas dixi.

In *collectione hannöveriſches Magazin* aliqua ſubinde huc ſpectant, ut a. 1759. R. AUG. VOGEL de operatione in ſe ipſo perfecta, ſteatomatis colli multa cum ſanguinis jactura exſtirpati, LAMMERSDORF lectus obſtetricius.

§. DCCCV.

§. DCCCV. Collectio Lausannensis,

De vulnerum tendinum, meningum, aliarum partium innocentia.

Hæc opuſcula Lauſannæ 12. 3. vol. *. prodierunt a. 1759. etſi typographus annum 1760. præfixit. Adnumeratur meorum experimentorum cenſus a. 1756. editus. Quare prima pars collectionis titulum præfert tomi ſecundi. In eo volumine mera experimenta redeunt excerpta & Gallice verſa J. G. Zinnii, J. G. Zimmermanni, G. C. Oeder viror. ill. Cæsarii Pozzi. P. Castel. Walstorf. J. G. Heuermann. F. W. Muhlmann. Urbani Tosetti quatuor epiſtolæ. J. Vinc. Petrini præfatio. Deinde novum experimentum, medici Montisbelgardenſis, Berdoti, primum hic editum de inſenſibilitate tendinis Achillis in viro fractum (a).

Deinde Housseti, medici Altiſſiodorenſis, quinque epiſtolæ. In Monſpelienſi ſchola teſtis fuerat experimentorum a Tandonio factorum, quorum alia contra ejus viri vota ceciderunt, alia ita facta ſunt, ut neceſſario ad errorem ducerent. Ipſe Cl. vir ex ſuis experimentis innocentiam vulnerum perioſtei, tendinum, meningis durioris recenſet. Inde alia, quibus conperit, non omnem cerebri partem laceſſitam convulſiones ciere, ſed corpora demum ſtriata. Reliqua in phyſiologicis diximus.

Edidit idem Cl. Housset Lauſannæ 1770. 12. * diſſ. *ſur les parties ſenſibles & irritables du corps animal.* Contra le Catii experimenta. Cerebri vulnera non facere convulſiones, niſi ad corpora ſtriata penetrent. Glans plumbea caput utrinque perterebravit, ſola cæcitate relicta. Omentum abſque ſenſu reſecatur. Tendinem Achillis nudatum, manus tendinem, cum ſquamam deponeret, nullum ſymptoma feciſſe, dolorem nullum. Vitia Tandonianorum experimentorum.

Ejusd. viri Clar. eſt bracherium herniale *Journ. de Med.* T. VIII.

In *J. des ſavans* 1770. exemplum abdominis integre perforati, abſque ullo ſymptomata.

In T. II. Coll. Laus. iterum redeunt Caldani Ep. I. Tussani Bordenave experimenta, & Vernæ atque Cignæ diſſ. anat. & C. P. Gesneri. Nova eſt Felicis Fontana, viri ill. epiſtola ad Urbanum Tosettum, qua potiſſimum ad Thomæ Laghi ſecundam epiſtolam reſpondetur. Oſtenditur Cl. virum, qui alioquin æquioris ingenii ſit, ea fere retractaſſe, quæ contra nova experimenta noſtra dixerat, in aliis, ut in tendinum vulneribus vacillaſſe. Sed ipſe Ill. Fontana tendines omni modo laceſſitos nullorum ſymptomatum cauſam fuiſſe teſtatur, ita neque duræ membranæ, arteriarum, aut membranarum.

Hujus etiam viri Ill. eſt liber *Ricerche fiſiche ſopra il veleno della vipera* Lucca 1767. 8. *. Dentes venenati & ductus toxico pleni accurate deſcribuntur. Venenum unice in eo ſucco habitat, qui per dentes effunditur. Eo per re-

 petitum

(a) Reperitur etiam aliud ejus viri experimentum in eundem ſenſum in *epiſt. amic. meor.* 193. T. V.

petitum morſum conſumto vipera abſque noxa mordet, tum deletis veſiculis veneniferis, demum revinctis ductibus toxico plenis, ſibi aut alteri viperæ morſu non nocet. Non omnia animalia morſu nocent. Pingue videtur viperæ venenum, ſed in aqua fundum petit. De veneno apum multo acriori. Hirudines abſque veneno eſſe. Ut id venenum noceat, deſtructa irritabilitate, fere ad modum opii.

Porro in collectione Lauſannenſi ACHILLIS MIEGII experimenta de ſede cerebri, in qua convulſiones naſcuntur. In corporibus nempe ſtriatis & medulla oblongata.

T. A. D. TISSOT, celeberrimus clinicus, quater tendines in homine absque malo irritari vidit.

IDEM vir ILL. BILGUERI diſſ. vertit, & ſuas adnotationes addidit Paris 1764. 12. *. Pro BILGUERO exemplum ſervati viri, cui os humeri proxime articulum contritum fuerat, ut amputari non poſſet. Caries ſpiritu acido ſuperata.

IDEM in *avis au peuple* deſcribit agaricum BROSSARDI ejusque præparationem.

Demum in *Coll. Lauſ.* J. BAPTISTA MORETTI epiſtola ad me data. Tendines in ipſo homine & duram meningem laceſſitam nihil nocuiſſe.

§. DCCCVI. GALLI.

CLAUD. POUTEAU, fil. chirurgus Lugdunenſis & M. D. EJ. ſunt *melanges de chirurgie* Lion 1760. 8. *. Germanice *vermiſchte Schriften* &c. Dresden 1764. 8. Propria multa habet, neque amat trita ſequi veſtigia. Libelli numeroſi in hoc volumine continentur. Goſſypii conis urere ad Chinenſium morem, plurimis in malis proficuum eſſe adſerit, etiam quando medicamenta veſicas trahentia nihil proficiebant. Ipſe in pectoris dolore id auxilium efficax eſt expertus. Dolor in principio, vehemens ſenſim miteſcit. Eſſe utique in fonticulis & ulceribus artificialibus eam naturam, ut corruptos humores adtrahant. Ita lapide infernali ophthalmiam ſe ſuſtuliſſe, & cephaleam a vulnere capitis ſedatam vidiſſe, & aperto, quod clauſum erat, vulnere ſublatam epilepſiam. 3. De ſetaceo per vias lacrumarum trajiciendo. Neque per puncta lacrumalia id fere fieri poſſe, neque per nares, quare debere ſaccum lacrumalem aperiri, & ſpecillo argenteo viam ad nares reſerari. Eadem via poſſe ſetaceum aut chordam muſicam, aut cereolum trajici. 4. De plano plumaceolo, ſolo in deliganda lacrumali fiſtula adhibendo. 5. Abſceſſus hepatis ob impeditum in cerebro per vulnera ſanguinis circuitum naſci, & acceſſi ſectione venarum pedis. 6. De olei uſu contra viperarum morſum. In homine ſperat proficuum futurum. 8. de exoſtoſibus pene ſubitis. 9. de ſectione calculi: eam vult lente peragi, quo partes corporis, per quas lapis educi debet, obſequi & laxari poſſint: ſufficere diviſam proſtatam, magnas inciſiones nocere. Prima inciſione in veſicam uſque pertingit, deinde altera demerſo in ſulcum catheteris ſcalpello proſtatam dividit. 10. Omentum filo intercipere vetat.

vetat. 11. De luxatione femoris, quæ ſurſum fit & extrorſum. PETITI utitur vecte, alia tamen paulum ratione. 12. Ut eodem in luxatione deorſum & introrſum facta utaris. 13. De magnis malis a capitis læſionibus, in quibus ſola cutis patitur: ipſam paralyſin inciſa cute ſublatam. 14. Calculus circa fabam concretus. 15. de maxima hæmorrhagia. Nihil a grumo ſperat, neque a retrahente ſe arteria, plus a vinculo arteriæ injecto, ſub quo arteria conſtringatur; ut ferro vinculum reſecare poſſis, conſtringi autem a tumeſcente celluloſa tela, quam una ligaveris. Nervi vinculum non metuit. 15. Non debere in amputando cutem reſervari, qua os operiatur, neque obvoluta uti faſcia. 16. Fetus reliquiæ octodecimo a conceptu anno in tuba repertæ. Dolores a ſoluta placenta nullos fieri. 17. De luxatione muſculorum. 18. Cl. CHARMETTON de terebra fruſtra adhibita, cum cerebrum ſcirrhoſum eſſet. 19. Duæ renis fiſtulæ ſanatæ. 20. Fetus per ruptam vaginam in abdomen elapſus. 21. Prælonga acus triquetra curva, qua noſter per inteſtinum rectum veſicam perfodit, & lotio viam aperuit. 22. Tricruris forceps ad calculum de femina educendum: eorum crurum bina cultri ſunt totidem, qui latera urethræ incidunt.

EJUSD. *Eſſai ſur la rage, lu dans l'Academie de* Lion 1763. le 24. Mai.* Scarifationem, raſionem, quæ lapide infernali facta ſit, hydrophobiam eſſe moratam. Acres canis humores per ſalivam deponi.

EJUSD. *la taille au niveau avec addition de pluſieurs inſtrumens* Paris 1763. 8. *. Ægrotum, cui calculum excidit, horizonti parallelum diſponit, inſtrumenta tria habet, quæ lithotomi operti fere vices tenent; primum catheterem ſulcatum, quem per vulgarem catheterem in veſicam ducit: deinde veram libellam, ex qua conſtat, lineam veram horizontalem teneri: denique ſpecillum anulatum acie deorſum verſa, latum a 5. lineis ad octo, ut ægroti ætas fuerit, robuſta, qua proſtata dividitur, eodem temporis articulo, quo libella penitus horizonti parallela eſt. Inſtrumenta ſua Fratris JOHANNIS de S. COSMA inſtrumentis præſtare oſtendit: inciſionem etiam maximo calculo ſufficere, & ſex lineas ſemilibrali calculo reſpondere: proſtatam pene totam debere dividi: inciſionem exteriorem potius majorem minori præſtare, & deorſum productam: cutem amplius quam proſtatam incidi: ita caveri ne lotium in celluloſam telam effundatur. In ſitu ægri horizonti parallelo oſtium veſicæ non incidi. Hæmorrhagiam conpeſcit agarico Broſſardiano. Inteſtinum rectum facile dividi. Incontinentiam urinæ frequenter ſupervenire. Chirurgus LAURE's manu Cl. POUTEAU calculum ſibi ſecari paſſus eſt.

In *Journ. de Med.* T. XXII. de dubiis cyſtoceles ſignis.

T. XXIV. quærit de cauſis dolorum parturientium a diſtractis fibris nerveis.

T. XXVI. contra D. PAMARD ſe tuetur, cujus aliqua de ſectione calculi in feminis cogitata ſuppreſſerit.

LOUIS FLORENT. DESHAIS GENDRON *lettre ſur pluſieurs maladies cauſées par l'uſage du rouge & du blanc* Paris 1760. 12.

EJ.

Ej. *traité des maladies des yeux* Paris 1770 12. 2. vol. *. De morbis ſingularum partium oculi; palpebrarum primum, de quibus cancroſos tumores reſecuit, aut butyro antimonii aduſſit. De reſecanda ob inverſa cilia palpebrarum ora: ſutura mavult abſtineri. De cultello per elaterem moto, quo palpebram adnatam ab oculo ſeparat. Fiſtula lacrumalis, in qua os unguis cariem ſenſit, nullam curationem accipit. Abſceſſus preſſionem non fert. Aquæ injectio ductum naſalem impos eſt aperire: mavult cæterum noſter per nares injici, quam per puncta lacrumalia. Majorem obſtructionem ſecundum Petiti conſilia ſolvit, ſed datur, ubi omnino ductus naſalis nequit aperiri. De educendis feſtucis: magnum uti ligni fragmentum evulſerit, ſed ut viſus non rediret.

In T. II. morbi ipſius oculi. Oculi inflammationi calidam puram imponere mavult, quam medicamenta emollientia, quæ acria poſſint reddi. Venas aperit aut reſecat, neque ophthalmoxyſtro utitur. Veſicas ciere non amat. Ab ulcere eroſam corneam tunicam crepuiſſe, & feliciſſime coaluiſſe. Tumores pulvere adſpergit, in quo mercurius ſublimatus admiſtus eſt. Ad vulnera oculorum calente columbarum ſanguine utitur. Facilius integra corneæ tunicæ laceratio conſervet, quam partis alicujus laminarum. Staphyloma abſque preſſione, quæ noceat, eodem quem modo laudavit, ſanguine, aut aqua ophthalmica curat. Iridem ad corneam adhærentem ſolvit variata luce, quæ iridem cogat moveri. Iridem imperforatam aperit. In amauroſi veſicatoria laudat & ſetaceum, expertus. Cataracta. Depoſitio. Extractio cataractæ: non valde nocere jacturam aliquam vitrei humoris. Ea ſola curatio ad lentem mole auctam convenit ejusve abſceſſum. Vitrei humoris nimium incrementum & liquefactio. De tumoribus in orbita ſubnatis. De exſtirpatione. Ad fungos aqua phagedænica.

Fougeroux *memoire ſur les os, pour ſervir de reponſe aux objections propoſées contre le ſentiment de M. du* Hamel Paris 1760. 8. *. Huc faciunt, quæ de callo dicit oſſium: ſed ea fere ad phyſiologiam pertinent.

In le Camus *memoires ſur divers ſujets de medecine* Paris 1760. 12. * quintus libellus eſt de cauſis rabiei a morſu canis ſubnaſcentis. Mera theoria.

Le marechal francois nouveau ou il traite de la connoiſſance des chevaux de leur maladie & de leur gueriſon Paris 1760. 12. Sarry.

§. DCCCVII. Antonius Störk.

Archiater Cæſareus.

In Ejus *annis medicis* aliqua huc faciunt. Ita in *Anno* Imo. Wien 1759. 8. *. agit de gangræna faciei in febre, deque abſceſſibus, etiam cum oſſium carie: de felici in hydropicis paracenteſi. Aortæ anevryſma coſtas conſumſit.

In *anno medico* II. Wien 1761. 8. * iterum felici eventu abdomen perforatum. Singularis tumor atheromaticus, cum effuſo ſanguine miſtus, qui calvariam eroſerat &c.

Ejusd.

Ejusd. illuſtris viri, celebres *de cicuta* libros brevibus repetimus, qui ſint in botanicis citati. *Libellus quo demonſtratur cicutam remedium in multis morbis eſſe, qui hucusque curatu impoſſibiles dicebantur* Wien 1760. 8. *. Nempe ad ſcirrhos, ſcrophulas, ulcera, etiam cancroſa, ad mammas cancro adfectas valere, & intus ſumtam & extus impoſitam.

Libellus ſecundus, quo confirmatur cicutam &c. ib. 1761. 8. *. Exempla ſucci ſpiſſati ejus herbæ utiliter propinati: & curatorum in mammis ſcirrhorum, etiam lividorum, etiam dolentium: tum cariei cancroſæ, ſpinæ ventoſæ, ſcrofularum, fungi articulorum.

Ej. *ſupplementum neceſſarium de cicuta* ib. 1761. 8. *. Iterum de fauſtis effectibus cicutæ legitimæ & rite adhibitæ.

Ej. lib. *quo continentur experimenta & obſervationes circa nova ſua medicamina* ib. 1765. 8. *. Multa exempla curationum in iisdem malis cicuta peractarum: in abſceſſibus mammarum difficilibus, cancro faciei, ſpina ventoſa, carie. Sic aconito exoſtoſes, ulcera, ſpinam ventoſam curari vidit.

§. DCCCVIII. Alii Germani.

Georgius Leonhardus Huth, qui in utilibus libris vertendis multam operam præſtitit, edidit Noribergæ *Samlung verſchiedener die Fieberrinde betreffender Abhandlungen und Nachrichten* Nurnberg 1760. 8. *. Huc pertinent ſcripta J. Douglas & J. Shipton.

Recuſa eſt hæc collectio ib. 1769. 8. * deinde in T. II. adjectum eſt ſcriptum Thomæ Kirkland ejusdem argumenti.

Edidit etiam hoc ipſo anno ex editione Petiti verſam, J. Palfyns *chirurgiſche Anatomie* ib. 4. *.

Herm. Henr. Chr. Schrader *obſervationum rariorum ad rem medicam & obſtetriciam ſpectantium faſc.* I. Wolfenbuttel 1760. 8. *. Magna pars opuſculi chirurgici eſt argumenti. Tres caſus obſtetricii: partus præeunte manu expeditus. Caput prævium ſed oblique poſitum perforatum, tum fetus manu extractus. Natibus præviis fetus unco tractus, in pubem inpacto. Graviſſimus lapſus, ut ſanguis per nares flueret, pars ſcapulæ fracta eſſet, ſervatus tamen eſt ægrotus. Contra periit, cui illapſum lignum graviter cervicem percuſſerat. Demorſa a rabido cane inunctione mercuriali ſanata.

Beweis daß die Eröfnung der Mittelblutader zuweilen höchſtgefährlich werden könne, nebſt einer Abhandlung von der Schädlichkeit des blutlaſſens in Anſehung der Seelenwürkung Glogau 1760. 4.

Heil und Wundarzt für Mann und Pferde oder nützliche und bewährte Heilsmittel wieder die gemeinſten Krankheiten der Menſchen und Pferde Schwalbach 1760. 8.

§. DCCCIX. Angli.

Johannes Batting, chirurgus.

Ejus *chirurgical tracts relating to wounds and contuſions of the head, fractures of the skull with remarks* Oxford 8. * anno non addito.

Princeps viro ſcopus eſt, chirurgos monere, quoties ſigna gravis in cerebro mali adſunt, ne omittant venæ inciſione & aliis medicamentis evacuantibus inflammationi ſubvenire, quam ipſe in dura membrana ponit. Caſus eo ſpectantes omnino viginti recenſet, pleroſque funeſtos. Inter eos eſt calamitas varia, etiam internæ laminæ fractæ cum externa integra: & inflammata meninx, cum tamen alia in ſede cranium percuſſum fuiſſet. Os temporum perforavit abſque malo eventu. Occipitis mala fere necem intulerunt. Abſceſſus hepatis ſemel ſucceſſit.

Thomas Meadow diſſ. *on a new method of reducing all ſorts of diſtortions of the human body* London 1760. 8. Agyrtæ opus Cr. Rev.

A private gentlemans eſſay on the nature and cure of the kings evil Lond. 1760. 8. Nomen viro Mureti. Arcanum habet.

Elisabeth Nihell *treatiſe on the art of midwifry ſetting forth various abuſes therein, eſpecially as to the practice with inſtruments* ib. 1760. 8. Contra obſtetricios viros, & potiſſimum Smellium, & contra inſtrumentorum uſum. Derident Crit. Rev. IX. Annon idem Gallice *la cauſe de l'humanite referée au tribunal de la raiſon ou traité ſur les accouchemens par les femmes* Paris 1771. 8.

Blakey *inſtruction pour guérir les deſcentes* Paris 1760. 8.

Ej. *methode pour élever les enfans en bonne ſanté, les moyens de reconnoître leurs deſcentes, remarques ſur les deſcentes étranglées, inſtructions pour remedier a ces accidens* Paris 1773. 12. ex anglico verſ.

§. DCCCX. Itali.

Diſſertazioni ſul polipo del naſo Padova 1760. 8. *. Auctor Johannes Sografi. Collecta, quæ alii de hoc malo ſcripſerunt; deinde additæ aliquæ propriæ curationes. Polypum noſter exſtirpavit, qui retrorſum pone velum palatinum dependebat, forcipe uſus curva. Alium polypum cancroſæ indolis ſcalpello circumcidit, deinde forfice reſecuit. In ozæna poſt lapſum nata filum longum & fætidum in nares pendens reſecuit, deinde abſceſſum in ſinu pituitario natum injectis liquoribus medicatis ſiccavit.

Ej. *theoria lymphæ ductuum* Monroi & Hunteri *exponitur & ad praxin chirurgicam adaptatur* Padova 1761. 8. *. Bubones venereos jubet excidere. Strumam ulceroſam colli conjunctis hydrargyri & decocti lignei viribus ſuperavit.

Giuseppe Vespa, chirurgi, *dell' arte obſtetricia* Fiorenz. 1760. 4. Idem

cujus

cujus aliqua experimenta de inſenſili natura quarundam corporis partium exſtant.

§. DCCCXI. Disputationes.

J. Christian Bruns *obſervationes anatomicæ & chirurgicæ* Gotting. 1760. 4. *. Fracturas claviculæ ſola quiete & abſque faſciis ſanari. Quoties in amputatione articulationis cartilago nudata eſt, poteſt ejus ſeceſſio terebrando procurari. Funeſtum vulnus arteriæ femoralis. Mors ex cerebro in abſceſſum verſo poſt longas cephaleas. Ex gonorrhœa eroſæ in urethra ſedes, ulcera proſtatæ &c. Vagina in partu rupta: placenta prope os uteri ſecedens in funeſta hæmorrhagia. Elapſa brachia amputavit. Ad ulcera vetuſta baccæ ſambuci & una fonticulus.

Rudolph Augustin Vogel & J. Wilhelm Jansen *animadverſiones ſuper morbis incurabilibus, etiam de iis, qui chirurgici ſunt generis* Gotting. 1760. 4. *. Incurabilibus accenſet ſpinam bifidam, hydrocephalum internum, tumores cyſticos majores, ulcera a recto inteſtino in veſicam communicantia, anevryſmata. De tumoribus cyſticis, aliisque glanduloſis variis, magis minuſve pervicacibus. De ſcirrhis &c.

Ej. & Petri Henrici Dahl, auctoris, *de brachii amputatione in articulo* ib. 1760. 4. *. Invenit ipſe reſpondens prelum tortile, quo arteriam axillarem ſub clavicula & ſupra thoracem conprimatur, ut non ſit neceſſe acum per carnes adigere. Ligamentum articulare curva forfice abſcindit. Cum arteria etiam venam ſubclaviam reſecat. Plumaceola ex cannabi, faſcias ex laneo panno *flanelle* parat. Bromfieldi adminiſtrationem eo tempore nondum deſcriptam ipſe oculatus teſtis exponit. Sharpii adminiſtrationem ingenioſam eſſe. Georgii la Faye inter eas, quæ deſcriptæ habentur, optimam eſſe exiſtimat.

Ej. *dubia de uſu circumciſionis medico* ib. 1763. 4. *. Roterdam 1764. 8. Richt.

Ej. *herniarum communia adtributa & partitio* ib. 1764. 4. *.

Ej. *dubia quædam contra acrium linimentorum ſulfureorum in ſcabie uſum* ib. 1765. 4. *.

Ej. & Struve *de tuto & eximio uſu veſicatoriorum in acutis* ib. 1768. 4. *.

Ej. de Pauli Æginetæ *meritis in medicinam, inprimisque chirurgiam progr.* I. ib. 1768. 4. *. Ipſi Celso in chirurgicis Paulum præfert, qui proprias & non ab alio dictas operationes tradiderit.

Ej. de eodem argumento *Proluſio* II. ib. 1768. 4. *. Arteriotomen, hypoſpathiſmum, uſtionem palpebrarum, anabrochiſmum: extractionem corpuſculorum in aures illapſorum, ſpinæ in gulam, ſtrumarum exciſionem Paulum propria habere: de multis aliis Celso plenius dixiſſe.

Ej. & Schoenberd *decas obſervationum medico chirurgicarum* ib. 1768. 4. *.

Ej & Oehme *de chirurgia medicinæ opem flagitante* Gotting. 1770. 4. *.

In *prælectionibus de cognoſcendis & curandis præcipuis corporis humani adfectibus* Gotting. 1772. 8. *. hic faciunt aliqua mala chirurgica, inflammationes, inſignis linguæ tumor.

Frider. Lud. Thiel *de curatione morborum artificiali per ulcera* ib. 1760. 4. *. De ulceribus ab ipſa natura ſuppeditatis, aut utilibus aut noxiis. Funeſtus abſceſſus umbilici. Mala ulcera, quæ variolas conſequuntur. Inſignes noxæ conferveſcentium ejusmodi ulcerum. Ulcera artificialia, fontanellæ, uſtiones veſicatoria, ſetacea, eorum utilitas.

Christophori Cramer *de paralyſi & ſetaceorum adverſus eam eximio uſu* ib. 1760. 4. *. Exempla paralyſium & amauroſeos, quibus per ſetacea medicatum eſt.

Jacob Ludw. Schurer quæſivit *num in curatione ſuffuſionis lentis cryſtallinæ extractio depoſitioni ſit præferenda* Argentor. 1760. 4. *. Pro extractione cataractæ, pro forfice Davielii contra ſcalpella. Adminiſtrationem facilem eſſe, & facile vitari aut iridis vulnus, aut vitrei corporis effluxum.

Georg Albrecht Fried diſſ. *qua fœtum inteſtinis plane nudis intra abdomen propendentibus deſcribit* Argent. 1760. 4. *.

Ej. *Anfangsgründe der Geburtshülfe* Strasburg 1769. 8. *. Celebris obſtetricii viri filius & ipſe artem exercebat. Partus naturalis & vitioſus, quem frequenter obliquitati uteri tribuit. Forceps Levretiana requiritur, quoties diameter pelvis diametro capitis non ſufficit. Situs vitioſi fetus. Sella obſtetricia Deventerii emendata, tum correcta forfex ad caput aperiendum, & terebra; inſtrumenta demum Friedii patris varia, etiam ad continendum lotium.

Joh. Traugott Adolph *capſa Petitiana pluribus cruris complicati fracti caſibus aptanda* Helmſtatt 1760. 4. *. bona diſp.

Ej. *de funiculo umbilicali vel intra uterum diſſecando* ib. 1767. 4. * memorabilis diſſ. phyſiologici potius argumenti.

J. Christophilus Kemme *de geneſi ſcirrhorum ſimplicium* Hall. 1760. 4.

J. Bapt. Dominic *de officio medici circa torturam* Erford. 1760. 4.

Christoph Ludwig Hofman *proluſio novam proponens methodum calculum veſicæ ſine periculo in maribus ſecandi* Steinfurt 1760.

Christoph Henric. Böttger *de inflammatione uteri cum ſubjuncta obſervatione de uteri ſarcomate* Rinteln. 1760. 4. * præſide Cl. Timmermann. Bona diſp. cum hiſtoria ejusmodi ſarcomatis ſex libras pendentis, fundoque uteri adnati, poſt febrem miliarem puerpuralem.

Petri Poissonnier & Joseph Dussans *Non ergo recenti vulnere nudatis oſſibus exfoliatio* Paris 1760. 4. *.

LUDOVICI PATHIOT & GUILL. le BEGUE de PRESLE *E. vulnerum quo ſimplicior curatio, eo melior* Paris 1760. 4. *.

LUDOV. RENATI MARTEAU & J. ARMAND ROUSSIN *Ergo in herniis inteſtinalibus, etiam cognita prolapſi inteſtini læſione operatio celebranda* Paris 1760. 4. *. Eadem quæ ROUSSIN de MONTABOURG 1742.

FLORENT. CAR. BELLOT & CÆSAR COSTE, auctor, *E. in cancro Belladonnæ uſus tam internus quam externus* Paris 1760. 4. *.

JOSEPH LALLEMANT & CL. FR. GASP. HUMBERT *E. ubi partus difficilis ac deſperatus tentanda etiam in matre viva ſectio uteri Cæſarea* ib. 1760. 4. *.

J. CLAUD. MUNIER & MAUDUYT *E. tumoris cancroſi radicitus exſtirpati regeneratio non rurſus chirurgiæ committenda* ib. 1760. 4. & prius 1750. 4.

PETRI BASSUEL & STEPHANI le MAIRE *de hypopyo* ib. 1760. 4. *.

CLAUD. FRANC. GARRE & GUIL. LUD. PIET *de empyemate* ib. 1760. 4. *.

In CL. PETRI STEPHANI CRASSOUS *quæſtionibus medicis* XII. Monſpel. 1760. 4. * quinta quærit, an ſcrofulis mercurius.

GUILIELMI MACNEVEN Ô KELLY ab AGHRIM & FRANCISCI METTERBACHER diſſ. *de raro ventriculi caſu* Paris 1760. 8. *. Ad clinica potius pertinet; ſcirrhus & arctatio erat pylori, hinc ampliſſimus ventriculus.

§. DCCCXII. GEORGIUS WILHELMUS STEIN.

Profeſſor obſtetricius Caſſellanus. In diſp. inaugurali *de ſignorum graviditatis æſtimatione* Gotting. 1760. 4. * agit de cauſis ſterilitatis etiam chirurgicis. De morbis graviditati analogis, etiam clauſo oſtio uteri, ut ſanguis menſtruus retentus in tumorem uterum urgeat.

EJ. *de verſionis negotio pro genio partus ſalubri & noxio & viciſſim* Caſſel 1763. 4. *. Hiſtoria partus periculoſi cum hæmorrhagia conjuncti, cum placenta ad dextra uteri adhæſiſſet, ruptis aquis expediti. LEVRETI converſio, qua caput ita dirigitur, ut minor corporis diameter minori diametro pelvis reſpondeat, major majori: neque eam tamen ſemper ſuccedere. Non debere fetum converti, quando clunes præcedunt. Paragomphoſis forcipe expedita.

EJ. *de mechaniſmo & præſtantia forcipis* LEVRETIANÆ Caſſel 1767. 4. *. Quæ LEVRETUS in forcipe perfecerit, novam depreſſionem brachiorum, inventionem forcipis, quæ antrorſum fit, crura propius ad axin fiſſa. Axin tortilem fungiformi præſtare. Ut peccet forceps SMELLII in curvatura, in vacillante brachiorum conjunctione.

EJ. *de præſtantia forcipis ad ſervandam fœtus in partu difficili vitam* ib. 1771. 4. *. Tabulæ verſionis cum uſu forcipis conparatæ. Forcipis uſus multo felicior fuit.

Ej. *theoretiſche Anleitung zur Geburtshülfe* Caſſel 1770. 8. *. Levreti diſcipulus in noſodochio nuper ad eum finem conſtituto obſtetricatur, artemque in ſtatua docet. Aliqua de partu naturali: de utili manus opera, qua perinæum ita apprimitur, ut idem fulciatur, & una caput ſurſum prematur. In partu *clavato*, ubi nullus digitis acceſſus patet, vectes Roonhuysiani adhiberi poſſunt, & digitis etiam in anum datis fetus ſuſtentari. De educendis ſecundis, & de encheireſi, quam probat, Sigmundiæ. De ligando funiculo.

Ej. *practiſche Anleitung zur Geburtshülfe in wiedernatürlichen und ſchweren Fällen* ib. 1772. 8. *. Practicus liber hominis experti, & ſubtiliter in ſuo negotio verſantis, qui omnis generis partus difficiles in claſſes, genera & ſpecies dividit, omnium ſigna dat & auxilia. Ut ea pars fetus dignoſcatur, quæ præcedit. Ut obliquus uteri ſitus isque varius dignoſcatur. Sellam in partu præfert: eſt tamen ubi lecto egeas, & ipſa proſtratione puerperæ. Omnium inſtrumentorum optimum Levreti eſſe forcipem. Brachio prodeunte neque unco opus eſt, neque exſtirpatione artus. Ab aquarum fluxu hæmorrhagias uteri miteſcere. Caput clavatum iterum Levreti forcipe optime expedit, eſſe tamen etiam Roonhuysii vecti ſuum nonnunquam uſum. Tricrure inſtrumentum Levreti ad extrahendum caput relictum utile eſſe. Ut humeri expediantur nimis lati. Pro ſectione Cæſarea certis in caſibus neceſſaria. Propria auctoris inſtrumenta ad rumpendas membranas; ad adligandos pedes.

Ej. *Beſchreibung eines neuen Geburtsſtuhles und Bettes ſamt der Anweiſung zum Gebrauche derſelben* ib. 1772. 4. *. Sellæ uti periculoſos partus fecerint, ut femina illuſtris de ejusmodi ſedili lapſa ſit, indeque perierit. Sella Cl. viri facile in lectulum mutatur, brachiis pedibusque neceſſariam firmitatem præſtat, femora cum tibiis in angulo obtuſo legitimo ſuſtinet. Quatuor tempora puerperii, ſecundum quæ lectus mutatur, quorum alterum aquarum eruptionem excipit, tertium eſt, quando fetus nunc capite ſuo in vaginam deſcendit, quartum paulo ante perfectum partum.

Ej. *Beſchreibung einer Bruſt oder Milchpumpe* ibid. 1773. 4. *. Sipho, quo lac ex mamma a puerpera absque ejus incommodo trahitur, cum feminarum ſuctricium multa ſint incommoda. Eundem ſiphonem 7. vel 14. diebus ante partum quotidie mammæ noſter applicat, ſic papillam ducit & elongat.

§. DCCCXIII. C. White.

In *Philoſ. Tranſact.* Vol. LI. P. II. ſeu anni 1760. Carolus White, chirurgus Manceſtrienſis, *de brachio fracto male & oblique curato, hinc inutili.* Os nudatum, fines qui ſe ſuperequitabant, dimoti, repoſiti, a callo feliciter confirmati.

Ej. perfecta luxatio femoris a cauſa interna perfecte repoſita.

Ej. *an account of the topical application of the ſpunge in the ſtopping of hæmorrhagies* London 1762. 8. *. Spongiæ cono ſanguinem de arteria ruentem conprimit,

conprimit, & eadem ſpongia totum truncum tegit. Tota fovea ſpongia replenda, quando arteria profundo loco læſa eſt. Vehementer eadem adhæret. Inter quinquaginta caſus, in quibus ſpongiæ vires noſter expertus eſt, bis tantum vinculo opus fuit, cum tamen inter eas amputationes femoris etiam & mammæ eſſet amputatio. Agaricum Broſſardianum obſoleviſſe.

EJ. *caſes in ſurgery with remarks* London 1770. 8. *. alii 1769. Inferiorem artum mavult amputare ſuper malleolos, reſervato carnis ſegmine. Vinculo arteriam coercet, aut ſpongia. Collectæ fæces & calculi in inteſtino. Scirrhoſus teſtis feliciter exſtirpatus. Spina bifida ne tangatur. Vari & valgi, quorum crura noſter ſtannea ocrea corrigit. Cum oſſa non conferverent, eadem nudata, remota cartilago, qua obliniebantur, ita ſanatio procurata. Luxatio humeri, pede in alam dato repoſita, dum æger ſuſpenſus erat. In variis arteriarum brachii vulneribus ſpongia ſanguis conpreſſus; vinculo vero, cum ſanguis de amygdalis flueret.

EJ. *particular narration of a remarkable operation on a broken arm* London 1763. 8. Lis de conſilio, quod ad curationem mali dedit.

In *Med. Obſ. and inquiries* Vol. II. rejecta ambe humerum reponit ægro ex eo ipſo ſuſpenſo, ita capite acetabulo oblato.

EJ. curatio ſpaſmi cynici. Cauſa erat in levi vulnere digiti, malumque eo digito amputato ſublatum eſt.

In T. IV. oſtendit crus melius inferiori loco & ad malleolos amputari.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LIX. oſſis humeri caput ſerra reſectum, pars exfoliata, motus artus reſtitutus.

EJ. *a treatiſe on the menagement of pregnant and lying in women* London 1773. 8. *. Major pars medici eſt argumenti, aliqua ad chirurgiam faciunt. In partu difficiliori non ſatis de humeris cogitari, qui ſæpe fetum morentur, & quorum converſio ſit contraria ejus quæ eſt capitis, ut omnino nunquam caput in eadem cum humeris directione debeat educi. Male pugnum a partu in uterum dari. Ob lentum partum feminas ſpurios fetus felicius eniti. Non debere puerperæ ſecundas educi. Et tamen 3. 4. uncias ſanguinis de funiculo non ligato emitti poſſe. Fetum in puerpera reſidem OULDIANO in ſitu jacentem vidit.

§. DCCCXIV. DIARIA.

Iterum in *Phil. Tranſ.* T. LI. P. I. TERENTIUS BRADY de tumore ingente oſſeo in pelvi reperto, & de meſenterio ſuſpenſo.

ID. in *Hiſt. de l'Acad. des ſc. de Par.* 1763. de calculo circa ſpicam tritici nato.

In *Phil. Tranſ.* LI. P. I. HENRIC. BAKER de concremento oſſeo in colo equi reperto.

CAROLI YOUNG de luxatione femoris extrorſum facta, perfecte repoſita.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1760. de eodem caſu, de quo Cl. BRADY.

Tumor inſignis carotidis.

Anevryſma aortæ cum dolore lateris.

In *Memoires des ſavans étrangers* T. III. anno 1761. BOUILLETUS fil. de utero prolapſo gangrænoſo per ſcarifationem ſanato, & de veſica prolapſa dixit.

In *Journal de Medecine* T. XII. REGIS de fetu ſtrangulato a funiculo per chordam præter naturam ſtricto.

COLIGNON de calculo peramplo, feliciter inſtrumento fratris de S. COSMA ex femina exciſo.

CHEMIN hernia cerebri congenita, apta preſſione curata.

Anevryſma cordis auriculæ dextræ.

T. XXIV. cataractæ extracto cicutæ ſuperatæ duo exempla.

T. XII. COLLA de frictionum mercurialium uſu in abſceſſibus ex lacte effuſo natis.

CONTENSON, chirurgus, de veſiculis aëre plenis ex lapſu natis.

GARNIER LAGREE infans abſque ano natus ſanatus.

JUVET, medicus, de tendine Achillis abſque ullo ſymptomate facillime ſanato. EJUS eſt puto *Eſſai ſur la gangrene interne* 12. * abſque loco & anno. In eo etiam caſu ſuadet amputare.

OLIVIER, medicus, de totius corporis ancyloſi ſapone ſanata.

T. XIV. hæmorrhagia uteri conpreſſa pannis frigida ebriis.

In T. XII. TAIGNON, chirurgus, hernia cruralis gangrænoſa rupta, fæces & ea via & per anum egeſtæ.

EJ. vulnus ventriculi ſanatum.

T. XIV. vires agarici vulgaris, qui fomitis loco adhibetur, easdem eſſe, quæ Agarici Broſſardiani, per experimenta.

TILLIET, chirurgus, magnus tumor ſcapulæ abſconſus & evaneſcens.

BOISSON ictus in capite acceptus, cum magna ſymptomata adeſſent, vomitus, ſopor, delirium, abſque trepani uſu ſanatus.

MICHEL, chirurgus, de caruncularum, quæ de urethra effloreſcunt, exſtirpatione.

TOUZAIN, chirurgus, de utilitate injectionum ad ſecundæ partes in utero relictas expediendas.

SERIN vulnus ventriculi ſanatum. Eam curationem in t. 37. defendit.

GOSMOND, chirurgus, tumorem pene dimidiæ faciei exſtirpavit, ex orbita pullulantem.

GUIGNEUX, chir. exemplum calculoſi, rene unico, calculum in pelvi continente, veſica tertia parte minor, in ea calculi, eorum unus adhærens.

In T. XIII. AMOREUX de Belladonnæ uſu externo in mammæ cancro proficuo.

. . . GODARD, medicus in civitate Vervins, tumor ad radicem linguæ vinctus & exſtirpatus.

Ej. vulnus femoris cum convulſionibus & hæmorrhagia conjunctum, tandem ſanatum.

Brieu, medicus, hydrops poſt tertiam paracenteſin curatus.

T. XIV. hydrophobia ſpontanea.

Lattize, chirurgus, Hernia incarcerata in gangrænam verſa, ſanata.

Dumont, f. chirurgus, Exoſtoſis femoris funeſta, deſcripta.

T. XIV. calculus aſper ægre extractus.

T. XV. ſe etiam feliciter fomite ad ſanguinem ſupprimendum uſum eſſe.

Ej. pro inſtrumentis le Catii diſſ. in *Journ. des ſav.* 1763. Jan.

T. XIX. polypus mucoſus narium medicamentis ſublatus. Ex contuſione lymphæ tranſſudatio, alumine cum hydrargyro præcipitato rubro conpreſſa. Renis vulnus ſanatum.

Iterum T. XIII. Deslandes, chirurgus, Anevryſma ſponte ſanatum, adjuvante tamen apta preſſione.

T. XXI. hernia gangrænoſa parte inteſtini amiſſa, ſanata.

Ej. *éloge de la chirurgie* Paris 1768. 12.

T. XIII. Jullien anevryſma arteriæ ſpermaticæ, teſtis ſcirrhoſus.

Agasse placenta in cellula uteri, feliciter denique educta.

Anselin tumor palati exſtirpatus, hæmorrhagia laminæ preſſione conpreſſa.

T. XXV. uterus polypoſus, gangrænoſus, exſtirpatus.

T. XXVII. eam adminiſtrationem defendit contra dubia D. Quequet.

T. XIII. Richard gangræna parotidis corticis Peruviani uſu ſuperata.

Lallemant, medicus, in ſcirrhis abdominalibus cum ictero conjunctis feliciter cicuta uſus eſt.

In *K. Sw. Wet. Acad. Handl.* 1760. T. XXI. de uſu felici hirudinum variis in morbis. Primus in Suecia eo verme Nicolaus Rosenius uſus eſt. Diſſecti perinde pergunt ſanguinem exſugere.

Id. in *morbis infantum* edit. ſuec. Stockh. 1771. 8. * morbos etiam aliquos chirurgicos habet. Scrofulas fere a morbo eſſe venereo.

In *verhandelingen uytgeg. door de Hollandſche maatſchappy der Wetenskap.* T. V. Jacobus v. Lil M. D. repetito trepani uſu ſanguinem ſub calvariam effuſum feliciter emiſit.

Idem in ejusdem diarii T. VIII. P. I. Haarlem 1765. 8. * de doloſa indole vulnerum capitis. Mortem inſperatam ſucceſſiſſe, cum ulcus in cerebro lateret, & ſymptomata decimo demum die ſe offerrent. In alio ægro, pariter abſque minacibus ſymptomatibus mortuo, acutum ferramentum in ſinum cerebri illapſum fuerat. Iterum in alio deſtructæ erant meninges & cortex cerebri.

Idem de gangræna oris & maxillarum infantibus funeſta, in quorum aliquo pene totam maxillam ſuperiorem auferre oportuit. Corticis chinæ chinæ virtus hic eminuit.

In *Act. Helveticor.* T. IV. Cl. E. Berdot (p.) agit de utriusque femoris luxatione, obſcura ex cauſa nata, apto inſtrumento curata, quod hic deſcribitur.

Id. in T. V. de hydrocephalis.

T. VI. hæmorrhagia ſpontanea inferioris labii.

In *Excerpto literario* 1760. de calculo tribus membranis obvoluto.

In *Journal œconomique* 1760. monetur, herniale bracherium le Chandelier deſcriptum, chirurgi Fauvel inventum, & a H. M. Missa dudum deſcriptum eſſe.

In *Mercure de France* 1760. exſtant Perenotti, chirurgi Turinenſis, experimenta, quibus inſenſilis tendinum natura confirmatur. Sed & dura meninx a dentibus trepani lacerata neque dolorem fecit, neque ullum ſymptoma.

In *Dresdner Magazin* 1760. 8. *. Rumpett de cancro in mamma per vitriolica medicamenta curato.

§. DCCCXV. J. Ulricus Bilguer.

J. Ulrici Bilguer, Rhæti, Chir. Caſtr. prim. diſp. inaug. *de membrorum amputatione rariſſime adminiſtranda, aut quaſi abroganda* Hall. 1761. 4. *. Gallice verſa ab Ill. Tissoto, qui & notas addidit Paris 1764. 12. *. Anglice 1764. 8. Germanice Berlin 1761. 8. Lipſ. 1767. 8. Belgice ad editionem Ill. Tissoti Nimmegen 1770. 8.

Cum in caſtris ſtipendia mereretur, vidit Bilguerus, in exercitu Boruſſico plurimos homines cum integris artubus vitam conſervaſſe, etſi eadem patebantur ſymptomata, ob quæ vulgo artus exſtirpari ſolet. In gangræna profundis inciſionibus malum deoperit, ſiderata reſecat, pulvere ſalino & aromatico carnes mundatas adſpergit: utitur autem potiſſimum ſale ammoniaco, aceto, ſapone, oleo terebinthinæ, aqua calcis, myrrha, camphora, ferro. Deinde corticem Peruvianum propinat, & acidum mineralem liquorem. Quando pus nunc adparet, digeſtiva unguenta illinit. Ad oſſa exfolianda ſua etiam dat conſilia. Sed neque ob contuſiones de conſervando artu oportet deſperare, neque ob ablatas & contritas partes, neque ob oſſium fiſſuras. Glandes plumbeas in oſſibus inpactas terebra adhibita expedit. His conſiliis in prælio Torgavienſi ex 6622. ſauciatis 5557. integre ſervavit, 408. ita morti eripuit, ut inter invalidos eſſent: perierunt potiſſimum, quibus femur erat vulneratum. Iterum ob ſanguinem effuſum non eſt amputandum, neque ob oſſa eliſa, neque ob arteriarum vulnera, qualia exempla graviſſimorum vulnerum recenſet, in quibus arte lethum evitarit. De carie monet, neque oleo caryophyllorum, neque acore minerali libere utendum

utendum eſſe, ſed neque amputandum. ILL. TISSOTUS blandiorem curationem probavit.

EJ. *Anweiſung zur ausübenden Wundarzneykunſt in Feldlazarethen* Glogau 1763. 8. *. Pro chirurgis caſtrenſibus, encheireſes, monita. De amputatione artus, quando ex articulatione exciditur; de terebræ uſu; de vulneribus profundis colli & abdominis, uberius. Artum eliſum & contritum minus certo necem inferre, quando amputatio omittitur: inciſiones profundas faciendas eſſe, eximenda oſſium fragmenta, aut curandum, ut via exituris libera ſit, præterea putredini obſtandum. Ablatum a globo tormentario artum vetat iterato amputare, niſi in femoris parte inferiori, inque brachio. Oſſa per longitudinem fiſſa conferveſcere. Si omnino amputatio vitari nequit, duo vel tria carnis ſegmina mavult reſervare. Vulnera capitis, quæ milites patiuntur, fere ſemper terebratione egere, eaque maturata, neque exſpectatis gravibus ſymptomatibus. In vulnere craſſioris inteſtini non oportet alterne finem in alterum inſeri. Spaſmi cynici verum remedium deſiderari (opium id eſt remedium). Siderata pars inteſtini reſecanda &c.

EJ. *chirurgiſche Wahrnehmungen welche in der K. Preuſſ. Lazarethen von verſchiedenen Wundärzten ausgezeichnet und mit einigen Erlaüterungen herausgegeben worden* Berlin 1763. 8. *. London 1764. 8. Magna pars boni operis ad vulnera calvariæ pertinet, adque trepanum, eo magis neceſſarium, quod ſymptomata ejusmodi malorum fere ab effuſo ſanguine, ab ichore, aut a pure oriantur, cui emittendo ſola terebra viam poteſt parare. Pus ſub dura cerebri membrana effuſum, ex concuſſione, infauſto eventu. Nihil unquam mali ex diſciſſa ea dura membrana ſecutum, neque ex ea meninge ſuppurata, aut alioquin corrupta. Et frons, & occiput, & ejus cruciformis eminentia, terebrantur abſque periculo. Sanatum vulnus cerebri, cum glans ſtlopetaria ipſo in cerebro retineretur. Sic profundus abſceſſus, poſtquam oſſeæ feſtucæ exemtæ fuerant: denique vulnus cerebelli ſanatum. Vulnera faciei cum gravi maxillæ ſuperioris deſtructione. Magnæ in capite arteriæ hæmorrhagia conpreſſa apta preſſione. Frequentes etiam curationes vulnerum ſtlopetariorum pulmonis, & arteriæ intercoſtalis læſæ. Decantata ſymptomata vulnerum transverſi ſepti nulla apparuerunt, cum a ſtlopo perforatum eſſet. Vulnera inteſtinorum, iisdem inflicta machinis, & vulnera articulationum frequenter ſanata. Amputatio brachii in parte ſiderata non infelix. Pilis ex linteo conglobatis curata vulnera arteriarum. Ne in teſtium exſtirpatione convulſiones ſuperveniant, proponit nervum repellere, ne extendatur. Sanata vulnera laryngis & aſperæ arteriæ. Spica ſecalina deglutita, per abſceſſum lateris educta. In herniis inciſio maturanda, raro felix quando ſerius tentatur. A verme in meatu auditorio latente homo ad deſperationem uſque tortus. Brachium bipenni reſectum curatum. Luxatio femoris deorſum adque foramen ovale, ab externa cauſa. Arteria ab amputatione ligamento quaſi clauſa, non thrombo.

EJUSD. *mediciniſch chirurgiſche Fragen, welche die Verletzung der Hirnſchale betreffen; nebſt einem Verſuche zur Beantwortung der Fragen von den Contrafiſſuren in*

in den Verletzungen des Kopfes Berlin 1771. 8. *. De oſſium longorum fiſſuris: utique locum habere, etiam in ſimplici fractura. Quando aut eas aut cranii fiſſuras gravia ſymptomata ſequantur, quarum ſigna tamen incerta ſint: in fiſſuris oſſium longorum tamen juſtæ conjecturæ. Contrafiſſuræ plura exempla producit, ubi alias interna lamina, alias alternum latus fiſſum eſt. Magna ſymptomata orta abſque chirurgica curatione evanuiſſe.

In N. E. N. C. Vol. de fuſo in vulnere abdominis abrupto, parte fracta demum de ano decedente.

Obſ. 24 ſic per anum globuli plumbei egeſti, qui per vulnus pubis ſubierant.

Obſ. 25 vulnus hepatis & ductuum biliariorum ſanatum.

§. DCCCXVI. ANGLI.

The theory and practice of chirurgical pharmacy, comprehending a compleat diſpenſatory for the uſes of ſurgeons London 1761. 8. *. Auctor ROBERTUS DOSSIE. Elementa chirurgiæ ad Anglorum ſaporem. Deinde materia medica & chirurgica. Agarico Broſſardiano nullam adhiberi fidem. PLUNKETTI arcanum ad mammarum cancros ex arſenico albo, ranunculo & ſulfure compoſitum, omnino etiam per experimenta in noſocomio facta efficax. Ne aqua ex cæruleo vitriolo narium hæmorrhagia ſupprimatur noſter monet. Nullas eſſe pulveris antilyſſi MEADIANI vires. STEPHANIÆ & HARTLEYI medicamenta, ſi calculum non ſolvant, tamen ſymptomata ſupprimere.

JOH. ANDREE, medici Londinenſis, *obſervations upon a treatiſe of the virtues of hemlok in the cure of cancers* London 8. *: videtur a. 1761. prodiiſſe, neque enim annus expreſſus eſt. Extractum cicutæ in Anglia autumnali tempore coctum, nimias potius vires narcoticas oſtendiſſe, tremorem etiam & paralyſin feciſſe, menſeſque ſuppreſſiſſe. Neque in ſcirrho profuiſſe unquam, neque in cancro. In STÖRKII hiſtorias animadverſiones: cicutam ad opii modum agere, doloribus ſuppreſſis, humoribus inſpiſſatis. Ab ejus uſu ſcirrhos potius in cancrum degeneraſſe. A nemine abſque noxa adhibitam eſſe.

DIONYS ROBERTSON *Pferdarzneykunſt* Francfurt 1761. 8. Editionem Anglicam ignoro.

EJ. *leichte und ganz neue Art Pferde zu engliſiren* Arnheim 1770. 8.

§. DCCCXVII. GALLI.

LA FOSSE, junior, prioris quem diximus, filius, diff. *ſur la morve en forme de memoire preſenté en* 1761. *à l'Acad. des ſciences* Paris 1761. 12. *. In animalibus ab eo morbo occiſis, alias in ſola membrana pituitaria malum fuiſſe, alias aſperam arteriam pure plenam repertam; veram tamen mali in naribus ſedem eſſe.

eſſe. Ab ictubus & læſionibus naribus propriis oriri, & ab injecto ejusdem generis veneno. Terebra & injectis liquoribus medicatis curari; his, ſi mature adhibita fuerint. Ut a pulmone ſuppurato differat, incurabili malo. Medicamenta varia experiundo futilia reperta.

Ej. *Guide du marechal, contenant . . . . . la maniere de diſtinguer & de guérir ſes maladies* Paris 1766. 4. *. Ultima pars chirurgici eſt argumenti. Si a vulnere os frontis læſum fuerit, & ſinus pituitarii aperti, noſter os perforat, ne morbus ſequatur, quem Galli vocant *la morve.* Cataractam, ut Daviel, ſanat extracta lente cryſtallina. Fuſe de morbis pedis. Cartilaginem corruptam totam aufert. Fracturæ. Morbus quem ſorici tribuunt.

Avis d'un ſerviteur d'Eſculape ſur les melanges de chirurgie de M. Pouteau ib. 1761. 8. *. Aſpera ſatyra, æmuli chirurgi. Laudes cauterii in rheumatiſmo refutat. Periiſſe epilepticum, cui Pouteau in fronte ferrum candens admoverat. Chirurgum Mejean utique ſpecillum per nares in ductus lacrumales trajicere, nullo cum ægri dolore. Oleum adverſus viperæ morſum nihil poſſe. Goulardi lithotomiam laudat, in qua bulbus urethræ, & proſtata fere tota, ad collum uſque veſicæ dividitur. Vidiſſe ſe femur ad foramen ovale pubis luxatum. Vidiſſe ad veterum morem reſtitui. Una & grumum & arctatam arteriam vulnus claudere. Luxationem muſculorum a Platero dudum dictam eſſe.

Drouin *ſur les maladies des dents* Strasburg 1761. 8.

A. M. Pibrac *par Veriphile au ſujet des ſeances de l'Academie de S. Côme* Paris 1761.

M. B. T. le Clerc *diſcours prononcé aux écoles de medecine pour l'ouverture d'un cours de chirurgie* Paris 1761. 4.

Paul Andre' Parent *de medicamentorum doſibus index cum antidotario chirurgico* Wien 1761. 4.

§. DCCCXVIII. Belgæ.

Folkerti Snip M. D. diſcipuli le Catii, qui & manu ſua operabatur, diſſ. *de lithotomia ſ. calculi ſectione* Amſterdam 1761. 8 *. Adminiſtrationes variæ, etiam nuperæ le Catii, F. J. de S. Cosma & Thomas. Noſter contra *fratrem* pro præceptore ſuo pugnat. Decem ægros intra triginta horæ minuta ab eo calculo fuiſſe liberatos.

Ej. *de hydropis per chirurgiam curatione* Franeker 1765. ſi idem eſt.

§. DCCCXIX. Germani.

Josephi Quarin *tentamina de cicuta* Wien 1761. 8. *. Plurima exempla recenſet egregiarum virium, quas cicuta exſeruerit in ſcirrho, in ſcrofulis tam

apertis quam clauſis: in cancro certe ſpem aliquam excitavit. In fiſtulis ani, in ulceribus, etiam profuiſſe viſa eſt.

CHRISTOPH MOLINARI *epiſtola ad* ANTONIUM STÖRK, *qua mulieris a ſcirrho curatæ hiſtoria exprimitur* Wien 1761. 8. *. Aliquot exempla in ſcirrhis, etiam in uteri cancro.

In l. *de apoplexia* venæ jugularis ſectionem felicem fuiſſe, cum vulgaris in brachio ſectio nihil perficeret.

In *Nov. E. N. C. Vol.* III. *app.* de proſtata ulceroſa & fungoſa, hinc nata iſchuria, aqua calcis & cortice Peruviano ſanata.

J. NEPOMUCENI ab HUMBURG, chirurgi, *obſervationes de hydroceles curatione radicali* Wien 1761. 8. *. Neque ſetaceum, neque acum triquetram, neque cauſtica medicamenta ſolidam in hydrocele ſanationem præſtare: neceſſe eſſe totum per longitudinem ſuam ſcrotum dividere: id per experimenta confirmat. Immaturam hydrocelen vocat, in qua aqua in celluloſam telam teſtis effuſa eſt, maturam quando ruptis ſeptulis ſub cutem aqua erupit in darton, & duo tumores aquoſi in unum coeunt.

EJ. diſſ. *E. hæmorrhoidi recenter tumidæ ſectio non hirudo* Wien 1765. 8. *. Breviſſima diſputatio.

J. NIC. HELD *mediciniſche Gedanken über den* 147. *und* 148. *Artikel der peinl. Halsgerichtsordnung* F. Leipz. 1761. 4. Si huc faciunt.

Non ſeparabo *Bref til en wän om hela medicinal wärkes nu paarheta de jämnwigt och befordran* Stokholm 1761. 8. *. Pro chirurgis, qui in medicorum provinciam irrumpere geſtiebant, morboſque internos curare, & proprium cum pharmacopolis in collegium coaleſcere.

§. DCCCXX. DISPUTATIONES.

JACOBI KOOLE *de patellæ fractura* Franeker 1761. 4.

TOEL *de forcipis uſu in paragomphoſi capitis* Leid. 1761. 4.

ADR. van EEPEN *de nephritide* ib. 1761. 4.

ARNOLD ANTON. SCHADE *de nephritide calculoſa* Traject. 1761. 4. *.

FRIDERICI CHRIST. JUNKER & F. A. WEITZ *de curis luxationum internis* Hall. 1761. 4. *.

EJ. & J. C. G. JAHN *de aquarum hydropicarum evacuatione prudenti exemplis quibusdam clinicis illuſtrata* Hall. 1768. 4.

EJ. & CL. WAGNER *de arthritide ſuppuratoria* Hall. 1769. 4. *. hiſtoria morbi.

EJ. & UHSE *de chirurgiæ, medicinæ & philoſophiæ ſuperſtructæ præſtantia* ib. 1769. 4. ſeorſim etiam ſolo cum Cl. UHSE titulo.

EJ.

Ej. & Rock *de inflammatione pedis & abſceſſu femoris ſub curatione fracturæ fibulæ ortis* Hall. 1769. 4.

Gottlob Thomæ Hermann *de remediorum quorundam ad placentam uterinam expellendam commendatorum tam inſufficienti quam noxio uſu* Hall. 1761. 4. *.

Friderich August Weiz *de cauſis luxationum internis* ib. 1761.

Ej. *volſtändige Auszüge aus den beſten chirurgiſchen Diſpüten, nebſt Anzeigen von neuen chirurgiſchen Büchern und chirurgiſchen Neuigkeiten I. Band* Budiſſin 1769. 8. *. Paſſim adnotationes adjicit: vermem per umbilicum erepſiſſe vidit cum ægri bonis rebus. Nudatus teſtis novo ſcroto velatus. Non reſpondiſſe cicutam ſpei ſuæ.

T. II. Bautzen 1770. 8. *. Thyreoideam glandulam lapideæ duritatis vidit. Ulcus pectoris per urinam judicatum. Poſt paracenteſin aquam calcis in abdomen ſuadet injicere. Superior pars humeri deleta & reparata.

T. III. Budiſſin 1771. 8. *. In curatione Junkeriana non probat diuturnam deligationem. Raro cancros cicuta ſanari. Nihil veri præſidii eſſe in Dauco. Femina, cui 19es aquam extraxit. De femore luxato, & cum fragore reſtituto. Correctio elaſtri ad venæ ſectionem Germanis familiaris, a chirurgo Stokerow facta.

T. IV. 1772. 8. *. Ut Clyſter tabacarius melius ſubeat. Ancyloblepharon ſolutum ſuper ſpecillum ſulcatum Kaltschmidius ſibi ipſi glandulam induratam ſub axilla excidit. In gravida callum fracti oſſis non dureſcere. Funeſtum recti inteſtini ſarcoma.

T. V. Bauzen 1773. 8. *. Educto dente corrupto abſceſſus maxillæ facile ſanatus, pure emiſſo. Exciſum ſteatoma. Chirurgi Hoehle de cancroſis carnibus intra rectum inteſtinum excreſcentibus. Hirudinibus ad oculi angulum internum admotis ſublatus viſus tenebricoſus. De Landii liquore ſtyptico: experimenta in cane facta.

T. VI. Bauzen 1774. 8. *. Sæpe ſe hernialem ſacculum ſeparaſſe, nullo cum ægroti dolore: & immenſos illos Zimmermanni dolores penitus inſolitos ſibi videri: repetitum etiam uſum lapidis infernalis parum probat.

In Ej. *Churſächſiſchen Landphyſico* de Hilmeri cataractæ depoſitione. Nævi ut calce & ſapone deſtruantur.

Jac. Nic. Weis & Andr. Godofr. Trezel *hiſtoria partus impediti ex membrana tendinea os uteri internum arctante* Altd. 1761. 4.

J. Nicol. Spach *de ſarcohydrocele* Argentor. 1761. 4. *. Chirurgus, in gravi caſu, cum ſubinde fungi pullularent, & urgeret inflammatio, ægrum parte teſtis conſumta ſervavit.

Anton. Nicol. Hagg *de hydrophobia* Argentor. 1761. 4. *. Quinque infantes uſu mercurii interno & externo ſervati; periit vero femina, in qua hydrophobia eruperat.

Franc. August Ferdinand Cuenotte *de caſu ſubluxationis vertebrarum dorſi cum fractura complicata poſt factam repoſitionem & varia dira ſymptomata decima demum ſeptimana funeſta* Argentor. 1761. 4 *. Luxatio imperfecta primæ vertebræ lumborum a duodecima dorſi diſcedentis: aderat cartilaginea induratio ultimæ vertebræ dorſi, & gangræna veſicæ, cum interim medulla ſpinalis integra eſſet, nihilque paſſa.

Georg Andreas Gloxin *de iſchuria* Montpelier 1761. 4. *. Quadraginta & tres hujus mali ſpecies recenſet, totidem ex diverſis cauſis natas, inter eas ex renis paralyſi, ut vocat, decimo ſeptimo die ſanata.

Petri Bras d'Or & J. Franc. Desbalz *de ani abſceſſibus* Paris 1761. 4.

Spiritus Cl. Franc. Calvet & Dan. Trimont *de hæmorrhagiis internis* Avignon 1761. 4.

Ej. (Calvet) & J. B. L. Agricolus Peru *an a pulvere ſympathetico dicto vulnerum curatio exſpectanda* Avenione 1768. 4. *.

Guilielmi Butter *arteriotomia* Edinburg 1761. 8. *.

§. DCCCXXI. Diaria.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LI. P. II. huc referas cordis inſolitam dilatationem, deſcriptam a Richardo Pultney.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* T. II. a. 1761. edito,

Rudolph Christian Pfaff *obſ.* 12 hernia incarcerata repoſita: abuſus nucleorum ceraſorum, inde colon in ſcroto perforatum, tamen ſanatum.

J. Wilhelm Wiedmann.

Obſ. 23 hæmorrhagia ex dentis evulſione octavo die oborta.

J. Christoph Hennicke.

Obſ. 29 hernia incarcerata, inteſtinum per lumbricos perforatum, tamen ſanatum hactenus, ut fiſtula exigua ſupereſſet.

Obſ. 33 mors puerperæ: abdomen pure plenum.

Wolfgang Jacob Mullner.

Obſ. 37 de utero ab obſtetrice evulſo, ſauciato, neceſſario exſtirpato, felici eventu.

Obſ. 68 abſceſſus hepatis inciſus, educti calculi fellei: fauſto eventu.

Vol. III. *obſ.* 93 uterus vere prolapſus.

Ej. *Wahrnehmung von einer ſamt dem Kinde ausgefallenen Mutter* Nürnberg 1771. 8. *. Integer uterus totaque ejus cervix elapſa, ut ipſa ad colli phialæ ſimilitudi-

ſimilitudinem propenderet: fetus manu eductus, uterus repoſitus, injecto vino calente a gangræna liber ſervatus, mater & fetus ſanati.

Vol. III. J. CHRISTIAN HILDEBRAND.

Obſ. 34 grave capitis vulnus, cerebri jactura, fragmentum oſſis frontis ad nonum diem in cerebrum depactum, ſanata tamen omnia.

N. E. N. C. Vol. VIII. *obſ.* 8 hydrophobia a morſu canis rabidi poſt ſphacelum ex metaſtaſi natum ſponte ſublata.

Obſ. 32 ganglii ſuperſtitioſa curatio.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1761. COLLET in mulo morbo *la morve* laborante, oſtendit membranam pituitariam eroſam.

In *Memoires* MALOUIN diſſ. de morbo *la morve;* inciſiones & curationes recenſet. Sinus pituitarios perforarunt, æthiopem antimonialem dederunt cum vincæ foliis: alio in equo ſetaceum trajecerunt: iterum in alio ſolo uſi ſunt æthiope cum vinca conciſa ad manipulum, & alvum ſubinde duxerunt. Hæc ſimplicior curatio æque viſa eſt reſpondiſſe, ac quidem trepani uſus.

In *Journal de Medecine* 1761. *Vol.* XIV. DETTIL, ſi huc referas, de molæ partu.

GRIMA, de lithotomo BROMFIELDII hic deſcripto. Methodum eamdem eſſe, quæ CHESELDENII, inſtrumenta tutiora.

EJUSD. *Mem. ſur la ſenſibilité des tendons* Paris 1760. 12. *. Contra POZZIUM & me, tendines utique injurias ſentire.

Vol. XIV. VANDENBLOK, medicus Bruxellenſis, pariter cancrum mammæ occultum refert uſu Belladonnæ ſuperatum.

SUREAU de BONNEAUNE'E, medicus, de ſcirrhoſis ſarcomatibus, identidem in dorſo provenientibus.

DESMILLEVILLE, medicus, de cicutæ felici effectu in tumore palpebræ ſuperioris.

LANDEUTTE, medicus, de phthiſi ex renis ulcere.

T. XV. extracto cicutæ ſuperatus tumor ſcirrhoſus mammæ & alia mala.

T. XIV. TITEUX cyſtides in abdomine numeroſæ.

GUYARD, chirurgus, tumor cyſticus ſupra mammam exſtirpatus.

DUPONT HAUMONT, chir. intra triennium centeſies quadrageſies ter paracenteſis abdominis adminiſtrata.

De la VERGNE fetus per 29. menſes geſtatus, & per umbilici ulcus extractus.

ALLARD, chirurgus, de enſe utrinque pectus penetrante, & ſaucio ſanato.

ID. T. XVI. de fractura conplicata cruris in ipſis doloribus partus nata.

T. XIV. MUTEAU de ROQUEMONT, chir. fractura humeri proxime articulationem ſanata.

T. XX. ulcus ſcrofuloſum cicuta ſanatum.

T. XXX. magnum ſarcoma uteri exſtirpatum, quod pro capite infantis habuerunt.

T. XIV. ST. MARTIN, medicus, ſecale tritum cum adipe ad ambuſta laudat.

MAUPOINT, medicus, extracto cicutæ cancer labii ſanatus. Non veram cicutam fuiſſe.

In T. XV. CASTILLON, chirurgus, de vulnere penetrante pectoris, lata inciſione eductis in ejus cavo latentibus.

Le PEGE, chirurgus, de tumoribus frontis cum ejus oſſis carie conjunctis, denique ſua cum cauſa ſanatis.

AUBRELIQUE, medicus, tumorem hypogaſtrii ſanavit extracto cicutæ.

BAUDIN, chirurgus, de fractura tibiæ cum luxatione vulnere & gangræna conjuncta, tamen ſanata, cum cortex Peruvianus ſiderationem conpreſſiſſet.

MAURANT, chirurgus, lingua enormis molis infantis, quam veritus eſt adtingere.

T. XVI. acus in tumore reperta.

Enormis tumor cyſticus cauſticis medicamentis curatus.

Maximi duo fici venerei feliciter reſecti.

T. XVIII. ſibi vindicat curationem a D. TERLIER deſcriptam p. 488.

FERRAND, chirurgus, de vulnere ſtlopetario pectoris denique ſanato. An IDEM alias dictus.

PELET, medicus, de cicuta in tumore ſcirrhoſo ſpem dante.

FINANT, chirurgus, de extracti cicutæ felici uſu in tumore ulceroſo glandularum parotidum.

EJ. de hernia gangrænoſa ſanata. *J. des ſav.* 1765. *Dec.* & in *J. de Med.* T. XXIII.

In *K. Sw. Wet. Acad. Handl.* 1761. J. GUSTAV. WAHLIN de calculo triquetro membrana obvoluto.

In novo diario *Abhandlungen der Naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich* Zürich 1761. 8. *. Medici Tigurini de ſalutari efficacia corticis Peruviani in gangræna.

RUDOLPHI BURCKHARD, chirurgi, experimenta de innocentia vulnerum tendinum aliarúmque partium corporis humani, quarum læſiones pro graviſſimis habitæ ſunt, in hominibus perpetuo facta. Tum in peritonæo.

In

In T. VI. *Verhandelingen der Holl. Maatſchapp.* THOMAS BAKER retulit de vulnere veſicæ feliciter ſanato, cum culter in ipſa veſica abruptus fuiſſet.

§. DCCCXXII. LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER.

Chirurgus in *Mitweida* Saxoniæ oppido.

EJUS *chirurgiſche Geſchichte mit theoretiſchen und practiſchen Anmerkungen* Chemniz P. I. 1762. 8. *. Multa theoria. Paronychia profunda. Calculus ſalivalis. Hæmorrhagia funeſta ex ſalivatione per hydrargyrum concitata. Tumor in meatu auditorio radendo & ſecando deletus. Funeſtus in mamma cancer. Ex abſurda frictione vetulæ abſceſſus ad vertebras lumborum.

T. II. ib. 1763. 8. *. Ab amputato femore mors per diarrhœam. Suppuratio oculi externa, curata pure per inciſam corneam tunicam emiſſo. Ulcera a variolis & plena luxatio femoris. Partus difficilis terebrato capite expeditus, & ſanatus abſceſſus oſſis ſacri. Hydrops ſacci lacrumalis a variolis. Tumor cyſticus in femore amputatus.

Tomus III. ib. 1765. 8. *. Inteſtinum fiſtula patens excreto lumbrico ſanatum. Hernia incarcerata ſoluta. Gangræna cortice Peruviano ſuperata. Teſtis ex ſcroto erumpens.

P. IV. ib. 1768. 8. *. Cicuta ſæpe abſque ullo fructu adhibita; poſt ejus tamen uſum indurata parotis in pus converſa. Proprio lectulo, & faſciis cochlea firmatis, curata fractura colli femoris. Fetus mortuus præcedente funiculo unco eductus, neque enim in omni partu inſtrumentis poſſe abſtineri. Iterum inteſtinum apertum ſanatum, de quo vermis prodiit. Vulnus faciei ſutura conciliatum. Cortex Peruvianus gangrænæ incipienti uteri & ulceribus malignis efficaciter oppoſitus.

T. V. ib. 1771. 8. *. Quatuor morborum deſcriptiones. Caries difficilis in pede, non ſublata, niſi cum oſſa corrupta abſceſſiſſent. Caries facile ſanata in maxilla. Inteſtini vermicularis cum cæco inteſtino per anum elapſus, cum ileon tribus quaſi ligamentis ſtrangularetur, & ilei pars in colon pulſa eſſet. Lapillus de funda impactus diu in femore latuit, quoad exciſus lapis mali finem fecerit.

T. VI. ib. 1773. 8. *. Ulcus, quod ex recto inteſtino in uterum ſibi aditum paraverat, ut per vaginam fæces decederent. Utrumque os cruris ex ſaltu cum vulnere fractum, felici eventu. Aliquot exempla felicis Peruviani corticis adverſus gangrænam efficaciæ. In pectus lignum depactum per ulcus femoris decimo tertio demum menſe excretum.

De Aquæ vegeto mineralis felici effectu teſtatur ap. WEIZ *Auszüge*. Spina bifida, aqua in cervicem effuſa.

§. DCCCXXIII. JOSEPHUS CAVALLINI.

Chirurgus in noſodochio S. Mariæ novæ Florentino.

EJUS ſunt *collezioni iſtoriche di caſi chirurgici metodicamente diſpoſti* T. I. P. I. *ſopra i tumori inflammatori* Firenze 1762. 4. *. Multa utilia & practica. Omiſſa hypotheſi dicamus in eryſipelate noſtrum fere poſca uti, etiam aquæ ſedem eſſe inter reticulum & cutem. In herpete aqua vitriolica. Funeſta in femore inflammatio, oſſibus non corruptis. Grandes inter muſculos abdominis & peritonæum abſceſſus ſanati. Eryſipelas phlegmonodes femoris per urinas purulentas ſublatum. Curata ſterni caries. Nullum in pectoris cavo aerem eſſe, qui pulmonem inflammaret, ſi eo poſſet pertingere. Abſceſſus intra cranium fœtidus: ſutura ſagittalis diſceſſerat, ut dura meninx nuda ſe offerret. Sanguis per os & aures rejectus: in femore cruſta gangrænoſa: id malum poſtquam ſanatum videbatur recruduit. Gangræna tibiæ funeſta, cum artum noſter amputaſſet. Faucium abſceſſus rupti, pure exeunte levati. Teſtes cum ſcrophuloſis glandulis. Inflammatio muſculos inter & peritonæum, hæc membrana rupta. Suppuratio in celluloſa tela vertebris circa hepar circumjecta. Ob ſpinam ventoſam digitus ex acetabulo exciſus. In carbunculo ſimplex curatio optima.

T. II. *tumori chronici* Firenze 1763. 4. *. Simplex & ſincerus funeſtos eventus non diſſimulat. Tumores ſpongioſi: ejusmodi tumor in hepate funeſtus. Abſceſſus in femore & ſinus in acetabulum uſque proſerpens: oſſis pars eroſa, eventus lethalis. Alii etiam femoris abſceſſus funeſti: alii molli curatione ſanati, abſque inciſione. Colon dilatatum, cum rectum inteſtinum a craſſiori membrana arctaretur. Abſceſſus & caries oſſium in articulatione genu lethalis. Alia fere mala cum carie, eodem triſti eventus: alias æger ſervatus amputatione facta. Tumor in muſculi deltoidis ſede feliciter reſectus 8. libr. pondere. Cicutam nihil quidquam unquam præſtitiſſe. Funeſta vertebrarum caries. In teſte ſæpe velamina juſto craſſiora, teſtis integer. Tonſillæ induratæ exciſæ. Tumor de gaſtrocnemio m. difficulter ſeparatus, cui lethalis nervorum diſtentio ſupervenit. Mamma partim cartilaginea & partim cancroſa, feliciter exciſa. Sic duriſſimus teſticulus, vaſis non ligatis. Epididymis varicoſa. Poſt inciſam hydrocelen febris maxima, neque tamen funeſta. Ganglion de tendine bono eventu exciſus. Sic tumor ingens atheromaticus menti. Sub umbilico globus capillorum ſebacea materie obvolutorum, tum oſſa perioſteo nuda. Exoſtoſis etiam abſque venere naſcitur, neque ſemper hydrargyro cedit. Aneuryſma inciſæ arteriæ temporalis, inciſum, ſanatum. Pluſcula aneuryſmata poplitis, fere funeſta, ſubnato etiam ſpaſmo cynico. Herniæ. Caſtratio pariter diſtentis nervis lethalis. Saccus herniæ ligatus. Mortes ab inteſtino incarcerato gangrænoſo, felix tamen eventus, cum inteſtinum apertum fuiſſet: fuſcum inteſtinum, neque tamen gangrænoſum. Saccus herniæ craſſior reſectus. Inteſtinum ſacco adhærens ſideratum. Hydrocephalus; in eo aqua per ſuturas tanquam per filtrum manabat. Iſchuria: punctura hypogaſtrii

fruſtranea, cum veſica durior, colon ſideratum, lotium in abdomen effuſum eſſet.

Ej. *tentamina medico chirurgica de felici in quibusdam animantibus uteri extractione, deque partium regeneratione & cicatricis natura* Florentiæ 1768. 8. Ludw.

Ej. *ſtoria d'una reumatica paraliſia curata con l'unzione mercuriali* Venez. 1769. 4. *. Superata arthritis argento vivo.

§. DCCCXXIV. Varii.

Verhandelingen over de vroedkunde Amſterdam 1768. 8. Cranz de rupto utero. Puzos de lactis in celluloſam telam depoſiti noxa.

Maximilian Locher caſus varii, in quibus cicutæ uſum in morbis confirmavit, in obſtructis nempe glandulis, in ulceribus venereis, etiam ubi hydrargyrus nihil poteſt, ſubinde & in cancris valere.

Chirurgiſcher Operationen erſtes Stück von der Onkotomie Jena 1762. 8.

Mediciniſche Verordnung die wütenden Hunde betreffend Nürnberg 1762. fol.

T. Durant *treatiſe on the Kings evil* London 1762. 8. 1763. 8. *. Abſurdus liber *Crit. Rev.*

Rousselet *obſervations nouvelles ou methode certaine ſur le traitement des cors* la Haye 1762. 12.

Cenſure de la faculté de Chirurgie de Pont-à-Mouſſon 1762. 4. *. Satyra in Antonium Louis, cum doctoralem lauream ambiret.

Extrait d'une lettre a M. le Cat *ſur les operations de la taille faites à Dijon en* 1762. Rouen 1763. 4.

Examen d'un diſcours prononcé par M. Morand *a la ſeance publique de l'Acad. Roy. de Chirurgie le* 12. *d'Avril* 1762. 12.

Filippe Joseph de Govea *Oraçao inaugural de primeira curſo de operacions cirurgicas que publicamente fez no hoſpital real* Lisbon 1762. 8.

§. DCCCXXV. Disputationes.

J. Heshusius *de generatione puris* Leid. 1762. 4.

J. Paul Koch *de ſpiritu vini rectificatiſſimo tamquam medicamento ad ſiſtendas hæmorrhagias externas optimo* Hall. 1762. 4.

Ej. *aus Gründen und Erfahrung entworfene Abhandlung von Beinbrüchen überhaupt* Jena 1770. 4.

J. Pet. Eberhard & J. Sigmund Sachs *de doloribus partum promoventibus* Hall. 1762. 4. *.

Anton. Högg *obſervationes medico chirurgicæ* Jen. 1762. 4. *. Ex volvulo debere fæces exprimi, aut injecta aqua elui: exempla aliqua funeſta, & aliud in quo gangrænoſi inteſtini partem reſecuit, ægrum ſanavit. Glans plumbea abſque malo ſymptomate in cerebri cavea relicta. Vulnus graviſſimum ſtlopetarium in genu abſque amputatione ſanatum.

Christ. Frid. Richter *de inflammatione ſanguinea ejusque in tota celluloſa ſede frequentiſſima* Hall. 1762. 4.

Frid. Adolphi Detlefsen Præſ. Pet. Imman. Hartmann *medica tormentorum æſtimatio* Helmſtatt 1762. 4. *.

P. Imman. Hartmann *calculus ſub lingua exſectus* ib. 1762. 4. * ingens utique.

Ej. *obſſ. ad cicutæ, mercurii ſublimati & phoſphori uſum internum pertinentes* Helmſtatt 1763. 4. *. In magnis malis cicutam profuiſſe, etiam in ſpina ventoſa.

Ej. *ulcus inguinis ſiniſtri ileique ſanatum* Francf. ad Viadr. 1766. 4.

In *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 2 de calculo ſub lingua exciſo. De veſica cum inteſtino recto per ulcus communicante & calculis in fellea veſicula.

Obſ. 104 ſpina ventoſa funeſta.

Obſ. 105 ſic ſarcoceles per anulum abdominis continuatæ.

Frid. Seidelin, Claudii f. Præſ. B. J. de Buchwald *de incontinentia urinæ ex rupto collo veſicæ inſtante & peracto partu* Hafn. 1762.

Christian Frid. Selig & Præſ. C. C. Schmiedel *de hydrophobia ex eſu fructuum fagi* Erlang. 1762. 4. *.

J. David Grau *de pure vero* Jen. 1762. 4.

Ej. medici, *Abhandlung von den Wundmitteln überhaupt* Haag 1763. 8.

Ej. *Anfangsgründe der Hebammenkunſt* Lemgov. 1765. 8. alii 1764. 8.

Adam Niezky *de callorum circa ulcera ortu, effectu, præſervatione & curatione* Hall. 1762. 4.

Theodor Ger. Timmermann *de emphyſemate* Rinteln 1762. 4.

Ej. *de ſpina ventoſa morbo chirurgico medico* ib. 1765. 4.

Ej. *de herniis* v. Goebel ib. 1767. 4.

Ej. *de veſicantium locis* ib. 1771. 4.

Ej. *periculum medicum de Belladonna* Rinteln 1765. 4. *. A Degnero & Timmermanno patre Belladonna ſatis feliciter in ſcirrho cancroſo mammæ adhibita, minus feliciter ab auctore.

J. Henrich Fried *de jure obſtetricum ſecundum ſtatuta Argentoratenſis* Argentor. 1762. 4.

Jos.

Jos. Maria Franc. la Sone & Auctor Simon Vacher *Ergo magni abſceſſus ferro non cauteriis aperiendi* Paris 1762. 4. *.

Joh. le Bas & Ludov. Bened. Cervenon *de femoris fractura* Pariſ. 1762. 4. *.

§. DCCCXXVI. Diaria.

In *Phil. Tranſact.* T. LII. P. 2. ſive anni 1762. Richardus Forster de animalibus venenatis Angliæ. Colubrem Slow worm (cæciliam ut puto) in morſu venenum non habere.

Thomæ Adams vulnus ingens aſpera arteriæ, ſanatum ſutura adhibita.

Idem de homine a fulmine ambuſto tamen ſanato.

Charleton Wollaston de gangræna integram familiam corripiente, ex malo, ut videtur alimento.

Antonio Constantini bubonocele incarcerata, ſuperata hydrargyro.

In *Muſæi medici* Tomo III. chirurgus Hunt ulcus parotidis non abſque difficultate ad ſanationem perduxit.

Gula rupta poſt glandularum vicinarum obſtructionem.

Oſſis femoris luxatio.

§. DCCCXLI. Galli.

Maniere d'ouvrir & de traiter les abcès à portée de la main du chirurgien & des ſecours de la chirurgie Paris ſ. Avignon 1765. 12. lego etiam 1766. 12. Belgice *Manier om de ettergezwellen te openen en te behandelen al mede de hulpsmiddelen hiertoe dienſtig* Roterdam 1767. 8. *. Auctorem ignoro, qui chirurgorum Curade & Gauthier ſe dicit diſcipulum, qui idem in opere ſuo minutiſſime ulcera omnia eorumque magnitudinem, figuram, directionem, inciſionem neceſſariam perſecutus eſt, per omnes partes corporis humani. Conſilia ſua fere ex fabrica partium ſumit. Fuſe de incidendo abſceſſu inter coſtas. Renem mavult ſcalpello aperire, quam lapide infernali: iſtum in ſcroto præfert. Ulcus inter duas maxillæ inferioris tabulas noſter jam a. 1738. evulſo dente aperuit. Pituitarios ſinus clavo trepani aperit, ſic ulcera interna oſſium. Inciſa ulcera articulorum in fiſtulas fere degenerare. Abſceſſus cartilaginum paucis ſcriptoribus dicti, etiam auriculæ. Medicamenta. Injecta ex ariſtolochia decocta aqua abſceſſus hepatis ſanatus. Turundas hactenus defendit, ut grandes ſint, ulcere latiores, planæ, & in medio altiores. Ad ſetacea plumbea acu uti mavult. Emplaſtra aliqua. Felices curationes ulcerum venereorum. Ulcus genu ſpirituoſis ſanatum. Ad abſceſſus, qui oſſa corripuerunt, laudat eſſentiam ariſtolochiæ. Pro inſenſili tendinum natura.

Ieannin *obſervation ſur une fiſtule lacrimale occaſionnée par un coup de feu* . . . 1765. 8. Astr.

Ej. eſt inſignis liber *Memoires ſur l'œil & ſur les maladies, qui affligent cet organe* Lion 1772. 8.*. Sæpe pro pure haberi mucum ex membranis lacrumalis ſacci ſudantem, qui ſola preſſione reprimitur. A lapſu diſſipata cataracta. Eam noſter extrahit, & nunquam deponit. Iridem quidem, ſed abſque periculo violari. Lens oſſea. Ut ea ab uvea tunica ſeparetur, ad quam adhæſit. Hydrops oculi. Capſula lentis opaca. Lens nigra. Poſt eductam cataractam bene conjunctivam reſecari. De fiſtula lacrumali. Saccus a polypo occluſus. Spuria fiſtula, quæ injectione curari poteſt. Inflammati oculi conjunctivam etiam decurtat. Sic palpebræ prolapſum: ſic in trichiaſi. Palpebræ inverſæ. Tumores duri palpebrarum. Prolapſus iridis. Hypopyon. Uveæ membranæ a choroidea ſeceſſio. Emulſio plumbea, quam noſter Goulardi medicamento præfert.

Ej. in *Journ. de Med.* caſus difficilis lacrumalis fiſtulæ cum oſſis turbinati vitioſa fabrica, tamen dilatato ductu naſali ſanatæ.

Id. in T. XXXIV cataractam quæ repetito adſcenderat & fruſtra fuerat depoſita, feliciter extraxit, cum in anteriorem cameram tranſiiſſet. Lens & ſolito minor erat.

In eod. diario 1773. Jan. de amauroſi per electricitatem curata.

Bourgelat *matiere medicale ou précis des medicamens* Lion 1765. 8. *. Varia huc faciunt. In morbo *la morve* cicuta fruſtra fuit, neque arcana nonnulla probat. Meloen cantharidum effectum non ſupplere. Sed neque ſolam la Fossii terebrationem ſufficere.

Johann. Colombier M. D. diſſ. *nova de ſuffuſione ſ. cataracta* Paris 1765. 12. *. De variis, quibus oculus cataracta liberatur, adminiſtrationibus. Cuique ſua eſſe incommoda, quæ tamen in depoſitione minus poſſint, quam in extractione vitari. Ut Taylorus cataractam lacteam perforatione ſola abſque corneæ tunicæ dilatatione curaverit.

Ej. præſide F. L. T. d'Onglee *Ergo pro multiplici cataractæ genere multiplex εγχειρησις* Pariſ. 1768. 4. *. Quinque cataractæ genera facit, eorum duo nova, obſcurationem membranæ a D. Descemet inventæ; & opacitatem laminæ, quam eidem lenti retina tunica circumjicit. Sed etiam in aqueo humore membranam ſubnaſci poſſe. De opacitate anterioris & poſterioris partis lentis cryſtallinæ non dubitat; illam quidem ſanat extracta obſcura membranula, poſtquam cornea tunica inciſa eſt, fiſſa in decuſſim capſula, lente deorſum preſſa. Eandem lentem exſiccatam, inciſa tunica cornea extrahit.

Contra D. Colombier ſcriptum eſt *ſomnium, ſ. rêve de* M. Colombier, *ou lettre d'un bachelier de la faculté de Paris à un D. Regent* Paris 1768, quæ ſatyra proſcripta fuit.

François Louis Th. d'Ongle'e *diſcours prononcé aux écoles de medecine pour l'ouverture ſolemnelle du cours de chirurgie* Paris 1765. 4.

Lettre de M. Cambon, chirurgi, à M. Chastanet *chirurgien de Lisle en reponſe à la lettre de M.* Pallucci *à M.* Humelauer Vienne 1765. 12. *. Pro fratre Johanne de S. Cosma in Palluccium. Non probat, quod iſte vir Cl. ſcalpellum ſuum in crena catheteris huc & illuc ducat. Inciſionem cutis nimis humili loco fieri, & recto inteſtino nocere poſſe. Quo utitur Palluccius verum eſſe apparatum magnum. Lentas eſſe ejus curationes.

Hoc anno nova editio & aucta operis Guilielmi de la Motte *des accouchemens* prodiit curante D. Sabatier ib. 8. 2. vol. Conf. p. 44.

Huc referas Royer *inſtruction pour l'adminiſtration des lavemens antivénériens* ib. 1765. 8. *. Hydrargyro morbos venereos ita conatur ſuperare, ut per potiones injiciat.

Ej.

Ej. *diſſ. ſur la nouvelle methode de traiter les maladies vénériennes par les lavemens* Paris 1767. 8. *. Teſtimonia certarum curationum producit, quæ ſuo medicamento debeantur. De modo utendi accurate, tantum ut ſcriptionem taceat.

Ej. *nouvelles obſervations faites dans les hôpitaux militaires de la marine pour conſtater la ſureté & l'efficacité des lavemens antivénériens* Paris 1771. 8. *. Contra D. GARDANE ſuum inventum tuetur, & numeroſos felicium curationum teſtes producit.

Statuts des maitres en chirurgie de Paris Paris 1765. 4.

Statuts & reglemens generaux pour les communautés des chirurgiens de Province donnés en 1730. ib. 1765. 4.

§. DCCCXLII. ITALI.

FRANCISCI VACCÆ *de inflammationis morboſæ natura, cauſis, effectibus & curatione* Florent. 1765. 8. *. Theoria inflammationis. Puris origo partim ex lympha.

FRANCISCI BIUMI *obſervationes anatomicæ ſcholiis illuſtratæ* Milan. 1755. 4. *. Sectiones cadaverum morbis variis enectorum. Anevryſma aortæ. Steatoma enormis molis in hepate. Calculus inteſtinalis. Carotis arteria prope ſellam Turcicam dilatata. Anevryſma cordis cum ſquamis arteriæ aortæ oſſeis.

BARTHOLOMÆI PATUNÆ *epiſtola ad* MORGAGNUM *continens hiſtoriam fetus ſine involucris extra uterum inventi, placenta intra uterum hærente* Wien 1765. 3. *. Fetus in abdomine inventus, utero integro, funiculo ex tuba prodeunte.

GIAN ALESSANDRO BRAMBILLA *lettera critica in cui ſi ſcoglie la queſtion ſe la inflammazion e la gangrena ſi debbono abandonnar alla natura ſola, o debbono eſſer ſoccorſe dall arte medica* Milan. 1765. 4.

De ejus inſtrumento ad fiſtulam ani vide PLENKII Samlungen.

Ej. *rifleſſioni fiſico mediche chirurgiche in riſpoſta ad una lettera del Abb. A. ed alle oſſ. del S. Gioſeppe Dion chirurgi don ſi parle del metodo di tratter diverſo malattie chirurgiche dell uſu ed abuſo della poſca delle fili &c.* ib. 1769. Vereor ne aliqua nomina corrupta ſint.

Italicam editionem non vidi, ſed in Germania vidi Cl. BRAMBILLÆ, nunc Imperatricis & Imperatoris chirurgi, *chirurgiſch practiſche Abhandlung von der Phlegmone und von ihren Ausgängen* Wien 1773. 8. *. Præter plurimam theoriam, inflammatio varia, etiam venerea. Inflammatæ mammæ. In mamma inflammatio facile in ſcirrhum tranſit. Mobilis excidi poteſt. Benignus tumor a preſſione malignitatem induit. Scirrhos vapore diſcuti & cicuta. In œdemate inciſiones ſæpe profuiſſe; ſic in hydrope, & hydrocele. Gangræna quæ ſupervenire minabatur, cortice peruviano repreſſa.

§. DCCCXLIII.

§. DCCCXLIII. Angli.

John Williams, chirurgi in Redruth Cornubiæ, *ſome hiſtories of wounds of the head with obſervations* Falmouth 1765. 8. *. Primum de capitis vulneribus. Adverſus deligationem, in qua nihil admittitur præter linteum carptum ſiccum. Medicamenta, quæ duræ meningi oporteat imponi. Fungos cerebri reſecat. Ex lapſu feſtuca oſſea in ſinum duræ membranæ impacta. Sanguis ſub ea meninge effuſus, ea ipſa inciſa emiſſus, cum bonis ægri rebus. A lapſu vertigo: terebrata calvaria, meninx & cerebrum ſuppuratum, eventu funeſto. Ab ictu mulæ nata ſymptomata trepano repetito ſublata, nullo humore emiſſo. A fragmentis oſſeis cerebro impactis terebratum cranium; cerebrum erupit, mors ſecuta eſt. Sanguinem ſupprimit linteo in vitriolum intincto.

A letter from M. Kayſer to Jon Wathen *in answer to his pamphlet intitled practical obſervations on the venereal diſeaſe* Lond. 1765. 8.

§. DCCCXLIV. Germani.

Petri Delsance *kurze Anweiſung zur gerichtlichen Wundarztey worinn was über die Tödlichkeit der Wunden bey den Gerichten aus den Grundlehren der Arzneygelehrten zu unterſuchen und auszumachen ſey, abgehandelt wird* Frf. 1765. 8. *. De vulneribus abſolute per ſe & per accidens lethalibus collectio.

Grundlage zum Unterricht einer Hebamme Roſtoch 1765. 8.

J. Gottlieb Schæfferi, medici, *Geſchichte des grauen Staares und der neuen Operation ſolchen durch Herausnehmung der Cryſtalllinſe zu heilen* Regenſpurg 1765. 4. *. Winzelium lentem opacam vidit extrahere, ut ſcalpello corneam tunicam aperiret, occulta acu lentis capſulam perforaret. Non abſque dolore ægra fuit, ut tamen abſque cicatrice oculus convaleſceret.

Poſſis huc referre Ej. *Gebrauch und Nutzen des Tabaksclyſtiers* Regenſpurg 1766. 4.

In *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 1 hepar in hernia umbilicali repertum.

D. Leo Elias Hirschel *Betrachtungen über den innerlichen Gebrauch des mercurii ſublimati corroſivi* Berlin 1765. 8. *. Huc faciunt, quæ de cicuta habet, cujus tamen ſolum uſum externum probat, cum ad opii ſimilitudinem ſopiat.

In *Beyträgen zu ſeinen Betrachtungen &c.* Berlin 1767. 8. * repetit, ſe cicutæ uſum frequenter inutilem vidiſſe.

Utcunque huc referas J. Godofredi Teske *neue Verſuche in Curierung der Zahnſchmerzen vermittelſt eines magnetiſchen Stahls* Königsberg 1765. 8. *. Magnetem ad modum fluminis electrici operari; etiam per alium hominem ſenſum doloris & frigoris imprimere, ſerius ocyusve opem ferre.

§. DCCCXLV. Disputationes.

Ej. & A. Aug. Wilh. Kopp *de ſpina ventoſa malo chirurgico medico* Rinteln 1765. 4.

J. P. Freyer *de partu difficili propter funiculum umbilicalem fetus collum ſtringentem* Hall. 1765. 4. *.

Ej. *ejus caſus continuatio* Hall. 1766. 4. *.

J. Phil. Nonne *inflammationis theoria* Erford 1765. 4.

Ej. *de excoriatione morborum comite* Erlang. 1765. 4.

Ej. *de abortu* ib. 1768. 4.

Georg Rudolf Boehmer & J. H. C. W. Misca *de damnis ex retardata abſceſſuum apertione* Witteberg 1765. 4. *.

Ej. *natura vulnerum medicatrix* ib. 1765. 4.

Ej. *de naturalibus feminarum clauſis* ib. 1768. 4. *.

J. Christoph Sommer *de partu laborioſo ſelectæ obſervationes* Gotting. 1765. 4. *. Septem partus difficiles; inter eos caput ad modum clavi impactum, forcipe ſolutum. Abſque artis adjumento in lucem prodierunt pueri, in quibus facies aut præivit, aut ad os pubis converſa eſt. Oblique ſito fetu & utero, caput terebratum.

Ej. *Beobachtungen über die in der Gebärmutter zurückgebliebene und in einem Sacke eingeſchloſſene Nachgeburt* Braunſchweig 1768. 4. *. Ut ii ſacci oriantur, quando aliqua uteri pars minus contractilis eſt, ut ei malo chirurgus medicetur: aliquot hiſtoriæ ſimilium caſuum.

Franc. Georg Wildes *de adminiculis chirurgicis ante partum adminiſtrandis* Gotting. 1765. 4 * balnea, clyſteres &c.

Meyer Kalman Cohen *de calculo & lithontripticis* Gotting. 1765. 4. *. Cauſæ & incrementum calculi, ſigna difficilia. Convulſiones poſſe ſymptomata producere; quæ calculus. Sed nec catheter fidus eſt teſtis. Exempla calculi, qui in ſcrotum & qui in vaginam irrupit. Satis ſperat poſſe calculum ſolvi. Baccas juniperi laudat. Neque Stephanianis multum tribuit præter ſaponem & calcis aquam. Liquorem nitri fixi efficaciorem eſſe. Signa calculi in arthritico fallacia, cum ſponte evanuerint. Nuper germanice verſus prodiit libellus Hall. 1774. 8. *. vertente J. C. Niemann.

Anton. Kesler *de herniis* Wien 1765. 4.

Fr. Lud. Tribolet *de hydrophobia ſine morſu prævio* Baſil. 1765. 4. *.

Robert Tailford *de ulcere alæ* Leid. 1765. 4.

J. Christoph a Bergen *de lithiaſi* ib. 1765. 4.

PETER LASSUS *de morbis linguæ* Pariſ. 1765. 4. *. Vulnus ſtlopetarium linguæ feliciſſime curatum, & pars amiſſa reparata.

EJ. & de la BUISSIERE *de naſo fracto* ib. 1765. 4. *.

EJ. & FR. CABANY *de fractura maxillæ inferioris* ib. 1766. 4. *.

J. BAPT. M. WILH. FERRAND & JAC. COURTIN *de carie oſſium* Pariſ. 1765. 4. *.

EJ. FERRAND & J. LUD. MOREAU *de variis hæmorrhagiæ ſiſtendæ modis* ib. 1765. 4 *.

EJ. & PET. MICH. MENAGER *de labio leporino* ib. 1765. 4. *.

EJ. & FR. du JARDIN *de labiorum cancro* ib. 1768. 4. *.

EJ. & FRANC. CHOPART *de reſonitu* ib. 1770 4. *. Cum in ſiniſtrum latus femina lapſa eſſet, in dextro latere ſanguis effuſus eſt. Sic in alio exemplo ex lapſu in verticem ſanguis effuſus ſub oſſe frontis.

An ejusdem *lettera in riposta alla lettera de C. ſ. chirurgo de Turino* (PERENOTTI.)

HYACINTHI THEODORI BARON & HENR. RAYMOND *E. capitis affectibus jugularis venæ ſectio* ib. 1765. 4. *.

FRANC. LUD. JOSEPH SOLAYRES de RENHAC *Elementa artis obſtetriciæ* Monſpel. 1765. 4. *. Minime inutilis diſputatio.

§. DCCCXLVI. DIARIA.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LV. JOH. LAVINGTON aquæ marinæ potus in labii ſuperioris inflammatione potius noxius.

WILLIAM MARTIN dura cruſta panis, quæ in aſperam arteriam deſcenderat, poſt pluſculos dies rejecta.

WILLIAM HEBERDEN calculus a femina ſponte decedens per urethram. De eo viro & alias dixi.

JACOBUS Comes de MORTON monet, fabuloſam eſſe hiſtoriam curatæ per acetum hydrophobiæ, de qua BERTOTIUS retulerat.

BENJAMIN GALE ſalem felici effectu vulneribus viperæ caudiſonæ admotum fuiſſe.

In *hiſt. de l'Acad. R. des ſcienc.* 1765. anevryſma carotidis.

Oſſa in femina ſponte fracta.

In *Journal de Medecine* T. XXII. NOLLESON de curato vulnere hepatis, cum pus in abdomen effuſum eſſet.

T. XXIII. EJ. hernia incarcerata cum inteſtini gangræna, ob voracitatem ægri lethalis.

T. XXV.

T. XXV. cranii fractura cum cerebri ſub ſede fracta abſceſſu. Sanguis ſub dura membrana effuſus, ea inciſa emiſſus, malum ſanatum.

Ej. ſarcoma uteri gangrænoſum vinculo adſtrictum, exſtirpatum.

T. XXVI. ictu acinacis depreſſa feſtuca oſſis, quæ in duram matrem impegerat, terebrato cranio feliciter educta.

T. XXVII. vulnus pulmonis & arteriæ intercoſtalis facile ſanatum.

Et vulnus ventriculi, ſutura adhibita pellionis.

T. XXIX. anevryſma arteriæ popliteæ cum abſceſſu conjunctum, infelicis eventus.

T. XXX. animadverſiones in Soyeux curationem polypi uterini.

T. XXXV. contra magnas in vulneribus ſtlopetariis inciſiones.

Porro T. XXII. Lucano, medicus Melitenſis, de hydrope & paracenteſi fruſtranea, cum aqua in ſacco hydatibus pleno contineretur.

Rouvette Donzon, medici, de tumore inſenſili duræ matris, ut una manifeſtum eſſet dolorem in cerebro ſentiri.

Pillore, chirurgus, de felicitate lithotomiæ Catianæ, tum in *Journ. des ſav.* 1765. *Jun.* Alia anonymi in T. XXII.

Goirrand, chirurgus, de vulnere gravi & contuſo manus, oſſibus fractis & luxatis, tandem ſanato.

Martinus, chirurgus, uterus totus inverſus, gangræna tactus, exfoliatus, ſponte reductus. Iterum hic corticis Peruviani ſalutaris efficacia eminuit. An Idem alias dictus.

Renard, medicus, cancer occultus uſu cicutæ diſſipatus.

Idem de malis puerperalibus, etiam utero ab imperita manu læſo, quibus cortice chinæ chinæ medicatum eſt.

An Idem qui calculum ſublingualem excidit, *Journ. Encyclop.* 1771. Sept.

T. XXVIII. aliquot partus infelices. Paracenteſis abdominis non plene ſalutaris.

T. XXII. Bousquet, chirurgus, de fractura humeri cum vulnere, oſſium fragmentis, gangræna, eventu felici curatis.

Idem forte eſt J. Franc. Bousquet, cujus exſtat *memoire ſur le traitement de la fiſtule de l'anus par la ligature* Stokholm 1766. 8. *. A fiſtulis removet eas, quibus nullus in cute eſt exitus, & inteſtinum integrum. In fiſtulis oſſibus vicinis, quæ fulcrum præbeant, plumaceolum apto unguento illitum in anum dat, interque inteſtinum & plumaceolum, etiam oſtio fiſtulæ ex ſublimato & mercurio rodens medicamentum injicit. In fiſtulis utrinque patulis inteſtinum ſæpe late fiſſum eſſe. Ejusmodi fiſtulam ligat filo plumbeo, per ſubulam lardariam introducto, quod carpto linteo obvolvit, & ſubinde adſtringit. Dolorem modi-

cum eſſe, & feliciter ſe hoc auxilio fiſtulas ſuperaſſe. FOUBERTUM hanc adminiſtrationem correxiſſe. Fiſtulas valde alto loco poſitas preſſione vix poſſe ſuperari.

HEILIGENSTEIN, chirurgi, tumor carcinomatoſus orbitæ exciſus.

MERSENNE, chirurgi, de ſacco herniario ex tuſſi rupto, bono tunc quidem eventu.

IDEM feliciter bronchotomen adminiſtravit.

BRUN (an JOS. BRUN) adverſus POUTEAU, ad cujus dubia reſpondet, & tumorem quem ipſe deſcripſerit, confirmat veſicæ fuiſſe herniam.

PAMARD, chirurgus, anaſarcam curavit exciſo calculo qui cauſa erat mali.

In *Journ. de Med.* T. XXVI calculus aſperrimus feliciter extractus.

In *diario eruditorum* editionis Belgicæ M. Novembris cancer occultus mammæ adhærens cum radicibus & venis nigris, coſtaque carioſa, ſuperatus longo uſu extracti cicutæ.

In *Mercure de France* Jul. *reflexions ſur l'abus des bandages élaſtiques.*

In *verhandelingen heruytgegeeven door de Holl. Maatſchappy* T. VIII. P. I. Haarlem 1765. 8. *

FRANCISCUS WYNANDTS de muſculo vaſto dextro ſubita flexione genuum abrupto.

In P. II. A. van DEKEN de ſanata gravi fractura cranii, in qua fragmenta oſſea ſibi ſuppoſita & in cerebro impacta erant.

W. NOLKEN huc referas, qui inſtrumentum pro tabaci fumo adigendo inflavit.

JACOB BOTH HENRICI f. calculi grandes ex veſica delapſi, & feliciter per ulcus egeſti.

Fungus corrupti cerebri reſectus.

In *Giorn. di Med. d'Italia* T. III. GAETANO FORNASA de fuſo in anum dato, de nate eminente & extracto.

De curatione hydrophobiæ per acetum.

DORILAI (CALDANI) de ignorato anevryſmate mortis cauſa.

J. CASPAR CESTARI de urethra cæca.

Sic A. MATANI.

Volvulus & mors, cum induratæ glandulæ rectum inteſtinum compreſſiſſent.

AGARTO CRITAONE de hydrophobia.

J. BAPTISTA COLOMBANI de mammæ mole enormiter aucta.

ANTONIUS MATANI de utero in partu rupto.

Ab ictu amiſſus rectus rationis uſus, corruptum cerebellum.

In *Landwirthſchaft-Nachrichten von verbeſſerung des Landes und des Gewerbes* quod diarium Cellis prodire cepit 1765. 8. paſſim aliqua de morbis animalium interce-

intercedunt, ut de pullorum equi dentitione difficili, de vaccarum partu & placentis in utero reſidentibus: de morbo equino *morve*, ejusque deteriori gradu *roz*. Non valde confidunt terebræ, cum malum in humoribus reſideat. Mercurio cum aloe feliciter aliquos uſos eſſe. Hæc in T. I.

§. DCCCXLVII. Angli.

Richard Browne Cheston, chirurgi, *pathological enquiries and obſervations from the diſſection of morbid bodies* Glocefter 1766 4. *. In univerſum traduntur cadaverum inciſiones. Abſceſſum hepatis per inteſtina perque cutem pus effudiſſe vidit, quem ſanavit: in alio abſceſſu mors vitari non potuit, cum nullus puri daretur exitus. Abſceſſus hepatis vulneribus capitis ſupervenientes nervis tribuit. De tumoribus genuum cum oſſium carie conjunctis fuſe, qui ab exterioribus incipiunt, cum ſpina ventoſa ab internis procedat. Ulcera lumborum, de quorum pernicioſa indole monet.

Alexandri Blakrie, pharmacopolæ, *a diſquiſition on medicines that diſſolve the ſtone in which D. Chittiks ſecret is diſcoverd* London 1766. 12. *. Medicus nomine Chittik arcanum medicamentum vendebat, a duce militum Dunbar acceptum, quo in jure carnium dato calculum ajebat ſolvi.

Id medicamentum cum ipſe calculo laboraret, noſter redemit, & indagavit quibus conſtaret elementis. Invenit lixivium eſſe ſaponariorum, & calculum diſſolvere expertus id imitatus eſt. Solum cinerem Ruſſicum *potash*, ſolamve aquam calcis, calculum non ſolvere, ſed miſta ea elementa utique. His ipſis tribuit efficaciam medicamenti Stephaniani. Doſin modumque ſumendi Chittikiani lixivii indicat.

Ejus libelli a. 1771. nova editio prodiit, 8. * in qua eadem primo reperias loco. Jurinum vendidiſſe adverſus calculum lixivium, ex ſale tartari & calce oſtreorum paratum. Contra nimias calcis laudes. In ſapone oleum potius nocere. Abſtinendum lixivio, dum calculus per ureterem tranſit. Acceſſit nova pars altera. Neminem calculo laborare, cui rubræ arenæ decedant. Lixivium ſaponarium facile tolerari, etiam cum cruenta urina. In urina cruenta cum ulcere pareira brava utitur cum foliis uvæ urſi. In magnis lumborum doloribus opium dat. Oleum ricini ad duo cochlearia commode alvum ducit. Per ſomnum calculum deceſſiſſe, cum ægrotus opium ſumſiſſet.

Charles Bisset, chirurgi, qui Americam adierat, *medical eſſays and obſervations* London 1766. 8. *. Multa chirurgici argumenti. Utique corticem Peruvianum gangrænam morari. In Antillis inſulis poſt omnia fere vulnera tetanum ſupervenire. De ligata carotide, præſidio adverſus ophthalmiam. De veſicæ inflammatione: de longa ſtranguria, in quibus malis uva urſi conferat, quod ſenſum veſicæ minuat. Paracenteſi ſanatum ulcus pulmonis. In calculo ſecando nullum eſſe lædendi recti inteſtini periculum. In feminis urethram rectius digito dilatari quam incidi. In paronychia carioſum os melius excidi. Suturam

 præfert,

præfert, quæ fit filo circa aciculas intorto. Lycopodion tamen melius, quam agaricum ſanguinem compeſcere.

Medical and chirurgical obſervations on inflammation of the eyes, venereal diſeaſe, ulcers, gunshotwounds Lond. 1766. 8.

Hoc anno collectio ſcriptorum ACRELLII, WAHLBOMII & MARTINI de cataractæ curandæ variis artificiis prodiit. *Skriftwäxling om alle brukelige ſätt at opera ſtarrenpå ögon* Stokh. 1766. 8. *. De libellis quos continet ſeorſim dictum eſt.

§. DCCCXLVIII. GALLI.

RICHARD de HAUTESIERK, primarius medicus Caſtrenſis.

EJUS eſt *recueil d'obſervations de medecine des Hôpitaux militaires* Paris 1766. 4. *. Cum juſſu principis medici noſodochiorum militarium, ſuorum morborum epidemicorum hiſtorias, & ſingulares etiam adnotationes ſubmiſiſſent, hic liber natus eſt. Pleraque quidem clinici ſunt argumenti. FOURNIER de carbunculis in Provincia hominibus & animalibus moleſtis, de quibus & libellum ſcripſit. Veſicæ in cruribus juvenculæ hydropicæ excitatæ, tamen funeſtæ. Ruptus ſponte lien, abdomen cruore repletum. Vulnus epigaſtrii inſigne curatum. A mala victus ratione poſt curationes calculi & ani fiſtulæ, mors. Multa de vulneribus, de ſecto calculo, de abſurdis deglutitis. BERTHONIE de gangræna epidemica in ventriculo avium cortinarum. In cerebro & cerebello poſt cephaleas abſceſſus. BONIOL de ulcere tibiarum *les malingres*, ſcorbuto adfini; alii caſus chirurgici. LURDE de morte a paracenteſi thoracis hydropici cum meliora ſperarentur.

In T. II. operis RICHARDI de HAUTESIERK ib. 1772. 4 * edito, plurima ſunt chirurgica. GRAVIER ab ulcere abdominis icterum, cæcitatem, & crurum paralyſin vidit ſublatam. Vulnera capitis non perpetuo hepatis abſceſſus accerſere. PIERS ejusmodi hepatis abſceſſum feliciter aperuit. Criticus abſceſſus ejusdem viſceris apertus, ſanatus. Exempla gangrænæ per corticem Peruvianum ſublatæ. PETITUS, chirurgus Hesdinenſis, vulnus cranii ſanavit, cum ſanguis per aures manaſſet. Terebrato cranio hominem ſervavit idem, cui ſanguis ſuper duram meningem effuſus erat, quam fragmenta oſſea compungebant, nullo dolore excitato, aut ſymptomate. MOISSIER ampliſſimum a bove cornipeta inflictum abdominis vulnus ſanavit. PEYSSON de hernia incarcerata cum ſingultu, & vomitu, a natura ſanata. LONGIS de veſicæ hernia. LE RICHE leni alvi purgatione herniam incarceratam reconciliavit. DENIS & BRIDAULT daucum cancris bono eventu impoſuerunt. LE RICHE digitos connatos infantis diviſit. BOUILLARD vulnus articuli cubiti ſanavit, fragmentum inter utrumque brachii os impactum exemit. IDEM ſuppuratum oculum feliciter perforavit. Hydatidem de humero ſponte vidit delabi. Lien in hernia umbilicali.

Le ROI de la FAUDIGUERE *maniere de preſerver & guérir les maladies des gencives & des dents* Paris 1766. 12.

J. CARL.

J. Carl. Grossard *de optima & tutiſſima Rothomagenſis profeſſoris methodo, qua in viris celebratur ſectio lateralis* Bourdeaux 1766. 4.

De la Genevriere *methode de guérir les hernies, ou la maniere de faire les bandages* Paris 1766. 12. *.

Poitevin libellum edidit de embrochis ex aqua fluviali ſtillantibus Pariſ. 1766. 12. *.

Froussard, medicus, parvo libello Pariſ. 1766. 12. * excuſo, commendat & nonnullis curationibus confirmat efficaciam clyſterum antivenereorum Royeri.

In Robert, medici Pariſini, *tr. des principaux objets de medecine* ib. 1766. 12. 2. vol. * pluſcula capita huc ſpectant. In T. I. de partu, de canis rabidi morſu, & viperæ.

In T. II. de cancro, de uſu veſicatoriorum & cucurbitularum in doloribus colicis. Theoria le Catiana.

§. DCCCXLIX. Itali.

Mauro Solda *deſcrizzione degli inſtromenti, delle macchine, delle ſuppellettili raccolti ad uſo chirurgico del F. Don* Ippolito Rondinelli Firenza 1766. fol.

Nicolao Sernicolo *raggionamento ſul caſo d'una donna ſiderogona felicemente curata* Napoli 1766. 4. In cute fragmenta ferri hæſerant.

Carolus Richard de Beauregard, chirurgi Galli, *nueva diſſertacion chirurgica de las infermidades que ſe oponon a la expulſion de la urina* Madrit 1766. 4.

§. DCCCL. Germani.

Adam Anton. Brunner, *Einleitung zur richtigen Wiſſenſchaft eines Zahnarztes* Wien 1766. 8.

Ej. *Abhandlung von der Hervorbrechung der Zähne* Wien 1771. 8. *. Fuſiſſime & theoretice. Inciſiones gingivarum in difficili dentitione unicum eſſe præſidium.

Kunſt und Wundarzt bey Menſchen und Vieh ib. 1766. 8. *.

Joh. Kæmpf *practiſcher Unterricht wie der tollen Hundswuth vorzubeugen* Frf. 1766. 4. *. Laudat anagallidem.

Aletophilorum elucidatio neceſſaria epiſtolæ de cicuta, quam Cl Haenius *ſcripſit ad* Cl. Tralles Wien 1766. 8. *. De Ill. Haenii & Stoerkii ob cicutæ vires medicas diſſenſu, quem Swietenius conpeſcere ſtuduit, ut etiam Haenio interdiceret, ne porro in cathedra cicutæ vellet meminiſſe. Cicuta tamen cum cortice

cortice Peruviano conjunctis viribus cancrum mammæ ſuperatum fuiſſe. De infortunio eorum, quos aduſtio verticis ſuſtulit.

Cum J. FRIDERICI CLOSS *nova variolis medendi methodo* prodiit Ultrajecti 1766. 8. * de cicuta faſciculus obſervationum. Emplaſtro quod eam herbam recipiebat, ſcirrhos & ſcrofulas curavit; ſucco ſpiſſato etiam uteri ulcus.

EJ. *ſpecimen obſervationum criticarum* ad CORNELIUM CELSUM Utrecht 1768. 4 *. Voces CELSI dubias ſæpe ex analogia ipſoque CELSO ingenioſe reſtituit.

CHRISTOPH DAVID MANN *vier ſeltene und wichtige chirurgiſche Zufälle* Lindau 1766. 4 *. Gangrænæ exempla: ejus a vulnere arteriæ metus apta deligatione diſpulſus. Hernia incarcerata cum gangræna, & pes eliſus, quem olim amputaſſent, felici uterque eventu.

J. VEIRAC *wederlegging van het kort berigt ofte beſchryving van eene doodelyke watervrees door den H.* J. W. MEYNICHIUS *D. te Gouda, gevolgd van een broedelyke raadgewing aan de ſchryver van de onlangs uytgekomne apologie* Gouda 1766. 8.

§. DCCCLI. DISPUTATIONES.

PHIL. GEORGII SCHROEDER & Auctoris J. GEORGII GRIMMANN *de puris abſque prægreſſa inflammatione origine* Gotting. 1766. 4. *. Docta diſp. Non ſemper puris formationem a febre præcedi. Pus ex ſanguine oriri &c.

AUGUST GOTTLOB RICHTER, prof. Gott. viri egregii, *de variis cataractam extrahendi modis* Gotting. 1766. 4 *. DAVIELIO tamen novam curandi rationem deberi, anno 1745. primum tentatam, a. 1753 publicatam, inde ab ipſo & ab aliis perfectam. Incommoda depoſitionis. Ut in extractione nonnullis non infrequentibus incommodis provideatur, etiam iridi læſæ, & vitreo humori profluenti. De opacitate capſulæ poſt operationem nata: eam fere ſponte diſſipari. Plerumque extractionem præferri debere; minus tamen facilem ejus uſum eſſe, quando oculus profunde in orbita latet, idem valde mobilis eſt, aut anguſta iris. Inſtrumenta a variis excogitata.

EJ. *operationes aliquot quibus cataractam extraxit* Gotting. 1768. 4. *. Corneam tunicam PAMARTI haſta perforat. Non valde nocere corporis vitrei elapſum.

EJUSD. *obſervationum chirurgicarum faſciculus, continens de cataractæ extractione obſervationes* ib. 1770. 8. *. Ipſe ſæpiuſcule ad DAVIELII modum lentem opacam extraxit. Iris ſenſum facile amittit. Scalpello recto utitur, cui dorſum obtuſum, acies convexa, mucro lente lanceolatus. Fieri ut non integra cornea tunica dividatur. Tenacitas capſulæ lentis facit, ut nonnunquam incidi præſtet, quam perforari. Non prudenter lacinias ejus capſulæ volſella extrahi: Cyſtitomo melius aperiri. Non debere fragmenta lentis opacæ in oculo relinqui, ſed eximi, & lentem penitus deſtrui. Utique & frequentem & noxium eſſe vitrei corporis elapſum.

Ab

Ab anno 1771. edit. *chirurgiſche Bibliothec*, *ſ. de nuperis operibus chirurgicis relationes* ib. 8. *. Sua etiam de libris judicia addit. Suctorium inſtrumentum ad ſanguinem ex pectoris cavea educendum rejicit. Forcipem arterias prehenſuram in amputatione adverſus Cl. THEDEN defendit.

EJ. *von der Ausziehung des grauen Staares* Gotting. 1773. 8. *. Doctus libellus & experti viri. Cataractæ diverſæ, capſulæ, humoris MORGAGNIANI, lentis cryſtallinæ ipſius; deinde unius harum partium, aut plurium, capſulæ, demum anterioris, poſterioris. Cæcitas levata aperta capſula, emiſſo humore lacteo. Eo in caſu, & quoties aquula MORGAGNI corrupta eſt, lentem cryſtallinam extrahere præſtat, etiam ſi ſana fuerit. Eam lentem etiam totam in ſquamas reſolvi. Quando capſula vitioſe dureſcit, lens cryſtallina difficulter educitur. Eſſe ubi pars lentis in caſeoſum humorem colliqueſcat. Lens, etiamſi unionis eſt colore, non ideo continuo dura eſt. Neque duritas eſt in ratione vetuſtatis. Et decimo quinto anno cataractas aliquando molles eſſe, & ſecundo anno duras. Videri lentem molleſcere, dum opaca fit. Dari albas cataractas, duras easdem. Moles lentis augetur in cataracta molli, & eadem ad uveam tunicam propius accedit. Extractio in univerſum depreſſioni præſtat. Quæ lentes margaritarum colore videbantur, extractæ flavæ ſunt compertæ, & viciſſim. Centrum nonnunquam lapideum eſſe. Linea alba, quæ erat in anteriori facie capſulæ, percurſa cataracta. Quando alter oculus cataracta laborat, etiam alter fere vitium concipit: quare continuo eam extrahere præſtat. Ad firmandum oculum obtuſa PAMARDI lanceola, a RUMPELTO emendata, noſtro placet. Cultello utitur, non forfice, quæ contundat. Corneam tunicam unico inſtrumento opportet aperire, eoque ita lateſcente, ut ab apice recedit, ut vulnus corneæ tunicæ repleat, neque aqueus humor præpropere effluat. Suum cultellum aliis oſtendit præſtare. Quo propius ad albugineam tunicam oculus perforatur, eo majus eſt lædendæ iridis periculum. Oculum oportet ſurſum, paulum extrorſum dirigere; Cultellum apice recta verſus iridem dirigi, ad rectum cum cornea angulum. Cavendum, ne cornea tunica in duas lamellas ſecedat, & curandum, ut cultellus omnino intra oculum ſubeat. Dum perforatur cornea, dorſum cultelli iridi debere obverti: & vulnus dimidiam corneam metiri. Si inciſio rite facta fuerit, lens continuo ad iridem accedit, non ita, ſi vulnus nimis parvum fuerit: ejusmodi vulnus dilatari poteſt. Cicatrices vix diſcinduntur niſi forfice. Palpebræ digitis debent diduci. Quando cornea inciſa eſt, tunc capſula lentis cryſtallinæ debet aperiri, neque enim integra cum capſula lens debet extrahi. Si cum lente capſula una deceſſerit, ſecurum licet eſſe de futura cataracta. Capſulam opacam penitus opportet deſtruere. Cyſtitomum Di la FAYE noſter laudat ad capſulam aperiendam. Si pupilla connivens cataractam ægre dimiſerit, oculum opportet premere, quo pupilla dilatetur. Quam lentiſſime lentem extrahere melius eſt. Irritatione abſtinendum, & nimia preſſione, ne pars inferior lentis in pupillam ſe urgeat, iridem lædat. Malum eſſe, ſi pupilla ſubito ſe contraxerit, quando cornea tunica perforata eſt. Anguſta pupilla extractionem non impedit. Macula in media pupilla

pilla nyctalopiam facit. Humor aqueus turbidus equidem cæcitatem infert, facile vero ad limpiditatem redit. Ut adnata cataracta ſolvatur, curvo ſpecillo utendum, eam inter & iridem dato, & circa ſuum axin rotato. Humor vitreus facile prolabitur, magis ſi cornea tunica non ſatis ampliter aperta fuerit. Nihil inde mali, ſi tertia pars vitrei humoris perierit. Cataractam etiam poſt operationem elabi, etiam a terrore. Ut vitreum corpus quaſi de pedunculo prodeat ſuper inferiorem partem conjunctivæ tunicæ: eum pedunculum oportere forfice dividere, nam corneam tunicam ſe adſtringere, & eum petiolum quaſi amputare. Acutius videre, quibus media pars vitrei humoris elapſa fuit, iis quibus nulla amiſſa eſt. Iridis vulnera periculo carere, niſi majora ſint. Staphyloma & iridis prolapſum in parte inferiori frequentia eſſe; elabi etiam iridem a convulſione oculi: ſenſu carere. Eum prolapſum preſſionem blandam requirere palpebrarum, & lucem valide irradiantem, poſtquam inflammationis periculum ſuperatum eſt: neque tamen iis cum auxiliis certo iridem ſuum in locum redituram. Raro capſulam ſolam abſque lente opacam reddi. Semel ſe vidiſſe membranaceam cataractam: pelliculam nempe albam, quæ per pupillam prodibat, ab ictu natam. Capſulam lentis ab iride tunica non difficulter ſolvi. Frequentior eſt illa cataracta membranacea, quæ eſt opacitas capſulæ poſt operationem per inflammationem natæ. Id malum vitatur, capſula una cum lente educta. Raro extractioni magnam inflammationem ſupervenire. Non debere poſt operationem permitti, ut oculi ſui vires homo experiatur, qui cataracta liberatus fuerit. A die 3. 4. quotidie oculum aqua vegeto minerali humectari poſſe. Hypopyon ob puris viſciditatem amplam inciſionem requirere. Vulnera corneæ tunicæ non abſque cicatrice ſaneſcere. Caſus aliqui rariores. Pupilla naturalem figuram ſponte recuperat. Poſt lentem corpuſculum expreſſum: pars lentis, ut videtur. Vitreum corpus elapſum, ſani ſimile, apertum, ita dolor omnis ſublatur.

EJ. *de herniis & de tracheotomia lib. in Comm. Soc. Reg.* Gott. T. II. anni 1771. Tracheotomiam difficilem eſſe, multa ex inciſa glandula thyreoeidea ſymptomata ſequi, cannulam facile elabi. Quare loco quam humillimó aſperam arteriam aperiri debere, ante inciſionem accurate nudari, caveri ne ſanguis in eam arteriam defluat; cannulam inmitti depreſſam, & incurvam; ad incidendum utendum lanceola in vagina occultata. De varicoſa hernia, quæ a contuſione, ab uſu bracherii non rite fabrefacti facile oriatur. Evaneſcere fere decumbente ægroto, dolorem ſæpe vehementem inferre, herniam inteſtinalem producere: in caſtratione ſola ſpem ſupereſſe. In hernia incarcerata clyſterem tabacarium non conferre. Non ſemper in gangræna incarceratum inteſtinum mali cauſam eſſe.

EJ. de morbis quorum ſedes eſt in ſinu frontali *Comm. Acad. Reg. Scient. Gott.* T. III. Abſceſſus erat in palpebra, qui per oſſis frontis exiguum foramen ducebat in ſinum frontalem pure plenum. Obſtructum meatum hujus ſinus ſæpe inflammationem facere & ſuppurationem, niſi eroſo ſepto per alterum ſinum materies

teries in nares ſibi viam aperiat. Mors ex preſſione cerebri, cum malum in ſinu frontali eſſet. Trepani uſum commendat.

Ej. obſervatio de ulcere pectoris, de quo, inciſione facta, plurimum pus eruperit, quale ægrotus excreaviſſet: ſpecillum profunde penetraſſe, ægrum ſaporem injecti medicamenti non percepiſſe. Reſpirationem tamen fuiſſe malignam: malum in fiſtulam abiiſſe, cum qua æger orthoſtadios vixerit *Gött. Anz.* 1772. n. 17. ex *Commentariis Soc. Gott. ineditis.*

Ej. de tempore herniæ curandæ diſſ. in *G. Anz.* 1774. n. 74. Nunquam ſecandum niſi hernia incarcerata ſit. Operationem non ſemper herniam funditus tollere: ſed neque periculo carere, neque ſemper periculum prævideri poſſe. Incarceratam herniam tutius ſecari, quam cum ſacco reponi. Vetuſtas hernias nullo bracherio contineri poſſe: In ſano homine operationem non debere tentari. Incarceratam herniam incidi debere, antequam gangræna accedat, aut inflammatio invaleſcat. Rapide ſymptomata creſcere, quando malum a principio inflammatorium eſt, neque tunc morandum. Quo minor portio incarcerata, eo majus periculum. Inteſtinum elapſum plus facere periculi, quam omentum una excidens.

A. Westphal & Zachar. Falk *de nephrotomia* Greifswald 1766. 4. Non admitti poſſe quando abſceſſus ſe offert.

Martin Jacobson *de antiqua medicinæ diviſione* Helmſtatt. 1766. 4.

R. F. C. Rumpel *de cantharidibus earumque uſu tam interno quam externo in medicina* Erford 1766. 4. *.

Franc. Ern. Glaubrecht *de odontalgia* Argentor. 1766. 4. *. De curatione per magnetem. Dolorem fere evaneſcere, ſed altero die redire.

Sabbas Leontowytsch *de partu præternaturali ex vitiis trunci fœtus orto* Argent. 1766. 4. *.

J. Jacob Risler *de tumoribus cyſticis ſeroſis* ib. 1766. 4. *.

August Wilhelm Kopp *de ſpina ventoſa morbo chirurgico medico* Rinteln 1766. 4.

J. Gottfried Dahm Duisburg 1766. 4. *de oſſibus in corpore vivo per ſphacelum ſponte & ſalutariter ſine artificioſa amputatione ſecedentibus.* Exemplum in gangræna ſpontanea.

F. W. Jericho *diſſ. ſiſtens modum ſectionis oculi in cataracta inſtituendæ variasque circa ophthalmiam cautelas cui accedit obſervatio practica de tumore oculi inſolito* Utrecht 1766. 4.

Bernard de Jussieu & Andr. Blasius Pelee de Valoncour auctor *E. rabiei opium* Pariſ. 1766. 4. *.

Car. Ludwig Franc. Andry & J. Ant. Elias de la Poterie, auctor, *E. inciſioni corneæ in curando hypopyo præſtat embroche* ib. 1766. 4. *.

Ludov. Claud. Bourdelin & Ant. J. B. Maclovius Guenet, auctor, *E. in pectoris paracenteſi ſatius eſt in parte laterali & antica ſectionem inſtituere, quam ad partem poſticam* ib. 1766. 4. *.

Matthæus Thomas La Cassaigne & Lud. Claudius Guilbert, auctor, *Ergo bubones febribus malignis ſupervenientes inmaturi cauſticis aperiendi* Pariſ. 1766. 4. *.

Ludov. Henr. Cosnier & Pelee de Valoncour *E. inter apoſtemata ferro pauca ſunt aperienda* ib. 1766. 4. *. In febre maligna Caſſellana hanc legem veram eſſe expertus eſt.

Guil. Joseph de l'Epine & J. Stanislai Mittie', auctoris, *E. in vulneribus thoracis læſi pulmonis coalitioni conducit aer per ipſummet thoracis vulnus admiſſus* ib. 1766. 4. *. Ut pulmo quieſcat, aer admittendus.

In Ejusd. l'Epine dictatis anni 1738. dici lego de adminiſtratione, *la boutonniere.*

Philip. Querenet & J. Bapt. Langlois *E. in aſcite paracenteſin tardare malum* Pariſ. 1766. 4. *.

Petrus Antonius Lepy & Edmund Claudius Bourru, auctor, *E. ſatius eſt catheterem in media ſuæ curvationis parte foraminulo utrinque pertundi quam verſus apicem* ib. 1766. 4. *. Addita eſt icon catheteris in viis urinariis poſiti: duplex ei non ſimplex curvatura eſt; ſed primus arcus deorſum cavus, alter ſurſum, in cujus principio foramen patet.

Claud. Antonius Rivard & Paul Gabriel Lepreux, auctor, *E. impeditis lacrumarum viis parari debet lacrumis artificiale iter in cavum quod juxta majorem oculi canthum inter ſuperficiem internam palpebræ & oculi globum deprehenditur* ib. 1766. 4. *. Aperiri vult ſaccum lacrumalem, ſub caruncula, inter palpebram inferiorem & oculum, recto ſcalpello, & matutinis horis. Non parcendum tendini muſculi orbicularis. Sub caruncula lacrumali & parte anteriori & ſuperiori ſacci incidit. Stilo viam in nares aperit, & in ea via fiſtulam relinquit.

Nicolaus le Roi de S. Aignan & Car. Nic. Deslon *E. in vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præſtat* ib. 1766. 4. *.

David Vasse & Henr. Raymond, auctor, *E. in ipſa imi pedis manuſve junctura amputatio celebranda* ib. 1766. 4. *. In Comite de S. Florentin manum in articulo reſectam fuiſſe. Cutem repelli debere, qua truncus contegatur.

Michael Ludov. Vernage & Jos. Jac. Gardane, auctor, *E. reſciſſo teſticulo funiculum ſpermaticum ligatura conſtringere malum* ib. 1766. 4. *. Inflam-

mationem

mationem ex ea ligatura oriti; ſucceſſiſſe ſacculum totum funiculi ſpermatici longitudine effuſum.

J. B. Lud. Petr. Dumont & Cl. Nic. Robin de la Voisiniere *de tendinis bicipitis læſione* ib. 1766. 4. *.

Ej. & Antonii Fargeix *de calculo urinario* ib. 1766. 4. *.

Ej. & J. Babel *de fracturis* ib. 1766. 4. *.

Nic. Papillon *de fractura cranii* ib. 1766. 4. * cum inſtrumento quadrato ferreis facto bacillis, quod fractam tibiam ſurſum & deorſum trahit & extendit.

J. Henr. Stolte *de morte ſuſpenſorum* Leid. 1766. 4. * ſi huc referas. Oſtendit non apoplexia, ſed ſuppreſſo ſpiritu ſuſpenſos perire.

J. Paul. Hoffmann *de forcipe Smellii in praxi obſtetricia anteponenda vecti Roonhuyſiano* Leid. 1766. 4. *.

Guilielmi Mitchell *de ſcrofula* Edinburgh. 1766. 8. *.

Guil. Falconer *de nephritide vera* ib. 1766. 4. *.

§. DCCCLII. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* T. LVI. anni 1766. Robert Smith, chirurgus, hepatis abſceſſum feliciter incidit.

Georg Carlisle de enormi hernia, in quam omnia inteſtina elapſa erant.

William Moreland pectus hydropicum felici eventu pertudit.

In *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1766. iterum alcalino ſpiritu morſus viperæ ſanatus.

In *Journal de Medecine* T. XXIV. J. Caspar Sulzer, archiater Gothanus, epithema ex raſis dauci oleracei radicibus adverſus cancrum mammarum laudat.

In *N. E. N. C.* III. *obſ.* 40 multa exempla cicutæ feliciter datæ.

Obſ. 68 mors a deglutito oſſiculo acuto poſt vomitum cruentum.

Porro in *Journal de Medecine* T. XXIV. Mesny de curatione ſcrophularum, exciſis glandulis, adhibitis medicamentis rodentibus validiſſimis, ipſo etiam hydrargyro ſublimato.

Simon, non profeſſor ille Pariſinus, ut videtur, ſed chirurgus in Burgundia oppidanus, vulnus ſtlopetarium ſanavit, quod aſperam arteriam violaverat.

Planchon, chirurgi, vulnus capitis calvaria fracta & depreſſa, eventus felix.

DES HAYES, chirurgus: ſcirrhus glandulæ maxillæ ſuppuratus, pus per ductum Whartoni egeſtum, ægrotus denique reſtitutus.

Vir ILL. TRUDAINE de MONTIGNY de morſu viperæ uſu alcali volatilis curato.

REGNAULT in vulneribus, in quibus de cute & carne aliquid amiſſum eſt, diſſuadet linteo carpto uti. In vulnere ſtlopetario abſque ullo malo nudat tendines.

RENAULD an ID. T. XXVI. utique oſſium longorum dari fracturas non totum os dividentes.

Iterum T. XXIV. PELISSON in fulguratis diuturnæ cruſtæ & vehemens ignis ſenſus.

In T. XXV. LE MOINE, medicus oppidi Breſt: tumores & ulcera mammæ ceſſarunt, cataplaſmate impoſito ex cicuta & lapathi radice miſto.

De LUNEL, obſtetrix, placenta bis ex cellula uteri extracta ſola manu.

LE FRANC, chirurgus, de urethræ morbis. Cereis parciorem utilitatem tribuit.

MARESCHAL de ROUGERES, chirurgus: vulnus capitis, os frontis fractum, depreſſum, a natura ſanatum, decedentibus particulis oſſis abſque trepani uſu.

T. XXVII. amputato digito tamen unguem renatum. Caput, ut intelligo, ſuſpenſi, a trunco ſeparatum.

T. XXX. contra ſuturas. Iis ſe in vulneribus & in tendinum diviſione utiliter abſtinuiſſe.

T. XXXVII. uterus integre prolapſus, fetus ex eo feliciter extractus.

T. XL. diſſ. de ſcrofulis. Non omnes ſanari poſſe. Laudat uſum olei tartari, etiam in carie. Laudat etiam emplaſtrum de cicuta.

T. XXV. LETUAL, chirurgus, acicula in ventriculo hærens reddita vomitu excitato, poſtquam braſſicæ foliis id inimicum corpus obvolutum fuerat.

TONDU, chirurgus, emphyſema ex lapſu inciſione ſanatum.

GAUTHIER, chirurgus, hæmorrhagia uterina frigida ſuppreſſa.

T. XXVII. femur abſque machinis repoſitum.

T. XXV. Le CLERC, chirurgus, de utero in partu rupto.

SCHERER, chirurgus, aliqua monet de MARTINI in curando ulcere veſicæ conſiliis, & proprias addit adnotationes, ſimilium caſuum fere funeſtorum. Tubulum in urethra relinqui debere, quoties veſicæ vis contractilis amiſſa eſt.

T. XXVII. abſceſſus mammæ ex inflammatione non integre ſanatus.

T. XXVIII. laudat aquæ vegeto-mineralis in lichenibus utilitatem.

T. XXV. JOLY, chirurgus, de ſarcomate uteri ſcirrhoſo feliciter extracto.

DUPONT

Dupont du Mesnil de uſu medicamentorum repercutientium, in teſtis ſcirrhis periculoſo.

T. XXVIII. in dentitione bono eventu gingivas cultro diviſit.

T. XXII. abſceſſus renis ab ipſa natura ſanatus.

In *Journal des ſavans* 1766. M. Jul. placentæ in crypta uteri latentis extractiones.

In eodem *Diario* M. Oct. de la Chapelle Hamart, medicinæ ſtudioſus, de perficienda ambe ſua conſilia aperit. Hiſtoriam ejus machinæ dat, ſuadet vectem ad certam a cardine diſtantiam involvere cylindrico, facile mobili tubo, & a vecte accurate repleto, eodem tribus annulis inſtructo, quibus & propriis faſciis brachium firmatur.

In *extrait des Journaux* 1766. *M. Nov.* Anonymus refert de hydrophobia frigido balneo ſuperata.

Hiſtoire de la ſocieté R. des ſciences de Montpellier T. I. ad a. 1730. prodiit. Lion 1766. 4. *. Multa chirurgica continet ſuo loco dicta.

Huc poſſis referre, quæ Cl. Dana in T. III. *Miſcellaneorum Philoſ. & Mathem. Taurinenſium* de hirudine alpina dicit, quæ deglutita, omnino, ut apud veteres reperimus, homines & beſtias male mulctat.

In *K. Sw. Wet. Handl.* 1766. varia huc faciunt, ſuis locis citata.

In *Giornale di Medicina* T. IV. Venez. 1766.

Huc referas maximum tumorem abdominis, ab inteſtino ab alio ſuſcepto natum.

Gangræna genu a Polono ſublata, copioſo ſpiritus vini potu.

De punctione, qua animalia flatu diſtenta curantur.

§. DCCCLIII. Christoph Gottlieb Buttner.

Profeſſor Regiomontanus, egregius inciſor, vir candidus & recti judicii.

Ejus eſt *Anweiſung für angehende Arzneybefliſſene worauf ſie bey Ausſtellung eines obductions atteſtes über tödliche Verlezungen acht zugeben haben* Königsb. 1767. potius 1768. 8. *. Sanguis ab injuriis in capite acceptis ſub calvaria effuſus, abſque ullo velamentorum aut oſſis malo.

Ej. *geſamlete anatomiſche Wahrnehmungen* ib. 1769. 4. *. Ad chirurgiam pluſcula pertinent. Uterus prædurus. Oſſa varia fracta, cute integra. Calvaria ab atheromate eroſa. De gibbo, non ortum eſſe ex levi percuſſione. Mors ſubita ex rupta tuba uteri, in qua embryo ſedebat.

Ej. *Aufrichtiger Unterricht wie man ſich vor, in, und nach den legaliſchen Beſichtigungen todter Körper zu verhalten, und die Beſichtigungsſcheine nach beygefügter Betrachtung von der Tödlichkeit der Wunden einzurichten* ib. 1769. 4. *. In

P. Vir

P. Vir Ill. efficaciam expendit, qua quodque vulnus vitæ nocet, per ſingulas partes corporis humani: ita ut Cl. viri judicium ſuum in anatome fundamentum habeat. Uterus ab externa injuria ruptus, fetus interemtus. Maximum a reſecto pene periculum. Nihil ad excuſandum reum nonum diem valere, quem ſaucius ſuperaverit. P. II. continet ſexaginta de vulneribus aliisve funeſtis caſibus relationes, curioſas & fideles. Ab ictu, cum nullum externum violentiæ ſignum adeſſet, ſanguis in cerebri ventriculum effuſus, & hepar ruptum. In ſtrangulatis ſigna violentiæ in muſculis manifeſta. Mors a fuſtigatione, effuſo ſanguine, inanitis vaſis. Ab externa violentia, nullo extus apparente ſigno, rupta inteſtina.

Ej. *ſeltene Wahrnehmung eines an der Zunge hervorhangenden Fleiſchgewächſes, welches glücklich abgenommen und geheilt worden* ib. 1770. 4. *. A chirurgo Gerlach ſarcoma enorme de lingua propendens reſectum, reliquiæ lapide infernali deletæ.

Ej. *vollſtändige Anweiſung wie durch anzuſtellende Beſichtigungen ein verübter Kindermord vorzumitteln ſey* ib. 1771. 4. *. De infanticidiis accuratiſſime agit, conjuncta peritia anatomica, & frequenti in ejusmodi quæſtionibus exercitatione. Quibus de cauſis ex lacerato funiculo umbilicali alias ſanguis funeſto eventu erumpit, alias minime: frequentes autem ex neglecto vinculo hæmorrhagias vidit. De ſtrangulationis ſignis. Adnotationes numeroſæ & cordatæ.

In *N. E. N. C. Vol.* V. *obſ.* 19 exoſtoſis maxillæ ſuperioris feliciter ablata.

Ejusd. *ſechs ſeltene anatomiſch chirurgiſche Wahrnehmungen* ib. 1774. 4. ſero accepi.

§. DCCCLIV. Josephus Jacob Plenk.

Chirurgus & obſtetrix. Ejus *novum ſyſtema tumorum, quo hi morbi in ſua genera & ſpecies rediguntur* P. I. Wien 1767. 8. *. Nomina fere Græca, ſpecies, genera, claſſes tumorum: intercurrunt tamen etiam propriæ adnotationes. Vernice ambuſta puella, quæ periit, tanto ardore incenſi veneni, ut quicunque eam tetigerat, acriter amburеretur. Tumorem lymphaticum ex rupto vaſe aquoſo natum accurate deſcribit, quem ſæpe vidit ægrotos occidiſſe. In diſtinctionibus ſedulus eſt. Exoſtoſin, tophum, gumma, & hyperoſtoſin diſtinguit.

Ej. *Anfangsgründe der Geburtshülfe* ib. 1768. 8. *. Liber minime ineleganter ſcriptus, & viri exercitati. Coccygem ad unciæ diſtantiam reprimi poſſe. In partu fetum oblique prodire, ut humeris potius ad rectum inteſtinum & antrorſum ad os pubis vergat. Tota manu abſque maximo incommodo os uteri explorari poſſe. Dolores tunc potiſſimum ſævire, quando caput fetus primam vertebram oſſis ſacri nunc ſuperat. De partu naturali, deque gradibus cujusque vitioſi ſitus. Pelvis nimis ampla periculoſa, uterum poteſt rumpere. Non valde probat eos, qui uterum a partu manu everrunt. Caput una uncia legitimam diametrum abſque periculo ſuperat, alteram unciam ars poteſt ſuperare, ad tertiam vincendam forcipe opus eſt. Frequentiſſimus inter partus vitioſos is

eſt,

eſt, in quo manus ſe offert: idem inter difficiles. Laqueum hic noſter pedi circumjicit. Non facile aliqua cum violentia placentam educit, cum uteri læſiones periculoſiſſimæ ſint. Inſtrumentorum icones. LEVRETIANAM longiorem forcipem SMELLIANÆ præfert. In ROEDERERUM ob fetus intra uterum diſſectionem, quam noſter improbat. Sella ad parturitionem. Placenta potius in utero relinquenda, non nocere etiam ad 7. vel 15. diem retentam.

EJ. *Samlungen über einige Gegenſtände der Wundarzneykunſt* Wien 1769. 8. *. Multa chirurgici argumenti. De tormentorum globis, corpus humanum non quidem ferientibus, ſed lædentibus dum proxime tranſeunt; eos amburere, oſſa frangere, occidere: etiam in aëre glandes plumbeas in fùſionem abiiſſe; curationem requirere, quæ inflammationi ſit adverſa, ut poſcam cum chalybe. Vulnus diaphragmatis funeſtum ſpiritus uſum reddidit difficilem, riſum non movit. De corticis Peruviani utilitate: in cancro bonum pus facere, malum non tollere. Neque in ſcirrho conferre, neque in gangræna ſicca.

P. II. 1770. 8. *. De anevryſmate: prelum ad id malum LEBERI. Sipho, quo ſanguinem de thorace haurit. BRAMBILLÆ ad fiſtulam ani culter, ſpecillum curvum, & vectis ſulco diviſus, quæ tria anulo coaptantur. De tetano ex vulneribus. De uſu & abuſu ſpiritus vini: ad ambuſta & vulnera ſtlopetaria, inque vulneribus cerebri non convenire.

EJ. *materia chirurgica, oder Lehre von den Würkungen der in der Wundarzney gebraüchlichen Heilmittel* Wien 1771. 8. *. Belgice Utrecht 1772. 8. De medicamentorum externorum efficacia libere judicat. Farinam lini inter optima emollientia numerat. Adipem urſi hernias adhærentes non ſolviſſe. Non probat emplaſtrum de ſpermate ceti, ad lac diſcutiendum impoſitum. Membranulam internam, quæ teſtam ovi conveſtit, poſſe ad corneæ tunicæ ulcera adhiberi. Ad ſcirrhum gummi ammoniacum. Tumor in genu a balneo carbonum foſſilium luto intrito imprægnatolevatus fuit. Agarici utilitatem non eſſe contemnendam, quod preſſionis neceſſitatem minuat. Aqua & alumine noſter tumores cyſticos diſcuſſit. Cortex Peruvianus laudem meretur, quoties ſuppuratio confert. Camphoram ab inflammato oculo non ferri. Sabadillæ ſemen copioſius capiti inſperſum inſaniam feciſſe. Aquam calcis mercurio ſublimato imprægnatam prodeſſe in ulceribus venereis. Externum opii uſum in auris ulcere nocuiſſe. Cicutam tamen profuiſſe. Calculum intra veſicam a phoſphoro ſolutum. Solis internis medicamentis, & ſpiritu frumenti, ſe ſpinam ventoſam ſuperaſſe: bolo cereo infantem, cui umbilicus avulſus fuerat. Fæcem vini ad gangrænam perutilem eſſe. Funeſtus effectus uſtionis calvariæ.

IDEM nunc profeſſor anat. chir. & art. obſtetr. Tirnavienſis, *Lehrſätze der practiſchen Wundarzney zum Gebrauch ſeiner Zuhörer* I. Theil. Wien 1774. 8. *. Pleniſſimus catalogus tumorum & vulnerum, ex lectis bonis nuperorum ſcriptis, propriisque experimentis natus. Vulnera a ſerpentum morſu illata cum ſuis antidotis. Vulnera tendinum ad dimidias diviſorum, in principio non videri ſympto-

mata producere: tunc vero utique, quando inflammatio acceſſit. Vulnera penetrantia articulationum eſſe periculoſa. Ulcera. Cancroſa ulcera, ſcirrhoſa, nervoſa, fungoſa. In his fungoſis cancris dauci ſcobem utiliter impoſitam fuiſſe. Tumores, pleniſſime recenſi. Paronychias magna mala facere, quando in vicinia ſunt tendinearum vaginarum. Cancer, quem cicuta non levat, debet amputari. Ad œdema arnicam valere, cum oxymelle colchici: idem in hydrope pectoris præſidium utile eſſe, aut demum paracenteſin. Hydropem articulationum perforari debere, aut artum amputari, ſi malum inveteratum fuerit. Strumæ, etiam aereæ, quæ in veras ſtrumas abeunt. In hydrocele melius eſt ſcrotum lapide infernali aperire. Teſtis in inguine retentus. Hernia congenita, quoties oſtium peritonæi non clauditur. Hernia lumbalis, in qua ren.

§ DCCCLV. Belgæ.

David van Gesscher *proeve over de vornaamſte langduurige gezwellen* Amſterdam 1767. 8. *. Ordo bonus, tractatio fuſa, propriæ adnotationis minus: morborum hiſtoriæ & curationes ex bonis ſcriptoribus collectæ. In mamma frequentius dari tumores, duros quidem, qui tamen ſanationem admittant, & quos ipſos cicuta ſuperaverit, quæ veros ſcirrhos aut cancros non curet. Nunquam ex inflammatione ſcirrhum naſci. In mamma ſæpe cancri naturam in ſcirrho eſſe, qui habeatur pro ſimplici. Gula a meliceria conpreſſa. Ganglion nervo inſidens a ganglio tendinoſo differt. A ſteatomate calvaria eroſa, nervi auditorii & viſorii & una ſenſus deſtructi, quibus hi nervi præſunt. Sarcocele nullam curationem accipit. Hydrocelen noſter ſanavit, partesque laxas cortice quercus confirmavit. Diverſas ſpecies hydroceles Camperus in eodem ægroto conjunctas vidit. Varices in feminis ſæpe in cancrum degenerare. Dari tumores frigidos, qui mammas conſumant, neque dolore moto, neque inflammatione.

Ej. *Verhandeling over-de beſtandbarheid en noodzakeligkheid der afzetting in verſcheide heelkondige gebreeken* Amſterdam 1771. 8. *. Contra Bilguerum. Anglos in bello præterito amputatorum non ſupra viceſimum amiſiſſe. Dari omnino mala, quæ hanc crudelitatem requirant. Exempla amputationis felicis, aut infeliciter neglectæ; tum anevryſmatis mollientibus excepti & funeſti. Exempla, ubi ſerior amputatio nocuerit. Non ſemper ſufficere corticem cinchonæ.

In *Verhandelingen der Zeeuwſchen genootſchap* II. *deel* Middelburg 1771. 8. *. Idem de dilatantibus cereis agit, eorumque bono effectu. Inſtrumentum ad ſanandas hernias umbilicales adaptatum, duabus taleolis circularibus factum, per cochleam conjunctis, quæ adduci poteſt.

E. C. Swagerman, chirurgi Amſtelodamenſis, *ontleed en heelkondige verhandeling van het water hoofd, het water gezwell, en andere gebreeken der ruggegraat met aanmerkingen over de boghelwording en het mank gaan* Amſterdam 1767. 8. *. Fuſe & minute dicit. Ut in chirurgicis maneamus; de ſpina bifida agit, ejusque varia ſede in cervice, dorſo, lumbisque, frequentiori tamen in oſſe ſacro.

Funeſto

Funeſto eventu eum tumorem incidi noſter monet, quod aer nervos humanos corrumpat. Ab aqua naſci, quæ membranas emolliat, a quibus vertebræ colligantur. Digreſſiones variæ. Ad denudatam dorſi ſpinam unguentum diapompholygos commendat. De gibbis numeroſiſſimæ hiſtoriæ. Denique præcipua pars operis eſt de claudicatione. Ejus quinque facit ſpecies: uti acetabulum aliqua in parte ſui juſto planius; aut omnino deletum fuerit; aut cartilago inter caput & collum femoris fracta, ipſumque caput a reliquo oſſe ſeparatum; denique acetabulum ad os ilium translatum fuerit. Luxari femur contendit, litemque narrat ex Van den Borstii & Ruyschii ſententia natam, qui ejusmodi luxationem recuſabant admittere.

Ontleed en heelkondige verhandeling over de uytzakking en uytwaſſen der lyfmæder en ſcheede Utrecht 1767. 8. *. Ab eadem ſocietate chirurgorum ſcripta, cujus aliud opus diximus. Uterum utique vere elabi, quem ſodales repoſuerint, & oſtium internum manifeſto diſtinxerint. Eo in caſu anulari peſſo opus eſſe, qui partes contineat. Fuſe de peſſis: divitibus ſolis petiolatos convenire. Laudant peſſum elaſtro inſtructum, ex Commentariis Haarlemenſibus ſumtum. De uteri inverſione, periculoſo malo. Demum de inverſione vaginæ in genere, quæ & ſola elabatur, & uterum elapſum nunquam non comitetur. Membranam internam vaginæ aut totam, aut non integram, elabi poſſe. De uteri fungis & ſarcomatibus. Intorquendo exſtirpari, quibus gracilis ſit petiolus: reſecari, qui in ima vagina pullulent, reliquos ligari. Gangræna lethalis uteri, ex elapſo fungo uterino, qui undique ad internam uteri ſuperficiem adhærebat.

Heelkondige œffeningen, Eerſte ſtukje betreffende het blood ſtelpen en de daar toe gepaſte hulpsmiddelen, door een geſellſchap Middelburg 1767. 8.

Tweedes ſtukje over de caries of beenbederving ib. 1767. 8. Non probant in Letter œffeningen.

§. DCCCLVI. Germani.

Georgii Tartreaux *epiſtola apologetica adverſus* A. de Haen *in cauſa de cicutæ uſu* 1767. 8. *. Cicuta trigeſies ſe uſum, decies bonum effectum expertum eſſe. Cancrum verum & apertum in collo ei remedio ceſſiſſe: ſic phthiſin, morbos cutaneos, ulcera maligna, duros paſſim tumores eo ſuperatos.

Christian Tob. Ephraim Reinhart *bibliſche Krankheiten* Glogau 1767. 8. *. In Tom I. de vulneribus Jeremiæ, T. II. de oculario morbo Tobiæ agit.

Joseph Georg Pasch *Abhandlung aus der Wundarzney, von den Zähnen, derſelben wie auch des Zahnfleiſches, der Kiefer Krankheiten und Heilarten* Wien 1767. 8. *. Minime malus liber, neque abſque propriis adnotationibus. Unicum heredem nobiliſſimæ gentis periiſſe, cum gingivarum inciſio neglecta fuiſſet. Surditas a dente ſerius prorumpente. In morbis maxillæ fomenta ex ruta profuerunt. Magneticam curationem potius nocuiſſe.

J. Godfr. Morgenbesser *de fetus non vitalis partu dirigendo* Francof. Viadr. 1767. 4. Ludwig *Comm.*

Ej. *Anleitung zur Kentniß der Würkung äuſſerlicher Arzneyen* Breslau 1771. 8. *. Breviter exponit, ut quæque claſſis medicamentorum externorum in corpus humanum operetur, deinde ſelectus meliorum in quaque claſſe medicamentorum.

Ej. *von der Nothwendigkeit des Zufühlens* 1773. 4.

Vollſtändige Abh. von Beinbrüchen, Verrenkungen, und übrigen Krankheiten der Knochen Hamburg 1767. 8. Lud.

Hebammenordnung für das H. Holſtein kön. Antheils die Herrſchaft Pinneberg Altona, und Glükſtatt 1767. Lud.

Franc. Xav. de Mar M. D. *de cancro & ſpina ventoſa curabilibus per medicamentum hactenus ſecretum, nunc communicatum* Wien 1767. 8. *. Cancrum curat medicamento ex floribus ſalis ammoniaci martialibus, ſuperſtite ejus ſedimento trito, cum vitrioli oleo miſto, fervente cum ſpiritu vini, commiſtis tincturis &c. Ea tinctura labia vulneris in cancro contingit, aut apertam ſpinam ventoſam; ita delapſa eſchara paulatim omne id conſumit, quod a morbo infectum eſt. Occultum cancrum oportet in apertum convertere. Quando ſpina ventoſa ſiccatur, plumbum cum camphora & mollientibus herbis imponit. Morborum hiſtoriæ & ſpinæ ventoſæ atque cancri his præſidiis ſanati.

§. DCCCLVII. Angli.

Thomas Percival *eſſays medical and experimental on the empiric and dogmatik phyſik on the operation of bitters &c.* Lond. 1767. 8. *. Solo ſtimulo amara operari, non reſorbtis particulis acribus. De morbis in quibus proſunt. Lacteus humor ex abdomine puellæ extractus, qui videatur ex rupto vaſe lacteo fluxiſſe.

Ejusd. *obſervations and experiments on the priſon of lend* ib. 1774. 8. *. Subinde tamen Goalardi aquam & alia plumbea medicamenta colicam moriſſe, & ventriculo nocuiſſe.

J. Burrows D. M. *nouvel eſſai de medecine pratique ſur les cancers* Paris 1767. 12. *. Multa confabulatio. Se 20. annis peregrinatum, etiam Turciam adiiſſe. Omnia adverſus cancrum medicamenta inutilia fuiſſe, amputationem fere infauſti eventus. Mammarum inflammatio, ſcirrhus. Tincturam antimonii ſcirrhos hepatis ſuſtuliſſe. Mercurium nihil facere, niſi malum ſit a venere. In cancro iterum mercurium nihil poſſe, niſi malum venereæ ſit originis. Sublimatum mercurium malum eſſe, & periculo plenum medicamentum. Cicutam, Belladonnam nihil facere, niſi palliative. Dare ſe tamen lac caprillum, in quo extractum ſit cicutæ, etiam lac cum eodem extracto, vaccinum. Remedium ſe habere adverſus fiſtulas, internum, electarium nempe mite & innocens, externum linimentum pariter blandum; hæc auxilia non revelat, ſed exempla aliqua adducit curationum, his præſidiis perfectarum.

John Harvie *practical directions ſhewing a method of preſerving the perinæum in birth and delivering the placenta without violence* London 1767. 8. Perinæum vola manus

manus ſuſtinet. Non debere funiculum adtrahi. Ut placentam ex inverſo utero eduxerit, quæ tamen femina tabida periit. In abortu placentæ expulſio naturæ debet relinqui, per felicia exempla.

CAR. NIC. JENTY *metodo de hacer la amputacion del muslo por ſu articulacion con el hueſſo inominado* Madrit 1767. 4.

EJ. *a narrative of the trial of* THOMAS PIERCE *ſtyptic medicines* London 1767. 8.

§. DCCCLVIII. GALLI.

Le CLERC *hiſtoire naturelle de l'homme conſideré dans l'état de maladie* Paris 1767. 8. *. De auxiliis quibus natura ſibi ipſi ſubvenit. De cancro per ulcus tibiæ ſpontaneum ſanato. De feliciſſima curatione ancyloſeos, purgantium medicamentorum ope, & vaporis ſpiritus vini, tum unguentis oleoſis & ſalivatione per hydrargyrum mota.

Lettre d'un citoyen de Lion à M. ROUX *avec des obſervations ſur les effets d'un remede contre les maladies cancéreuſes & copie des précis verbaux depoſés chez* M. BIOCHE Paris 1767. 12. Pro GAMETI arcano.

ARCANGE le ROI *eſſai ſur l'uſage & les effets de l'écorce de Garou* Paris 1767. 12. *. Novus phœnigmus, quo non veſica quidem, ſed aqua ubertim de cute educitur. Id fit cortice thymelææ lini folio, ſuper cutem impoſito. Multa exempla felicis effectus, etiam adverſus cariem.

In Germanica editione Argentor. 1768. 8. * aliqua aucta ſunt. Plus aquæ ab integra radice extrahi, quam ex contuſa. Manifeſto meliores ægrorum res factas, cum fonticulis curationem permiſiſſent, thymelæa eſſent uſi. Non ab eo cortice eſſe ſymptomata, quæ ſuperveniunt.

Ecole Roy. vétérinaire de Paris Paris 1767. 4. LUD.

L'art vétérinaire, ou medecine des chevaux ib. 1767. 8. LUD.

DOBREME'S *inſtruction pour les perſonnes attaquées de deſcentes* ib. 1767. 12.

§. DCCCLIX. ITALI.

VALLI *trattato del parto naturale, dei parti divenuti difficili per la cattiva ſituazione del feto* Paris 1767. 8.

CAMILLO GIUSEPPE BONIOLI, chirurgi, *diſſ. medico chirurgica* Venet. 1767. 8. *. IDEM de quo p. 433. Hiſtoria vetulæ, cui manus paulatim emortua, frigida riguit, malumque ad brachium prorepſit.

J. VIVENZI, archiatri nunc regii, *de cicuta comm.* Neapoli 1767. 8. *. Experimenta cicuta facta feliciter ceciderunt, ad duros tumores abdominis, ſtranguriam, ſtrumas, etiam ulceratas &c.

Memoire lu & preſenté à Auxerre pour reünir la fonction de chirurgien Major de l'Hôtel-Dieu à la communauté de S. Côme de la ſusdite ville Auxerre 1767. fol. *.

§. DCCCLX. Disputationes.

Wilh. Augustinus Koster *de partu difficili & præternaturali ex ſitu capitis fetus iniquo orto* Leid. 1767. 4.

Georg Ludwig Knobloch *de enteromeſocolocele ſuppurata* ib. 1767. 4.

Thomas Houlston *de inflammatione* ib. 1767. 4. *. Theoria mali.

Guil. Cooper *de abortionibus* ib. 1767. 4. *.

Andreæ Nunn & J. G. Worm *de abſceſſu omenti feliciter curato* Erford 1767. 4. *.

Ej. & J. Daniel Denstorf, auctoris, *de ani fiſtula ferro, non medicamento, cito, tuto & jucunde ſananda* ib. 1767. 4. *.

Ej. & Christ. Theoph. Hofmann, auctoris, *de dyſtocia ſ. partu difficili in genere* ib. 1768. 4. * Hæc oportuerat a. 1751. recenſeri.

Ludw. Frid. Eusebius Rumpelt *de cantharidibus* ib. 1767. 4. Error hic ſubeſt. Conf. p. 523.

J. Frider. Reichenbach, chirurgus, *cautelæ & obſſ. circa extractionem cataractæ, novam methodum ſynizeſin operandi ſiſtentes* Tubing. 1767. 4. *. Extractio cataractæ: lens cryſtallina adhærens forfice ſeparata. Aliud exemplum, in quo viſus non rediit. Aliud extracti corpuſculi per vaſcula adhærentis. Rectum ſcalpellum præfert.

Christ. Frid. Jæger & Theoph. Conr. Christian Storr *obſſ. de fœtubus recens natis jam in utero mortuis & putridis, cum ſubjuncta epicriſi* Tubing. 1767. 4. *.

Georg David Albrecht *de iſchuria* Gotting. 1767. 4. *.

Phil. Georg Schroeder & Phil. Wilhelm Rupp *de cognatione inter arthritidem & calculum* ib. 1767. 4. *.

P. S. J. U. D. *de divis obſtetricantibus & circa partum recens editum occupatis* Francfurt 1767. 4. *. Multa habet eo ſpectantia, ex veterum legibus, tum de Diis, qui parturientibus opem ferre credebantur, etiam de Prometheo, Pygmalione.

Frid. Leopold Weyland *de ozæna cum fiſtula maxillæ* Argent. 1767. 4. *.

J. Samuel a Greyers *caſus de excreſcentia adipoſa glandulis ſcirrhoſis conferta* Argentor, 1767. 4. *. Inſignis curatio maximi ſteatomatis nulla cyſtide contenti, ex labio pudendi pendentis a Theoph. Kuhnio bono chirurgo Bernenſi, & noſtro amico, reſecti.

J. Jac.

J. Jac. Waser *de receſſu oſſium naſi* Argentor. 1767. 4. *. Ex ictu tumor maximus & dolens. Oſſa naſi & a frontis oſſibus & ab oſſibus maxillaribus dimoti, non ſine labore ſuum in locum repoſiti. Ab humore, ut videtur, ſenſim collecto, ſitu mota.

Petr. Joseph. Oberlin *de hæmorrhagia uteri* ib. 1767. 4. *.

Theod. Christian Goebel & Præſes T. S. Timmerman *de herniis* Rinteln 1767. 4. *. Ex familia herniotomorum genitus Goebelius adnotationes non vulgares ſuorum producit. Caſtrationi utique faſcias præfert. Inflammatio teſtis pro hernia habita. Enormis hernia curata, in qua neceſſe fuit aquam emittere, deinde inteſtina reponere, denique partes relaxatas continere. Sarcocele, in qua vitioſa caro de teſte eſt reſecta, aut per ſuppurationem deleta. Gangræna ſcroti curata, pars amiſſa reparata. Hernia incarcerata gangrænoſa ſuppurata, cum inteſtinum ſponte ruptum fuiſſet. Caſtrationem hactenus defendit.

Godfrid Keyserliz *de partus Agripparum difficultatibus* Lipſ. 1767. 4. *. Se vidiſſe feminam, non puerperam, omnibus oſſibus pelvis mobilibus. Exempla, in quibus puerpera inſtrumentis debet ſervari. Novum tiretête Levreti, quod in magnum occipitis foramen datur, & de quo tranſverſa trabecula prodit, quæ ad oſſa ſe firmat. Forcipes elaſtro inſtructæ. Utraque caput reſes aperitur & educitur.

J. Gotthelf Hermann *de oſteoſteatomate* Lipſ. 1767. 4. *. Egregia diſſ. Sæpius ex nixu id malum naſci: vicina oſſa in cariem vertere; in exemplo corruptio fuit ligamenti cartilaginei inter os ilium & ſacrum.

Adolf Jul. Bose *de morbis corneæ ex fabrica ejus declaratis* ib. 1767. 4. *.

Jac. Jos. Winterl *de inflammatione* Wien 1767. 8. *. Theoria.

Zacharias Schmidt *de vulnere in genere* Vindobon. 1767. 8.

J. Koermendii *quædam ex medicina forenſi* Wien 1767. 8. *. De vulnerum renuntiatione, de eorum ad mortem inferendam potentia, per ſingula. De infanticidio, & pro neceſſitate vinculi funiculo umbilicali injiciendi. De tortura.

Christian Rickmann & J. J. Doppelmair *de partu legitimo* Jen. 1767. 4. *.

§. DCCCLXI. Diaria.

In *Phil. Tranſ.* T. LVII. William Sharp deſcribit tornatas ferulas, ad tibiæ fracturas tribus locis nodis adſtringendas.

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London 1767. 8. *. Hujus perutilis collectionis magna pars chirurgici eſt argumenti.

Wilhelmi Leake, chirurgus, de emphyſemate univerſi corporis ex coſtæ fractura: tum alii ſimiles caſus, & de emphyſematibus ex interna cauſa. Aliud viri opus ſerius accepi.

Thomæ

Thomæ White, medici, de uteri & veſicæ prolapſu. Nempe calculus veſicæ & prolapſus ejus receptaculi cauſa fuit, & uteri elapſi, & viſcerum abdominis ex ſede ſua dimotorum.

Bayford de duobus in magna arteria anevryſmatibus cum coſtarum carie.

Charles Kelly, medicus, de fetu extra uterum reperto. Placenta inſignis molis peritonæo erat adfixa, ad dextram abdominis ſedem. Et tamen fetus in ipſo enixu vixerat.

Thompson, chirurgus, de anevryſmate prope claviculam denique eventu lethali rupto.

Symond, chirurgus, inteſtinum cæcum & appendicula ob gangrænam reſecta.

Ludlow de ſacco ſub larynge, in quo deglutita retinebantur. Id malum nimium frequens eſt.

Jac. Burchall, chirurgus, de anevryſmate in arteria femorali curato, & uſu artus conſervato, vinculo injecto.

Georgii Cleghorne varix pulſans, in quem videtur arteria ſe aperuiſſe.

Ejusd. de penna deglutita, reticulo quodam extracta, quod duorum bacillorum balænariorum ope introductum fuerat.

Hayes tumor de orbita pullulans, & oculum ex ea expellens. Carotis & infundibulum connata.

Vaughan, medicus, de abſceſſu in funiculo ſpermatico abſque vitio teſtis,

Rob. Knox, medicus, de paralyſi ex lapſu. Medulla ſpinalis integra erat, duo vero tumores induratis glandulis ſimiles medullæ adſidebant.

Joh. Else, chirurgus, ruptas venas nonnunquam pro anevryſmate imponere. Aorta bis rupta.

Ejusdem eſt *an eſſay on the cure of hydrocele of the tunica vaginalis teſtis* London 1770. 8. *. Belgice Amſterdam. 1772. 8. Hoc nomine noſter hydropem teſtis intelligit, cujus aqua inter albugineam & vaginalem teſtis continetur: hydropem verum tunicæ vaginalis non habet, niſi hydatidis titulo. Curationem præfert, quæ fit per lapidem infernalem, excitatis eſcharis, quæ ſola curatio ſolida ſit.

Ej. de curandis ulceribus crurum laminæ plumbeæ & faſciatione in Med. Exper. T. IV.

In *med. obſ.* T. I. Maty de paralyſi ex lapſu. Nervi aliqui duriores, principium ſpinalis medullæ amplius, tota medulla durior.

Richard Huck, medicus, de ſpaſmo cynico poſt prælium ad Ticonderogo frequenti & funeſto, in quo moſchi uſus cum opio conjunctus ſaluti fuit.

William Hay de fetu extra uterum poſito, cum placenta in utero eſſet.

William

WILLIAM HEWSON, celebris inciſor, de aere in pectus effuſo, & pulmonem conprimente, quem oporteat facta paracenteſi emittere. De emphyſematibus & pulmonis vulneribus.

EJ. in *Phil. Tranſ. Vol.* LX. aliqua de modo quo natura hæmorrhagias conpeſcit, partim arteria contracta, partim ſanguine coacto. Redit in Cl. viri opuſculis.

ALEXANDER RUSSEL, chirurgus, iterum de univerſi corporis flatulento tumore.

IDEM de vera radicis mezerei efficacia in exoſtoſi venerea.

JOH. FOTHERGILL, magni clinici, de cicutæ uſu. Cancrum inde mitigatum. In ſcrofulis plus oſtendiſſe efficaciæ, inque ophthalmia, induratione adipis circa calvariam, vomica &c. Videri ad modum narcotici pharmaci agere.

In *præfatione* de nuntiis ſatis exoptatis refertur, qui ex Luſitania de efficacia cicutæ miſſi ſint. Uvam urſi nihil boni facere.

In T. IV. *med. enquir.* Paracenteſin abdominis non debere differri. In anaſarca cutem utiliter transverſim ſcarifari.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* T. III. qui a. 1767. prodiit, CORNELIUS PEEREBOOM *Obſ.* 3 de nephritide calculoſa.

Obſ. 4 EJ. convulſiones in partu ex nimis ſenſili puerperæ temperie natæ.

T. V. *obſ.* 5 lignum ex veſica urinaria expulſum.

T. III. J. FRID. KRUGELSTEIN.

Obſ. 9 hæmorrhagia parientis funeſta. Placenta circa uteri oſtium adnata, & ejus pars ſoluta.

DAVID FRANC. HEZEL.

Obſ. 12 glandula parotis ſcirrhoſa exſtirpata.

Obſ. 14 a cancro horrenda corroſio capitis.

J. FRID. CAR. GRIMM, Cl. medici, & botanici.

Obſ. 16 de morſu aſpidis; inde natus magnus in pede tumor, ſcarifando ſuperatus.

Obſ. 17 emphyſema maximum ab ulcere pulmonis natum.

Obſ. 18 hydrops cum abſceſſu peritonæi.

WILHELM LUD. WILLI.

Obſ. 44 tumor ſanguineus occipitalis.

N. E. N. C. Vol. IV. *obſ.* 47 ſphacelus tibiæ a cauſa interna curatus. Aliud exemplum a fractura.

Vol. V. *obſ.* 45 vigeſies ſexies intra annum repetita paracenteſis.

Iterum in *N. E. N. C. Vol.* III. J. GEORG KELMAR.

Obſ. 64 ex glutæorum muſculorum abſceſſu producta ſpica ſecalis.

Obſ. 65 cranii lamina carioſa poſt plures annos ſponte decedens, bono eventu.

Obſ. 84 ſtruma ſuppurata, rupta, ſanata.

Obſ. 85 concrementum veſicæ calculoſum a calce arenaria deglutita, ut putat.

Obſ. 86 lien a lapſu ruptus.

PETRUS de WESTEN.

Obſ. 77 de gravidarum œdemate.

Obſ. 78 partus difficilis pueri monſtroſi.

PHILIP. BERNHARD PETMAN.

Obſ. 95 a ſcrofula interna rupta ſuffocatio.

In *Act. Helvet. Vol.* VI. Anonymi dubia de perceptione undulationis liquidi in cavitate moti: non videri eam in pleno vaſe percipi poſſe.

FR. THADDÆI BERGER de magno ſteatomate in meſenterio hydropici.

De fungo cerebri per fractæ calvariæ oſtia funeſto eventu pullulante.

LUDOVICI BUXTORF partus aliqui difficiles, inter eos viva puella unco obtuſo extracta. Hydrophobia funeſta.

Sic convulſiones hyſtericæ ante & poſt partum ingruentes.

In *Journal de Medecine* T. XXVI. TELMONT de S. JOSEPH, chirurgus, de ſarcomate inguinis enormi, muſculis adhærente, & eventu funeſto reſecto.

DUPOUY, chirurgus; queritur, quod ſuam in reponendo femore facillimam adminiſtrationem non ſibi primario tribuerint compilatores dictionarii chirurgici.

T. XXVIII. lora tamen in extendendis artubus luxatis abſque malo injici.

T. XXXIV. auctor in chirurgum BEAUPREAU invehitur & diſputat de ulceribus ſinuum pituitariorum, occaſione ægroti, quem conjunctis conſiliis uterque curavit. IDEM ſecundo de eadem lite.

T. XXVI. RUBY, chirurgus, ex contuſione abſceſſus in ore inſignis, abſque inciſione tamen ſanatus; cum apta preſſione pus vetuiſſet in os effluere.

GRIGNON, medicus, de ophthalmia ex vini abuſu in infante nata.

LE MERCIER, chirurgus, de calculo quinque unciarum ex femina exciſo, & cum adhæreret avulſo, fauſto tamen eventu. F. JOHANNIS lithotomo uſus eſt.

SAUCEROTTE, chirurgus, de placenta in cellula uteri hærente & educta.

T. XXVII. cum manu nihil poſſet profici, forcipe fetus expeditus.

Iterum T. XXVI. PIET, chirurgus & obſtetrix, pro forcipe, quam auctores ejusdem, quod diximus, dictionarii aiebant a PEANO celebri in obſtetricia

arte viro improbari. Eſſe caſus incuneati capitis, qui non poſſint niſi forcipis ope expediri.

Id. in *Journ. de Med.* T. XXXVI. XXXVII. defendit ſuam forcipis obſtetriciæ emendationem, qua evitetur, ne quidquam laceretur, & naturæ lenta fetus progreſſio relinquatur.

In T. XXVI. Anonymus Gameti adverſus cancrum arcanum laudat.

Laffey, chirurgus, de vulnere abdominis & inteſtini ſanato. Sutura pellionis uſus eſt.

Coste, medicus, fabam a ruſtico abſurde in urethram intruſam excidit, & urinæ liberum iter reſtituit.

T. XXIX. de cicutæ uſu: ſpei eam herbam non reſpondere.

T. XXXIII. morſus viperæ alcali volatili curatus.

T. XXVI. Picamilh, medicus, de materia, quæ exſcreabatur, poſtea per vulnus a veſicatorio facto egeſta. De itinere humorum per celluloſam telam. Pleuritis per femur judicata. Nigritæ in angina brachia fricant, donec valde tumeant, ita curantur.

De Sarradas, parochi, de nephritide infuſis ſeminibus dauci ſylveſtris ſanata.

Baseilhac, chirurgi, laudes ſectionis calculi hypogaſtricæ, propriis cum inſtrumentis. Acum triquetram ſupra marginem oſſis pubis demergit, & contra cervicem veſicæ convertit, deinde lineam albam ferramento in ea acu occultato aperit: denique ſcalpello in lentis modum terminato, cujus acies verſus umbilicum reſpicit, lineam albam magis dilatat. Veſicam lanceola in cavo ſpecillo occultata aperit, & per ſulcum ejus ſpecilli veſicam ad collum uſque dividit.

Ludovicus de Roose de polypo deſtructo.

Bourdier, medici in civitate Pondichery, vulnus abdominis ab Indo medico ſanatum, lamina plumbea inter cutem & muſculos data, & ea in ſede relicta, deinde ſutura injecta.

In T. XXVII. Quequet, chirurgus, dubia quædam adfert contra amputationem uteri gangrænoſi ſuperſtite ægra adminiſtratam. Tumorem fuiſſe in vagina natum.

Vallandre', chirurgus, de corticis cinchonæ in gangræna efficacia.

Vol XXXIII. vulnus perinæi, urethra abſciſſa, tamen ſanata.

T. XXVII. Brochet, medicus, de liene rupto, & fruſtranea paracenteſi.

Martinet, medicus, de inteſtini abſceſſu egeſto pure ſanato.

Roziere de la Chassagne, medicus, de effectu felici cicutæ, quæ tumorem diſcuſſit.

Ejusd. abſceſſus cerebri ab ictu lapidis funeſtus.

In T. XXVIII. aliqua in hanc adnotationem monita ROCHARDI.

Iterum T. XXVII. de la CONDAMINE, medicus; de felici effectu magnetis in odontalgia.

AUBRAI, chirurgus, junior, pro machinis, earumque in artuum luxatione neceſſitate contra FABRE & DUPOUY.

T. XXVIII. iterum pro laqueorum innocentia.

T. XXX. de ano imperforato. Inciſionem non probat.

T. XXXVI. tarſus conquaſſatus, ut talum eximere neceſſe fuerit, gangræna coërcita, curatio felix.

T. XXVII. HERLIN, chirurgus, in vivis animalibus veſiculam fellis exeidit.

PAGE's herniam gangrænoſam incidit, inteſtinum ruptum vulnusque ſanavit.

EJ. T. XXXII. vulnus ſtlopetarium capitis, globus in calvaria impactus, demum exemtus, æger ſervatus.

T. XXVII. PENANT, chirurgus, vulnus penis cum vehementi hæmorrhagia, denique ſanatum.

In *obſervationum clinicarum ad ductum medicationum in noſodochio generali Warſavienſi faſc.* I. Dresd. 1767. 12. & II. 1768. 12. *. Auctor anonymus TROSCHELIUS. Aliqua huc faciunt. Hydrophobia ex morſu lupi rabidi. Hydrargyro mota ſalivatio non potuit alium a rabido cane demorſum hominem ſervare.

Magna a ſalivatione mala; genæ cum gingivis confirmatæ, amiſſus maxillæ motus.

In T. IX. *der verhandelingen uytgegeeven door de Hollandſche Maatſchappy* ejusque Parte III. Haarlem 1767. 8. *. J. H. OTTENS refert de nonnullis hominibus a rabidis canibus demorſis, & ſuperviventibus abſque furore, cum dolore & deſtructa deglutitione. Hydrargyri uſus fruſtra fuit, tum cinnabaris.

In diarii ORTESCHIANI T. V.

BENEDICTUS MAIA Palfyniana forcipe feliciter partum expedivit, duobus in exemplis.

J. BAPT. FALETHI hydrophobiam ex malo hyſterico natam vidit.

J. B. VALTOLINI forcipem, cujus crura uniri poſſunt & ſeparari, ad fiſtulam ani curandam excogitavit.

ROCCO MELACINI abſque hydrophobia rabies ex morſu funeſta.

JOSEPH RAMAZZINI de tumore cancroſo veſicæ cum ulceribus.

In *Commentariorum Academiæ Bononienſis* T. V. P. I. VINCENTIUS MENGHINI egit de aquæ communis vi in ſolvendo calculo. Plus valuiſſe putealem, pluvialem nihil. Potentiorem eſſe aquam, in qua tartarus ſolubilis dilutus eſt. Deinde tartarum regeneratum.

In

In P. II. GUSMAN GALEAZZI de calculo in ureterem impacto: ren deletus, fiſtuloſus. Ren in alio in ſaccum mutatus urina plenum.

In *Stralſunder Magazin*, cujus prima particula Berolini & Stralſundiæ prodiit 1767. 8. * aliqua etiam propria huc faciunt. In P. I. formula emplaſtri vulnerarii Anglici: de morſu canis rabidi aliqua. In quinta maximum vulnus abdominis a palo defracto inflictum, tamen ſanatum.

In *N. Hamburg. Magaz.* 1767. Belladonna ſuperati duri tumores & de cancroſa natura ſuſpecti.

In *Journal des ſavans* 1767. placenta in cellula uteri.

§. DCCCLXII. ANGLI.

WILLIAM ALEXANDER'S, chirurgi, *experimental eſſays on the external application of antiſeptiks in putrid diſeaſes* London 1768. 8. *. Nitrum in aqua ſolutum per cutem, in uſque lotium penetrare. Sic vim antiſepticam corticis Peruviani per cutem ſibi viam aperire, ut etiam febrem ea ratione ſperet curari poſſe.

PHILIPP. THIKNESSE *midwifry analyſed* ib. 1768. quæ tertia eſt editio.

DANIEL MAGENISE *the doctrine of inflammations* ib. 1768. 8. * inflammationem eſſe a nimia irritabilitate. Contra errorem loci. De œdemate. Sed ea fere potius inter clinica legas.

JOHN HENRY MAUCLERC *nomenclatura critica morborum ocularium, or a critical index to the diſeaſes of the eye* ib. 1768. 8. LUDW.

B. RUSPINI *a treatiſe of the teeth, their ſtructure, and various diſeaſes. To which is added the moſt effectual method of treating the diſorders of the teeth and gums eſtablished by a long practice* ib. 1768.

§. DCCCLXIII. GALLI.

H. J. POINTE, chirurgi, *eſſay ſur la naturæ & les progrès de la gangrène humide* Lion (non Amſterdam) 1768. 8. *. Eam gangrænam oriri ex atmoſphæra, exhalationibus corporum morboſorum vitiata. In Breſſe, paludoſa provincia, ulcera diuturna tibiarum endemia eſſe. In Antillis inſulis ulcera ægerrime curari. Altiores in noſodochio Lugdunenſi cubiculorum concamerationes gangrænam humidam minuiſſe. Lavando aromaticis liquoribus minui periculum.

Hiſtoire de la maladie & de ſes ſuites du Sr. LE ROUGE *attaqué de la pierre avec quelques obſervations ſur les notes inſerées au bas des pages d'un écrit imprimé*

 qui

qui a pour titre Memoire du Sr. le CAT *contre le Sr.* DAGEST Paris 1768. 4. Is homo a F. JOH. de S. COSMA inciſus periit. Hic vero producitur teſtimonium vulneris optimàm fuiſſe conditionem, neque eum ex hæmorrhagia periiſſe, ut falſo adfirmat le CATIUS, ſed exhauſto corpore.

LANSEL de MAGNY *principes de medecine & de chirurgie extrait des ouvrages d'Hippocrate & de Boerhaave* Paris 1768. 12.

HERMAN BOERHAAVE *aphoriſmes de chirurgie commentés par v.* SWIETEN *traduits avec des notes par* M. LOUIS ib. 1768. 12. 7. vol.

BALIN *l'art de guérir les hernies & la meilleure maniere de conſtruire des bandages* ib. 1768. 12.

L'Albert moderne ou nouveaux ſecrets éprouvés & licites ib. 1768. 12. etiam chirurgica.

FAISOLE & CHAMPEAU *experiences & obſervations ſur la cauſe de la mort des noyés, & les phénoménes qu'elle preſente* Lion 1768. 8. *. De ſignis ſtrangulationis, ſubmerſionis, per experimenta propria in animalibus capta.

Conſultation de chirurgie ou examen d'un rapport chirurgique fait à l'occaſion de Claudine Rouge trouvée dans le Rhone ib. 1768. 12.

Le dictionnaire portatif contenant la maniere de ſoigner les chevaux &c. Paris 1768. 12. 3. vol.

JEAN RIST, chirurgi, *abrégé methodique des principes d'anatomie & de chirurgie* Strasbourg 1768. fol. *.

GOUANCIER des LANDES *Eloge de la chirurgie avec différens memoires & obſervations de chirurgie* Paris 1768. 8.

Edit du Roi portant établiſſement d'une communauté de MM. Perruquiers, Barbiers, Baigneurs &c. ib. 1768. 12.

Lettres patentes du Roi en forme d'édit portant reglement pour le college de chirurgie de Paris ib. 1768. 4.

§. DCCCLXIV. GERMANI.

CARL AUGUST GRÄBNER'S *Gedanken über das Hervorkommen und wechſeln der Zähne* Langenſalz 1768. 8. * & prius Hamburgi. In macilentioribus infantibus facilius dentes erumpere. Non debere dentes primos relinqui, qui multorum malorum cauſæ ſint futuri. De dentibus & maxillis ſuppoſititiis, quas non improbat. Dentes alienos utique comprehendere.

ANTONII FRANC. SETTEGAST *inſtitutiones medicæ ad motuum leges* Francf. 1768. 8. 2. vol. *. Paſſim aliqua chirurgica intercedunt. Cicutæ uſum probat. Ad gangrænam lini oleum & mollientia.

MAR.

Mar. Gerh. Thilenii *kurzer Unterricht für die Hebammen und Wöchnerinnen auf dem Lande* Caſſel 1768. 8. alii 1769.

M. H. Samlung von verſchiedenen raren ſympathetiſchen und andern Curen Altona 1768. 8.

A. D. G. Prange *die wohlunterrichtete Hebamme in Frage und Antwort* Hamburg 1768. 8. alii 1769.

J. Aug. Wolfahrt *obſſ. de vermibus per nares excretis* Hall. 1768. 4. * utcunque huc refertur.

Christ. Zorn *vollſtändiger Unterricht von Erziehung der Pferde, und Mittel für alle innerliche und äüſſerliche Krankheiten derſelben* Erfurd 1768. 8.

§. DCCCLXV. Varii.

Casten Rönnow *om en ben och ſtenartig ſtarr wid hela omkretſen af uvea faſtwuchſen ſom lyckeligen blifwit med nålen nertrykt* Stokholm 1768. 8. *. Lentem cryſtallinam, quam depoſuit, adeo fuiſſe induratam, ut ſonaret fricta, & præterea ad iridem adhæſiſſe, felicem tamen fuiſſe curationem.

Contra hoc ſcriptum libellus prodiit cui titulus, *Doutes que la cataracte dont M. Rönnow fait mention ait été oſſeuſe & pierreuſe* ib. 1768. 8. Nihil certum eſſe in ſono inve natura hujus cataractæ oſſea.

Hiſtoire & Memoires de la ſociété formée à Amſterdam en faveur des noyés Amſterd. 1768. 8. * & eodem anno Belgice 8. * tun T. II. 1769. 8. * & T. III. 1770. 8. *. ſic porro. Clyſteres tabacarios videri efficaciſſimam opem præſtare.

Hendr. Andr. Koster *verhandeling over de blædſtorting* Leiden 1768.

§. DCCCLXVI. Disputationes.

Josephi Nicolai Laurenti *ſynopſis reptilium emendata cum experimentis circa venena & antidota reptilium Auſtriacorum* Wien 1768. 8. *. Eximia diſputatio plena experimentis, quibus diverſa efficacia venenatorum morſuum accurate definitur. Lacertæ morſu non nocent, neque vipera anglorum, neque Linnæi Berus: Italicam vero viperam utique, dum integris eſt viribus, animalia demorſa occidere. Nihil profuiſſe ſales alcalinos volatiles, ſed hydrargyrum utique, cum gummi tritum. Cicutam etiam in cancro profuiſſe.

Natalis Pagliarucci *de calculo* Wien 1768. 8.

Adam Ignat. Prandt *de veſicantibus* ib. 1768. 8.

J. Mariæ Begontinæ *diſſ. de hydrophobia* ib. 1768. 8.

Simon Laurin *de geneſi & morbis oſſium* ib. 1768. 8. *.

J. Roquette *de bubonocele ſ. hernia inguinali* Leid. 1768. 4. *.

David

DAVID van MARLE *de fiſtula ani* Leid. 1768. 4. *.

J. van WAERT *de utero gravido devio cauſa partus difficilis & laborioſi* Leid. 1768. 4.

D. HASSELMANN *de hæmaturia nephritica* ib. 1768. 4.

J. B. GERRARTS van der HORT *de inflammatione in genere* Utrecht 1768. 4.

GISBERT BEUTH *de theoriæ inflammationis* BOERHAAVIANÆ *falſitate* Duisburg 1768. 4.

JOH. GOTTL. BIDERMANN *de cauſis mortis ſubitæ fulmine tactorum* Lipſiæ 1768. 4.

DAN. CHRIST. BURDACH *de læſione partium fetus nutritioni inſervientium abortus cauſa* ib. 1768. 4.

CHRISTIAN EBERHARD KAPP *de exſtirpatione tumorum in mamma* ib. 1768. 4. *. Scirrhum a Cl. REICHELIO per ſuppurationem ſuperatum fuiſſe. Cicutæ utilitas in ſcrofulis, ſcirrhis, etiam in cancro confirmata. Tumores in mamma abſque metuenda hæmorrhagia poſſe exſtirpari.

ANDR. CHRIST. STRENG *de inflammatione partium tam ſolidarum quam fluidarum in corpore humano* Erfurd 1768. 4.

J. GODFR. JAENICHEN *pentas obſervationum medicarum* Hall. 1768. 4. *. Ex repercuſſa ſcabie, & ex clauſo vetuſto ulcere maxima ſymptomata, iſta ſanata refricato ulcere.

J. PHIL. RUDOLPH *de uſtione cranii in epilepſia*, præſide H. F. DELIO Erlang. 1768. 4. *. conf. DELIUM.

J. JOACHIM SCHÖNBERG *decas obſervationum phyſico medicarum* præſ. R. A. VOGEL Gotting. 1768. 4. *. A lapſu contritum os humeri, & cum eo articulata ſcapula, feliciter ſanata, & ab ea violentia ſuppreſſa epilepſia, qua puella dudum laboraverat. Hernia ſanata cum inteſtinum ſponte apertum lumbricum dimiſiſſet. Sic alia hernia, in qua imperitus chirurgus inteſtinum inciderat. Alia quædam.

JONAS SIDREN, noſtri auditoris & amici, *caſus ſphaceli ovarii* Upſal 1768. 4. * ſanatus ope corticis Peruviani.

EJ. *de tumore articulorum fungoſo* Upſal 1769. 4. *. Exemplum proprium in genu.

LUDOV. ALB. APUHN *de non acceleranda ſecundinarum extractione* Gotting. 1768. 4. *. Rariſſime placentam in uteri cellula occultari. Quæ cauſæ ſint nimis validæ adhæſionis. Retentam placentam non adeo valde nocere, niſi per hæmorrhagiam, ſi pars ejus deceſſerit. Non debere utero vim inferri. Non facile manum debere admoveri, niſi ex hæmorrhagiæ metu.

J. PHIL. NONNE, & auctor J. ANDREAS KRUMMHOLZ *de abortu* Erlang. 1768. 4. *.

JOH.

J. Fr. Weiler *herniæ gangrænæ corruptæ caſus & epicriſis* Argentorati 1768. 4. *.

Ej. *de animalibus noxiis Alſatiæ* Præſ. Ill. Spielmann ib. 1768. 4. *. Nullum animal quadrupes nocere, niſi furiis actum.

J. Petri Buccle *de Ileo* ib. 1768. 4. *. Fiſtulam dicit clyſtericæ ſimilem, niſi quod validius clyſterem impellat; ea validiores alvi obſtructiones ſolvi.

Wilhelm During *diſſ. medico chirurgica ſiſtens hiſtoriam duarum obſervationum theoria illuſtratam* ib. 1768. 4. *. Altera chirurgica eſt; herniæ gangrænoſæ ſanatæ.

Franc. Henri Buchholz *de hepatomphalocele congenita* ib. 1768. 4. *. Duo exempla omphaloceles congenitæ, primum ſanatæ hactenus, apta preſſione.

J. Theodor Hüser *de ſteatomate* ib. 1768. 4. *. In abdomine enorme 23. librarum ſteatoma. Mors a ſarcocele amputata, ſuperveniente ſpaſmo cynico: ſarcoma ſimile in meſenterio, quod inteſtina comprimebat.

J. Sigm. Muller *de calculo veſicæ obſervatio & epicriſis* ib. 1768. 4. *. Calculus veſicam replens: cyſtis ex proſtata continuata veſicæ adhærens, & recto inteſtino; adminiſtrata ſectio lateralis. De variis rationibus calculi excidendi, potiſſimum laterali.

Petr. Maria Viellard & Joseph Dussans præſ. *E. in pertinacibus faciei capitisque doloribus nihil prodeſt, ſed contra plurimum nocere poteſt nervorum quinti paris ſectio* Pariſ. 1768. 4. *. Tria exempla ad Albini conſilium reſecti nervi infraorbitalis. Dolor ſublatus cito rediit.

J. August Coutavoz & Nat. Mich. Mallet præſ. *E. oſſium extremitatibus comminutis non fragmentorum extractio* Pariſ. 1768. 4. *. Non debere ſollicite feſtucas oſſium eximi. Cl. Descemet in medio tendine plantaris muſculi acum reperiſſe. (Sic nos ſpinam in pollicis flexore). Fragmentum tibiæ perioſteo ſuo nudatum reconciliatum fuiſſe, artum ſanatum.

Achilles Guil. le Begue de Presle & J. Car. Desessarts *E. omnes ante maturitatem parotides aperiendæ* ib. 1768. 4. * jam a. 1744. defenſa.

Cæsar Coste & A. Aug. Belanger *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda* ib. 1768. 4. * & prius a. 17 . a Cosnier.

Nic. Jeanroy & J. B. E. Dumangin *E. quamdiu ſerpit gangræna, etiam a cauſis externis, amputatio non tentanda* ib. 1768. 4. * & prius 1762.

Guil. Fumee & Lud. Henr. Bourdelin *E. in pectoris hydrope quo maturior eo felicior thoracis paracenteſis* ib. 1768. 4. *.

P. Joh. Cl. Mauduyt de la Varenne & Franc. Maria le Moine *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta ſolis diæta & venæſectione ſanantur* Pariſ. 1768. 4. *.

Stephani d'Huaulme & Th. le Vacher de la Feutrie, auctor, *Ergo fractis oſſibus in ſitu poſt confirmationem continendis machinæ vincturis anteponendæ* Pariſ. 1768. 4. *.

J. A. Roussin de Montabourg *E. ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica* ib. 1768. 4. * eadem quæ Nicolai Pietre a. 1635.

Eduardus Sandifort, prof. Leidenſis, vir Cl. Tomum I. Roterd. 1768. 4. & tomum II. a. 1769. 4. * edidit *theſauri diſſert. programmatum aliorumque opuſculorum ſelectiſſimorum, ad omnem medicinæ ambitum pertinentium*, quo pluſcula etiam continentur chirurgici argumenti, quorum ſuis locis mentionem fecimus.

In *Nov. Ephem. Nat. Cur. Vol. obſ.* 2. anevryſma naſcentis aortæ ruptum.

In bibliotheca ſua paſſim dum libros recenſet ſuas addit animadverſiones. Ita dum Harvie libellum obſtetricium indicat, de morte refert ex retenta urina ſuperveniente, cum ruditer placenta uteri inflammationem feciſſet.

§. DCCCLXVII. Diaria.

Medical Tranſactions published by the college of phyſicians in London 1768. 8. *. Prius opus a licentiatis, hoc a ſodalibus editur.

Thomas Lane de lixivii ſaponarii viribus ad diſſolvendum calculum efficacibus. Lixivium neceſſario cum calce miſceri debere, ſive ea ex lapidibus, ſive ex teſtis uſta fuerit.

Nic. Munkley de gula arctata, hydrargyro reſerata. Ej. eſt in Vol. II. hydrophobia funeſta abſque rabie.

In *Memoires de l'Acad. Roy. de Chirurgie* Tomo IV. qui Pariſ. 1768. 4. * prodiit, primum reperitur elogium hiſtoricum chirurgorum Pariſinorum. Originem ſuam ducunt a chirurgis togatis ſeculi XVI. (inter quos tamen non erat is, de quo gloriantur, Pareus). Gratum adgnoſcit collegium chirurgicum Francisci Gigot maxima merita, qui & cathedras regias, & conſtitutionem Academicam a rege obtinuerit.

De ſeceſſu oſſium pelvim componentium fuſe. In Roedererum, qui in partu naturali ejusmodi ſeceſſum negabat locum habere. Ea oſſa ſub finem graviditatis ſenſim ſecedere. Exempla in quibus os ilium ab oſſe ſacro receſſit, exempla in puerperis.

Paquié, chirurgus, de inſtrumento, quo caput in utero relictum extrahit. Vectis eſt, crure duplici, quæ crura in oſſa capitis deducta firmat, & terebræ fundamentum præſtat.

Germanus Pichaut de la Martiniere, chirurgus primarius regius, de vulneribus per machinas ignivomas inflictis. Contra Bilguerum, amputatione opus eſſe, quando globus tormentarius artum abſtulit, quando ſaucius homo longo tempore auxilio chirurgico deſtitutus fuit: quando pars percuſſa eliſa eſt.

Gangræ-

Gangrænam non poſſe vitari, niſi magnæ inciſiones fiant. Eſſe ubi intus muſculi quaſi in pultem colliqueſcant, etſi extus nullum tanti mali eſt indicium.

IDEM de terebratione ſterni, ob abſceſſum in mediaſtino neceſſaria, & nonnunquam felici. Exemplum, in quo bona pars ſterni & coſtarum conſumta erat. Non ſemel cor nudatum fuit. Ejusmodi abſceſſus a morte demum adgniti.

RITSCH monet magno cum periculo inteſtinum aperiri, quando id arctatum eſt. Si totum inteſtinum apertum eſt, oportet ex itinere juſculi divinare, quæ ejus portio ad ventriculum pertineat. Tum chartam luſoriam terebinthina illitam, & in cylindrum convolutam, in finem ſuperiorem inteſtini dari, unico acus puncto conſui, fili extrema de vulnere pendere. Ita caveri ne inteſtinum anguſtetur. (Verum mihi quidem non videtur bene corpus peregrinum in vivum inteſtinum dari).

PIPELET, ſenior, de curatione inteſtini incarcerati, & ſiderati. Exemplum, in quo inteſtinum duplicatum per pontem quaſi ſuper angulum flexionis conjectum conferbuit. Lautius debere ægros paſci, quo inteſtinum dilatetur.

IDEM junior, de herniis veſicæ. Exemplum ubi ea in femina gravida inter vulvam & rectum inteſtinum delapſa eſt.

Exempla herniarum ventriculi, abſque cauſa externa natarum.

BUTTET de coſtarum luxatione, ſeceſſu nempe partis oſſeæ a cartilaginea, quas inter, dum coſtæ moventur, nonnihil audias crepitare.

GOURSAUD de cauſis, quæ inteſtinum ſtrangulant: de inflammatione, qua ſublata malum evanuerit. De caſibus, in quibus ferri fuit neceſſitas, & ubi ne id quidem auxilium ægrotos potuit ſervare. De reductionis modo; de uſu adſtringentium medicamentorum, & glaciei feliciter adhibitæ. De purgatione, periculoſa, ſi cum obſtructione inflammatio conjuncta fuerit: de aliis caſibus, in quibus profuit. De fumo tabaci, cujus in inteſtina impulſionem HELIE commoda machina adjuverit. De ſitu mutato, etiam ut capite inſiſtat ægrotus, aliquando proficere.

Reliquæ numeroſæ diſſertationes ſuis cum auctoribus recenſentur.

In *Journal de Medecine* T. XXVIII. RATHIER, chirurgus, de digitali deglutito, & in œſophago hærente, unco extracto.

POULAIN, chirurgus, inciſiones ob abſceſſus requiſitas potius intra os faciendas, quam extus in facie.

GRIVET, chirurgus, magnum ulcus mammæ ſanavit ſolis medicamentis & potiſſimum ſolano.

DAPEYRON de CHEYSSIOL, medicus, de ſtruma teſtis ovorum ſanata.

EJ. T. XXXII. bronchocele curatæ teſtis ovorum calcinatis.

Iterum T. XXVIII. DUMONCEAU, medicus, partus molæ veſicularis poſt duos filios editæ.

T. XXIX. de polypo uterino a chirurgo KECK feliciter exciſo.

T. XXXIII. aliqua contra eumdem KECKIUM.

Iterum T. XXVIII. DE BAUVE, chirurgus. Ejus ſipho idoneus, quo medicamenta & alimenta in œſophagum injicias.

EJ. *reponſe à un écrit anonyme au ſujet d'un nouvel inſtrument de chirurgie propre à extraire les corps étrangers arrêtés dans l'œſophage* Paris 1769. 12. Depingit etiam in *Journ. de Med.* T. XXXI.

T. XXIX. DUMORIER, chirurgus, de forcipe LEVRETIANA, qua in partu difficili feliciter uſus eſt.

T. XXVIII. GALINIER curantem chirurgum accuſat, negatque ſe rupturam ligamenti patellæ paſſum.

DUMAS, medicus, de ulcere capitis, quo cephalæa levata ſit.

SOYEUX, chirurgus, polypum uteri ligavit & exſtirpavit.

ROBIN, qui GALINIERUM curavit, defendit vere ligamentum patellæ ruptum fuiſſe. Et recte quidem, neque enim calcaneus ad nates potuiſſet retractus fuiſſe, ſi huic ligamento ſua fuiſſet integritas. Pro eodem reſpondet medicus nomine VETILLARD.

COULON luxatio femoris abſque machinis repoſita: veram luxationem fuiſſe confirmat Parochus loci nomine DES FORGES.

VETILLARD ſuadet, ſanguinis aliquam portionem de umbilico infantum emittere, ſi diutius in partu hæſerint.

In *K. Sw. Wet. Acad. Handling* 1768. P. HERENQUIST conſilia ſua dat adverſus contagioſum equorum morbum *le farcin*, ulcera nempe crurum circa venas naſcentia. Alvum duxit, emollientia medicamenta admovit, denique æthiopem mineralem dedit, quem imprimis laudat.

In *Verhandeling door de Holl. Maatſchappy* T. X. P. 2. N. BELKMEER curata hernia, de qua lumbricus erepſerat.

In *Giornale di Medicina* T. VIII. ANGELUS ZULATTI de pelve renali calculis plena.

J. B. COLOMBANI hernia gangrænoſa incarcerata, feliciter inciſa.

VINC. BORTOLINI ulcus pectoris poſt diuturnum morbum inciſum, funeſtum.

EJ. ophthalmiæ ſanatio.

J. B. SAURA, cum ulcus in vagina ſanatum eſſet, & anguſta cicatrix ſupereſſet, cumque femina concepiſſet, cicatrix partum morans inciſa eſt, felici eventu.

NATALIS BERNATTI de cancro infeliciter exciſo.

Acus crinalis cum abſceſſu ex vagina prodeuns.

Franc. Scardavi gangrænoſa hernia lethalis.

Cam. Joseph Bonioli relatio, quam dixi, hic recurrit.

Edictum Benedicti XIV. conſulto Morgagno datum, quo imperatur, puerperas abſque partu pereuntes incidere.

J. B. Roberti elogium Petri Pauli Molinelli.

Camillo Buglioni hydrophobia abſque canis morſu nata.

Christiani Bianchini de hernia incarcerata.

In *London Magaz.* ut in aliis *diariis Anglicis* paſſim aliqua huc faciunt, ut anno 1768. de emphyſemate in vacca, inter duas coſtas ſpurias aperto, de quo aer inflammabilis exierit.

§. DCCCLXVIII. Angli.

Robert Wallace Johnson M. D. *new ſyſtem of midwifry in 4. parts, founded on practical obſervations* London 1769. 4. *. Diſcipulus Hunteri medicinam exercet, & obſtetriciam. Anatomicam hujus operis diximus. Uterum ruptum incidit. Abortus acidam diætam requirit, quod placenta relicta in fætidum liquamen abeat. Partus. Avicennam forcipem habere ad fetum mortuum educendum. Nonnemo, nomine Drinkwater, qui ab a. 1668. obſtetriciam exercuit, forcipe & ipſe utebatur. Smellium curvitatem forcipis Levretianæ imitatum eſſe; quam noſter emendavit, ut accurate ad pelvis fabricam ficta ſit. Non malos partus eſſe, in quibus nates præcedunt, recte. Quando caput incommodo ſitu prodit, neque manibus pedes poſſunt adripi, laqueum injicere ſuadet noſter, & docet. Difficillimus partus eſt capitis incuneati. Si vertex præceſſerit, forcipe uti convenit. Sic in anguſta pelvi, & frontis ad os pubis obverſione. Ut forcipe utendum ſit. Raro neceſſe videri fetum dividere, niſi ob male factam pelvim. Inſtrumenta varia, conductor, uncus manubrio transverſo, laqueus. Nunquam Cæſaream ſectionem quemquam in Anglia eſſe molitum, niſi in partu ventrali. Morbi puerperii. Ulcus uteri aptis liquoribus injectis ſuperatum. Uteri prolapſus, inverſio, hæc fere obſtetricis vitio.

Thomas Beardmore *a treatiſe on the diſorders and difformities of teeth and gums* London 176 . . . 1770. 8. * quæ editio dicitur aucta eſſe. Belgice *gebreeken der tanden* Amſterdam 1769. 8. Non ſpernendus auctor etſi brevis. Nihil veri præſidii eſſe in uſtione ad aurem. Abſceſſus, ex quibus odontalgia naſcitur, continuo aperit. Epulides ſcalpello reſecat. Tartaro conglutinati dentes. Non credit alienos dentes conprehendere. De avulſis cum dente maxillæ fragmentis. Abſceſſus in ſinu maxillari curantur evulſo dente, alveolo perforato. De carie in maxilla. Dentitionem non perinde funeſtam eſſe, ut ex faſtis emortualibus adpareat. Exeuntes ſectione adjuvat. Contra acidos ſpiritus & pulveres dentarios.

RICHARD CURTIS *treatiſe on the ſtructure and formation of the teeth* London 1769. 8. Germanice Altenburg 1770. 8. *. In curatione, quam in anatome fuſior. De fungo ex maxilla inferiori reſecto: de perforato ſinu pituitario maxillæ ſuperioris, de maxillæ inferioris parte carioſa, quam oportuit removere.

A treatiſe on the toothach containing full directions for its preventing and cure ib. 1769. 8. LUDWIG.

THOMAS PROSSER *an account of method and cure of the bronchocele or Derbyneck* ib. 1769. 8. *. De ſtrumis fuſa collectanea. Medicamentum laudat, quod nunquam medentem fallat, ſpongias nempe cum antimonio, cinnabari & aſellis temperatas, quibus ſubinde mercuriales pillulas addit. Contra ALEXANDRUM, & contra effectus medicamentorum extrinſecus impoſitorum.

JOHN HARVIE *practical directions ſhewing a method of preſerving the perinæum in birth and delivering the placenta without violence, illuſtrated by caſes* ib. 1769. 8. Expertum eſſe in arte obſtetricia virum teſtatur D. TOMLINSON, & rationem docere, qua perinæo parcatur.

Man midfry analyſed and the tendency of that practice, detected and expoſed Third Edition ib. 1769. 8.

A letter to M. DALE INGRAM *in which the accounts* (ſi recte lego) *of his inquiry in to the cauſe of Clarks death are infected* ib. 1769. 8.

A short appeal to the puble, touching the death of Clarke ib. 1769. 8. Omnino juvenem ex vulnere & effuſo ſanguine interiiſſe.

A counter appeal to the publik touching the death of G. Clarke ib. 1769. 8.

An examination of M. Ingram blow ib. 1769. 8. Parum continere boni legi.

Praxis medica and chirurgica noſocomiorum civitatis Londini cui accedit index morborum & remediorum ib. 1769. 12.

Compendium of phyſick and ſurgery for the uſe of young practicionners ib. 1769. 8. LUDWIG.

Two papers on the uſe of oleum aſphalti in ulcers of the inteſtines, lungs and other viſcers, translated by TH. HEALDE ib. 1769. 8. Eſt libellus, quem continuo dicemus, in *Actis Academiæ Batavicæ* excuſus.

MAXWELL *answer on M.* KIRKLANDS *reply* ib. 1769. 8. hanc litem non coram habeo.

F. TOMLINSON *medical miſcellanies, or a collection of tracts and commentaries* ib. 1769. 8. *. Unicum volumen puto prodiiſſe. Pluſcula ſunt chirurgica. De firmiori placentæ adhæſione: non eam adeo nocere, quam humorum malam indolem. De urina ob inflammatam veſicam ſuppreſſa, in qua catheteriſmus nocuit, & venæ ſectio repetita, atque curatio antiphlogiſtica requiritur. In gravi paronychia ligamentum carpi abſque ulla noxa diſſectum, nudatique tendines. Proſtatæ

ſtatæ ſcirrhum valde metuit; exemplum in calculoſo. In tumore palpebræ cicuta profuit. De cadaveribus, in quibus circa Pſoam muſculum abſceſſus fuit. De herniis complicatis, & de earum inſigni periculo &c.

§. DCCCLXIX. Galli.

Guerin, chirurgi Lugdunenſis, *traité ſur les maladies des yeux, l'operation de la cataracte par un inſtrument nouveau, qui fixe l'œil & fait la ſection de la cornée* Lyon 1769. 12. *. Ordo non bonus, ſed vir multa expertus. In oculi inflammatione plumbum in aceto ſolutum utiliter adhibuit. Magnete, ut olim Hildanus, micas chalybeas ex oculo extraxit. Tumida vaſa ligat, & forfice reſecat, non alteri adminiſtrationi ceſſura. Conjunctivam ſanguine ſuffuſam ſponte crepuiſſe felici eventu. Cum glandulæ Meibomii obſtructæ, tarſus adroſus eſſet, mercurio liquefacto fiſtula ſanata eſt. Palpebram ab oculo faſcia detraxit, chartam oleo imbutam interpoſuit. Anellii ſtyli argentei canales lacrumales reſerant, fiſtulas calloſas non ſanant. Ad modum Cabanisii, paulum emendatum, ſetaceum per viam lacrumalem trajicit. A turundarum uſu cicatrix dura ſucceſſit, ægro moleſta. Injecta in fiſtulam aqua cum veronica decocta profuit. Ferro candente noſter non utitur. Ne ſaccus lacrumalis per ſanatam fiſtulam diſtentus maneat, apta preſſione utitur. Facile curari vulnera tunicæ corneæ. Staphyloma preſſionem non fert. De cataracta: ſæpe ſe opacam membranam exemiſſe, etiam forfice diſſecuiſſe. Eam membranam eſſe capſulam lentis opacam, ab ejus membrana propria diverſam. Antonii *accompagnemens* eſſe Morgagni aquulam ſpiſſatam. Pro extractione lentis, ad quam forcipem adhibet, elaſtro inſtructam, quæ una & oculum continet, & tunicam corneam pertundit, capſulam vero lanceola occulta aperit. Strabiſmus ex ocularium dentium eruptione, ex unguento ad lichenes, &c.

Hurel veterinarii, *diſſ. ſur le farcin* Paris 1769. 8. *. Germanice Breslau 1771. 8. Cauſa mali, quam potiſſimum tribuit, deficienti per nares humorum purgationi, quam neceſſariam putat. Contagium habere, curari medicamentis antiphlogiſticis, & ſua potiſſimum potione.

An idem libellus *le farcin maladie des chevaux & les moyens de le guérir* Paris 1770. 12.

Valentin, chirurgi, *éloge de M.* le Cat Paris non London 1769. 8. *. In calculo ſecando feliciſſimum fuiſſe. Fratri J. de ſ. Cosma utiliter ſe oppoſuiſſe: panegyriſta.

Ej. *recherches critiques ſur la chirurgie* Paris 1772. 12. *. Aſperum & acerbiſſimum adverſus Antonium Louis ſcriptum. Contra ſuturam. Pectus loco aptiſſimo debere perforari, quando ſanguis in cavum effuſus eſt. Effuſi ſigna, nam utroque modo facile errari: adgnoſcit intus effuſum ex cruore in celluloſam telam infra vulnus egeſto. Non aliud præter miſſionem ſanguinis auxilium mortem avertere.

avertere. PECHLINUM carpit. De modis quibus A. LOUIS os amputati artus conatus eſt contegere. Nullum eſſe duarum inciſionum uſum, dolorem certum eſſe. Cum accurate conſilia ANTONII ſequeretur, chirurgum DU POUY tamen non potuiſſe nudi oſſis culpam vitare. Rem eſſe facillimam; ante amputationem femur plene extendi: non prius vero carnes interne & poſterius incidi, quam genu flexum ſit, ita majorem muſculorum partem ſervari integram. Non vere fines muſculi ſe retrahere. Faſcias circulares nocere. In patellæ luxatione femur unice debere ad truncum corporis flecti. De labio leporino. Se aciam ad hunc uſum inveniſſe, & duo tenacula, quæ labra continent.

Diſſertation ſur les antiſeptiques Dijon 1769. 8. *. in clinicis redibit, juſto cum elogio. Præmium meruit B. BOISSIEU. Multa phyſica, nonnulla chirurgica. Cl. CAMUTTIUM in gangræna uſum ferri igniti commendare, eminus admoti.

Altera diſſ. eſt TUSSANI BORDENAVE.

Tertia GODARTI, quæ nobis inprimis placuit.

VENEL, chirurgi noſtratis, qui in Polonia vivit, *nouveaux ſecours pour les corps arrêtés dans l'œſophage, ou deſcription de quatre inſtrumens plus propres qu'aucuns des anciens moyens, à retirer ces corps par la bouche* Lauſanne 1769. 12. *. 1. Tenacula obtuſa, quæ ex tubo anſam ſecum in œſophagum fert, ea ad corpus peregrinum conprehendi poteſt & firmari, quod educi debet. Ex virga balænaria parari neceſſe eſt. 2. Uncus qui perinde ſe aperit, anſam emittit, circumponit & ſtringit; tertium, quartum, quintum inſtrumentum eumdem ſcopum habent. Forceps dentaria.

LA MARQUE, chirurgi, *l'operation laterale ſimplifiée & abregée par le moyen d'un lithocyſtotome, inſtrument nouveau, qui ſeul avec & les tenettes ſuffit à cette operation* Toulouſe 1769. 12.

An EJUSD. gangræna velociſſima intra 24. horas progrediens & funeſta *Journ. de Med.* T. XLI.

Le veritable medecin, ou le moyen de conſerver la ſanté, contenant pluſieurs pratiques de medecine, pharmacie, chirurgie &c. Paris 1769. 12.

Lettres patentes du Roi qui concernent l'acquiſition faite de divers bâtiments en faveur du college & de l'Acad. R. de Chirurgie Paris 1769. 4.

Requête preſentée au Roi par M. le Chirurgien ordinaire & les huit chirurgiens en titre d'ofice ſervans par quartier auprès de S. M. Paris 1769. 4.

§. DCCCLXX. GERMANI.

CASPAR SIEBOLD, profeſſor Würzburgenſis, vir Cl. Ej. eſt *collectio obſervationum medico chirurgicarum, faſciculus* I. Bamberg 1769. 4. *. GAUBII diſcipulus. Ramices

mices incarceratos varios deſcribit. Appendix ilei ſtrangulata. Sanata hernia gangrænoſa. Cancer feliciter aliquoties amputatus, cum cicutæ adverſus id malum efficacia non ſuffeciſſet. Cerebri hernia.

J. Aug. Philip. Gesner *Schreiben zur Arzneygelahrtheit und Naturkunde* Nördlingen 1769. 8. *. Aliqua ad chirurgiam faciunt. Abſceſſus pectoris feliciter inciſus. De inflammatione. Cicutæ vires in nonnullis celluloſæ telæ tumoribus efficaces: tum in ſtruma & morbis cutaneis.

Ej. *Samlungen aus der Arzneygelahrtheit und Naturkunde erſter Theil* Nördlingen 1770. 8. *. Clinici eſt argumenti.

Sed in tertio volumine Nördlingen 1771. 8. * agitur de funeſto vulnere cranii, cum feſtuca de oſſe ſquamoſo in cerebrum impacta id in abſceſſum mutaſſet, & corpora ſtriata gangræna tacta eſſent; ſex tamen diebus homo ſaucius abſque ſymptomatibus vixit. In gangræna cinchona, in ſtrumis cicuta, in dolente urina uva urſi utiliter datæ.

J. Georgii Schenkbecher, medici caſtrenſis, *Bericht von den heilſamen Würkungen der Kinkina nebſt einem Anhange von dem innerlichen Gebrauche des Schierlings &c.* Riga 1769. 8. *. Feliciter adhibitus cortex Peruvianus, in gangræna ſcroti, ſpina ventoſa, gangræna penis. Succus cicutæ profuit ad induratas glandulas colli & ſcroti duritatem.

Abrah. Christoph Salchow *chirurgiſche Betrachtungen zur Beſtätigung der unnöthigen Amputation und des Nutzens der Bleymittel* Hamburg 1769. 8. *. Puero rota molendini, a vento agitati, brachium repetito fregerat; miſerum noſter amputationi eripuit, fiſtulasque apta inciſione facta ſanavit, ſolis fere ex plumbo medicamentis uſus, quæ maximi facit in ulceribus, vulneribus, tumoribus variis &c. Bilgueri placida urget.

J. Augusti Ridder *obſervatio rarior de fetu ſeptem menſium per inteſtinum rectum, matre ſalva & ſuperſtite excluſo* Annaberg 4. * abſque anno. Partum ad fetus ventrales refert extra uterum conceptos.

J. August Unzer *der Arzt eine mediciniſche Wochenſchrift.* Pridem prodierat a. 1759. nunc vero collecta & aucta 1769. 8. 6. vol. *. Paſſim inter clinica etiam chirurgica intercedunt, pro acuto Cl. viri ingenio grata dictione expoſita. Funeſti caſus infantum, quibus phthiſica obſtetrix ſua ſaliva umbilicum confricabat. Delapſus carioſi pedis. Auxilia adverſus odontalgiam.

Ej. *mediciniſches Handbuch* Hamburg u. Lüneburg 1770. 8. *. Quoddam quaſi prioris operis compendium. Auxilia potiſſimum ad caſus ſubitos, ad vulnera, lapſus, morſus &c.

Der kürzeſte Weg zur Arzneykunſt Leipzig 1769. 8. *. Nullius momenti.

Hans Bernhard Ludwig Lembke *Beantwortung der Schrift von den Beſchwerlichkeiten der Geburtshülfe* Lubeck 1769. 4. Adverſus libellum Walbaumii

J. BARO de SIND *Unterricht in der Pferdzucht und Anlegung der Geſtütte* Francf. 1769. 8.

EJ. *vollſtändiger Unterricht in den Wiſſenſchaften eines Stallmeiſters* Gotting. 1770. fol. *. De morbis equorum eorumque remediis. Id. animal non ferre acria medicamenta, quæ veſicas trahant: ſetacea ad oculorum morbos non valere. Se cataractam in equo docuiſſe deponere, modumque dicit & inſtrumenta; ſic veſicæ calculum incidiſſe; ſemel tamen tantum ab ea curatione equum ſuperſtitem evaſiſſe. Spiritu vitrioli dulci ganglia deſtruit. Fracturas oſſium vulgo pro deſperatis haberi; eas ſe curare, & oſtendit ut caveatur, ne ſibi equus noceat. Decies oſſa fracta feliciter ſe curaſſe. Tendines non dolere, dum in gangrænam abeunt. Morbum *der Roz* in ſanguine reſidere, non in pituitariis ſinubus: ad eum morbum ILL. viri arcanum. Renes equis ſæpe ulceribus corrumpuntur & calculis. Hernias etiam curat.

J. JAC. ROSCIUS *Beſchreibung einer glücklich abgenommenen krebshaften Bruſt von 12. mediciniſchen Pfunden an einer 62. jährigen Frau* Königsberg 1769. 4.

§. DCCCLXXI. ITALI.

IPPOLITO ANDREA LOMI, Florentino, *lezioni di chirurgia date alla luce dal* D. LUCA GERHARDINI Firenz. 1769. 4. LUDW.

§. DCCCLXXII. DISPUTATIONES.

WYNOLD MUNNIK *de lue venerea &c.* Leid. 1769. 4. *. Dicit etiam de hernia incarcerata gangrænoſa, quæ mortis cauſa fuit.

J. MATTHIAS COSTENBACHER *de abuſu veſicatoriorum in morbis malignis* ib. 1769. 4. *.

ARTHUR DUFF *de metritide* ib. 1769. 4. *.

FRANC. RIGAIL FELIX *de inteſtinorum intuſſuſceptione* ib. 1769. 4. *.

BENJAMIN LUCY *de maſtitide* ib. 1769. 4. *.

F. W. JERICHO *modus ſectionis oculi in cataracta inſtituendæ, variæque circa ophthalmotomiam cautelæ, acc. obſervatio practica de tumore oculi inſolito* Utrecht 1769. 4. *. Jam eſt dicta & a Cl. LUDWIG ad a. 1771.

J. FRANC. PUSWALD *de ophthalmia* Wien 1769. 8. *.

GOTTFRIED MICH. HERMAN BAUMBACH præſ. R. H. VOGEL *de curatione cancri occulti & aperti per aquam calcis vivæ potam præſtita* Gotting 1769. 4. *. Exemplum in cancro exulcerato, & in ſcirrho mammæ maligno.

CAR. FRID. CHRISTIAN HENNEMAN *de obliquitate uteri & poſitura infantis obliqua & iniqua* ib. 1769. 4. *. Non debere obliquum uteri ſitum cum obliquo poſitu fetus confundi, ut quidem vulgo ſoleat. Qui dudum ante DEVENTERIUM de ea obliquitate cogitaverint.

Ejus

Ejus mali varietates. Fetus obliquus, qui non eſt in ductu axis uteri. Poſitura iniqua, in qua facies non reſpondet oſſi ſacro.

CHARLES FREDERIC REHFELD & ANTOINE MORIEN *traité mecanique & raiſonné ſur l'art de l'accouchement* Greifswalde 1769. 4. *. Gallice ſcripta diſputatio.

GEORG PHILIP. MICHAULT & J. JUST EBELT *prolapſus ventriculi ab umbilico* Marburg 1769. 4. *.

J. JAC. HENR. HERMANN *de variis cauſis infanticidiorum* Lipſiæ 1769. 4. LUDW.

ERN. SAMUEL UHSE *de chirurgiæ medicinæ & philoſophiæ ſuperſtructæ præſtantia* ib. 1769. 4. *.

CHRIST. FRID. JÆGER & CHRIST. FERD. KAYSER *de cantharidibus earumque actione & uſu* Tubing. 1769. 4. *. Ipſum extractum veſicas ciere. Vires medicatæ.

J. GERHARDI GMELIN præſ. eodem Cl. JÆGERO *propoſita experimenta de ſubmerſis* Tubing. 1769. 4. *. Magis ad phyſica & phyſiologica pertinent. Nulla aqua in trachea, ſed aqua ſpumoſa flava preſſis pulmonibus prodiit.

ANDREAS NUNN & MATTH. FRANC. ALIX, auctor, *de duabus prope perinæum fiſtulis urinam purulentam excernentibus* Erford. 1769. 4. Alia Cl. ALIX alibi dixi.

J. AUGUST MONTANUS *de curatione ulcerum per puris reſorbtionem* Erford. 1769. 4. *.

CHRISTIAN LUDW. SCHWEIGKHART *obſervationes de non neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione* Argentor. 1769. 8. *. Cum abſque injecto vinculo funiculum reſecuiſſet, nullum effluxiſſe ſanguinem.

CAR. GOTTFRIED BECKER *de intuſſuſceptione cum conjuncta obſervatione* ib. 1769. 4. *. Cum homo utrinque hernioſus ſymptomata pateretur, qualia ſolent a ſtrangulatione naſci, ſolo ſitu, quo inteſtina de abdomine longius recederent, factum eſt, ut inteſtina ſponte redirent.

J. JAC. GREINER *de veſicatoriorum præſtanti in variolis uſu magno pro exſtirpatione argumento* ib. 1769. 4.

FRANZ. CAR. MELZER *de hernia incarcerata* ib. 1769. 4. *. ILL. LOBSTENIUS inteſtinum decolor, & ad induratum omentum adnatum, anulo inciſo repoſuit. Ligare anulum inutile eſt & noxium.

J. IGNATIUS XAVIER EMERICUS LA CHAUSSE *obſervationum biga* ib. 1769. 4. *. Cachexia ex ſcabie ſuppreſſa &c.

Le CRAN *de omnibus partibus chirurgiæ, de extractione placentæ* Cadomi 1769.

GUIL. ALEXANDER *de cantharidum hiſtoria & uſu* Edinburg 1769. 8. *.

SNOWDEN WHITE *de ulcuſculis venereis* Edinburg 1769. 8. *.

ANTONII LOUIS & PETRI FAGUER *diſſ. de methodi* Hawkinſianæ *in calculoſorum ſectione præſtantia* Parif. 1770. 4. *. Alias diximus. Conductoris dextrum latus ſecat, is per ſemicanalem in ſulcum catheteris ducitur, & proſtatam collumque veſicæ dividit.

J. JAC. FRISAC, chirurgus, *theſe de chirurgie ſur les bleſſures de la tête* Gallice Toulouſe 1769. 4.

§. DCCCLXXIII. DIARIA.

In *Journ. de Medec.* T. XXX. BALLAY, chirurgi, de femina fulgurata relatio. Sanguis ſub dura cerebri membrana effuſus.

SAULQUIN, chirurgus, de vi beneficia hydrargyri ad morſum canis rabidi.

JOUBERT de la MOTHE infelix puerperium, ob hæmorrhagiam ex placenta ſoluta.

DURAND, medicus, de hernia umbilicali, quæ ex colicis doloribus orta, gangrænoſa facta eſt.

D'OEILLEY, chirurgus, vulnus ſtlopetarium in abdomen penetrans cum omenti exitu, & inteſtini læſione, facile ſanatum.

T. XXXV. vulnus ſtlopetarium renis ſtricta diæta ſanatum.

T. XXX. iterum MARESCHAL, chirurgus; iſchuria die XIV. ſublata.

T. XXXI. GUERIN, medicus: calculus pene unciæ pondere ſponte de urethra feminæ decedens.

Le BEL, chirurgus, tibia perioſteo nudata, tendo per media ſectus, inde magna ſymptomata.

LEYMAR de la COMBE, chirurgus, non fuiſſe, quæ putabatur femoris luxationem.

KECK, chirurgus; duplicem tubulum deſcribit, qui anſam polypo uterino circumjicit, ut eum adſtringat & exſtirpet.

MICHEL ARNAUD, chirurgus, alius a prioribus ejus nominis, Ex variolis abſceſſus ad os ſacrum ſubnatus, cum gangræna acceſſiſſet, tamen ſanatus.

Memoires de l'Academie de Dijon Dijon 1769. (vel 1770.) 8. *. Pluſcula huc faciunt, aliqua aliis locis dicta.

Cl. HUGO MARET, medicus, veſicatoriis feliciter uſus eſt in pectoris inflammatione.

De acu in ovis corde reperta.

J. PHILIBERT MARET *obſervations ſur la pierre & ſur une hydropiſie ſpontanée.*

De

De utilitate conſilii, quod olim HILDANUS ſecutus eſt, tum nuper RAVIUS: inciditur nempe urethra, cæterum calculum differtur eximere, quoad pus generetur, & partium tenſio ſe remiſerit. Seorſum prodiit *Memoire ſur l'operation de la taille extrait des Mem. de l'Acad.* Dijon 1769. 8.

In II. Volumine actorum Academiæ Palatinæ, Cl. DAN. WILH. NEBEL refert de fetu 34. annis in utero manente, cujus exterior ſuperficies indurata erat.

In *Verhandelingen uytgegeeven door het Zeeuwſch genootſchap der Wetenſchapen* Middelburg 1769. 8. *.

GISBERTUS de WITT, chirurgus, fuſe egit de diverſis artificiis, quibus cataracta educitur, deque eorum commodis & incommodis. De variis periculis, quæ cataractæ depoſitionem comitantur, in qua præterea adminiſtratione omnino caveri nequit, ne corpus vitreum lædatur. Commoda extractionis. Vitia DAVIELIANORUM conſiliorum, & forficis incommoda, inſtrumentorum nimia varietas. In GEORGII de la FAYE encheireſi oculum nimis celeriter vacuari, facile partem infimam iridis amputari. POYETI cultellum male ancipitem eſſe, & nimis longum, SHARPII cultellum juſto eſſe anguſtiorem, neque capſulam lentis cryſtallinæ apertionem doceri. Vitia PALLUCCIANI inſtrumenti. Noſter oculum le CATI inſtrumento firmat, capſulam lentis cyſtotomo GEORGII de la FAYE aperit. Exemplum ubi ea lens evanuerit.

IDEM de hernia incarcerata repoſita, & tamen mortem inferente, cum ab omento circumvoluto inteſtinum ſtrangularetur.

SAMUEL de WIND, medicus, de corde & aliis viſceribus in fetu nudis.

F. H. GRAM de hernia incarcerata repoſita, gangrænoſa, inteſtino aperto, ſanata.

In *Verhandelingen uytgegeeven door de Holl. Maatſchappy der Wetenſchappen* T. XI. Haarlem 1769. 8. * potiſſimum agitur de morbis qui deglutitionem impediunt. Præmium reportavit MATTHIAS v. GEUNS. Fuſe de glandulis induratis gulam urgentibus, malo in Belgio frequente. Aliquot exempla cum cadaverum ſectionibus. Hydrargyri nonnunquam felix effectus.

In *Dresd. Anzeigen* 1767. J. GODFRID LEURRE hernia gangrænoſa ſanata.

§. DCCCLXXIV. ANGLI.

WILLIAM NORTHCOTE *the marine practice of phyſik and ſurgery* London 1770. 8. 2. vol. *. Per multos annos chirurgus navalis, iis potiſſimum ſtudet prodeſſe, qui utramque Indiam adeunt. Cæterum collectio eſt, quæ vix quidquam habet proprii. Monet tamen, quibus ſignis cognoſcatur, cataractam potius eſſe extrahendam, quam deponendam. Artus non prius amputat, quam gangræna conpreſſa fuerit. Formulæ &c.

Tomus II. medici eſt argumenti. De *Yaws* morbo ſcrophuloſo, qui etiam oſſibus nocet. De ſcrofulis; in eo malò corticis Peruviani uſum ſalutarem eſſe. De apparatu, quo chirurgus ad pugnam navalem res ſuas inſtruit. De ſuſcitandis validos per ſtimulos ſubmerſis.

WILLIAM ROWLEY *eſſay on the cure of ulcerated legs without reſt &c.* Lond. 1770. 8. *. A ſolo nitro curationem ſperat. Non probat quietem perpetuam, quæ momentaneum præſtet levamen, ut deterius malum continuo erumpat, quamprimum corpus exercetur. Addita curationum exempla.

EJUSD. *eſſay on ophthalmia* London 1771. 8. *. Perinde in nitro fiduciam ſuam ponit.

EJ. *practical treatiſe on the diſeaſes of the breaſt of woman* London 1772. 8.*. Induratas mammæ partes non debere tangi. Magnas inciſiones vitandas, quæ difficulter ſanentur: camphoram imponi, & cataplaſma; cauſtico medicamento tumorem aperiri. Ad ſcirrhum plumbo utitur.

JOHN MORLEY Eſq. *an eſſay on the nature and cure of ſcrofulous diſorders* ib. 1771. 8. * ſed ea ſeptima eſt editio. Millenos ſe curaſſe affirmat, pleroſque ſanaſſe. Signum mali eſſe tumorem ſuperioris labri abſque certa cauſa. Tumere etiam amygdalas cum ſuffocationis metu, tum glandulas ſub alis. Verbenæ radicem ſiccam in album linteum involutam de collo ſuſpendit; unguentum ex radice verbenæ cum ſempervivo in adipe ſuillo toſta imponit, nonnunquam & cicutam.

J. AIKIN, chirurgi, *eſſay on the ligature of arteries* ib. 1770. 8. * cum CAROLI WHITE caſibus. Vi ſua contractili arterias claudi, vinculo laxiori hæmorrhagiam conprimi, quod ipſi quidem arteriæ melius injiciatur.

EJ. *eſſays on ſeveral important ſubjects in ſurgery chiefly on the nature and cure of fractures* ib. 1771. 8. *. Contra vulgata ad fracturam femoris conſilia. Debere muſculos laxos eſſe & abſque tenſione. Tribus utitur laminis chalybeis curvis, quæ ſuperne & interne loro firmatæ, cingula ita adducunt, ut artus pro lubitu longior poſſit reddi, breviorve. In tibia eodem utitur auxilio: idemque tendinem Achillis facit conſervere. De trunco artus amputati deligando: glutinoſo utitur emplaſtro, quod multis loris radiatim in centro trunci amputati convenientibus cutem ſuper os deducit: ut autem in centro ea lora uniantur, tricrure ferramento utitur. Ut hæmorrhagia preſſione comprimatur. Duo anuli, inter quos fracta patella firmetur. Clavis cum unco, ad educendos dentes, & forceps curva.

EJ. *obſervations on the external uſe of lead with ſome general remarks on topik medicines* ib. 1771. 8. *. Extractum Saturni GOULARDIANUM noſtro non placet, etiam minime admiſtus ſapo. Plumbum non reſolvere, neque reſolvere quæ mollientia dicuntur. Nocere ea inflammatis. Pus formatum nullo auxilio diſſipari. Gangrænam cauſam eſſe inflammationis, non effectum. Calloſas ulcerum oras egere mol-

lientibus,

lientibus, non corroſivis: illis etiam ulcera maligna tibiæ ſanata. Farinoſa fomenta oleoſis præſtare. Princeps finis in cancro eſt, reſiſtere putrefactioni. Ad ancyloſes plumbum non valere: ligamenta craſſeſcere eo in malo, & tendines rigeſcere, plurimum a veſicatorio medicamento ſperari. Scrofuloſa mala articulationum curationem non admittere. Nocere mollientia in hernia incarcerata; plus præſtare ſimplicem tractationem. Cerei: eorum vis ſalutaris fere a figura pendet.

Robert Brand *the rupture curers diſplayd* London 1771. 8. cum modo, quo cataractæ reducuntur & retinentur.

Obſervations on the effect of ſeawater in the ſcurvy and ſcrofula London 1770. 8. Scrofulas non ex materie propria, ſed ex propria glandulæ materie naſci.

§. DCCCLXXV. Galli.

F. A. De Leurye, chirurgi, *traité des accouchemens en faveur des éléves* Paris 1770. 8. maj. *. Artis compendium, cujus magna pars collectanea eſt. In præfatione vectem Roonhuysianum rejicit. Omnino ex naturæ nutu cartilagines pelvis laxari. A nimis laxa pelvi uteri prolapſus fieri. Ab erepta violentius placenta ligamenta uteri vim pati. Per ſuperius pelvis fretum fetum progredi altera aure poſteriori, anteriori altera. De tangendo uteri oſtio. Aquæ ſpuriæ. Partus. Extractio, quæ fit adreptis pedibus: verſio. De forcipe; eſt ubi noſter uncum præferat. De utero obliquo, retrorſum non vergere, niſi pelvis male facta ſit. Secundas continuo ab enixu extrahit, reliquias naturæ curæ committit, neque valde metuit, ſi fragmenta placentæ in utero manſerint.

Manuel du jeune chirurgien Paris 1770. 12. *. Auctori nomen eſt Nicolas, chirurgus eſt, neque indoctus. Chirurgia brevis eſt. Terebrationem cranii in noſodochio *l'Hôtel-Dieu* fere infeliciter cedere. Solis vinculis labium leporinum curari poſſe. In ambuſtione veſicas jubet aperire. In cancroſis tumoribus & celluloſam telam eſſe, & concrementum inorganicum. Hernias cerebri manu curandas ſuſcipit. Contritorum vulnerum felices eventus. Faſciæ. Medicamenta.

Didelot, chirurgi, *inſtruction pour les ſages femmes ou methode aſſurée pour aider les femmes dans les accouchemens laborieux* Nancy 1770. 12. *. Yverdon 1771. 12. *. Breve compendium, quod tamen noſter ſuis curationibus miſcuit. Secundas continuo poſt fetum educit: & ſi natura ceſſat, manum in utero relinquit, ne claudatur. Abortus placentam naturæ committit. Oblique mavult fetum prodire, ut F. Ould. Puerum, qui mortuus videbatur, reſecto funiculo refocillavit. In uterum inflammatum mollientia medicamenta injicit.

Baudot, medici, *Eſſais antihydropiques* Paris 1770. 4. *. In principio hydrargyro utitur, adultum malum nulli medicinæ cedit. Non valde inficere, certe non ſaliva.

REISSER, ſartor, isque Germanus, edidit Lion 1770. 8. *. *Avis important au ſexe, ou eſſay ſur les corps baleinés:* Germanice ſcriptum, nec male verſum opuſculum. In thoracibus balænariis ſæpe peccari, potiſſimum etiam Pariſiis, cum juſto breviores parentur & anguſtiores. Utrumque ſexum dextram ſcapulam fere humiliorem habere. Debere eos thoraces ſatis amplos eſſe, & poſtice robuſtiores. Ut humeri retrorſum ducantur, ſcapulæ deprimantur, iniqua corporis forma emendetur. Gibbi initia ſæpiſſime curat.

DUPRÉ de l'ISLE *tr. des léſions de la tête par le contre-coup & des conſequences pratiques* Paris 1770. 12. *. Aere caput plenum ponit. Calamitatem prævidet, & præſagium ab experimento confirmatum eſt, quod tumori erat ſuperſtructum, ſi fiſſura adfuerit: terebram commendat.

DU CHEMIN de l'ETANG, medicus, *memoire ſur la cauſe de la mort des noyés pour ſervir de reponſe à M.* FAISOLE & CHAMPEAUX 1770. 8. *. Ad ſigna ſuffocationis ſub aquis pertinet.

Cum MARQUETI *traité pratique de l'hydropiſie & de la jauniſſe* prodierunt Paris 1770. 8. aliquæ BAGARDI archiatri curationes. De incarceratione inteſtini recti cum gangræna, cujus mali cauſa in peſſario fuit. Scirrhus cancroſus pylori, & ſimile in imo œſophago malum. D. CASTRYK empyema ſanavit, poſtquam coſtarum ſpuriarum aliqua ſanata fuerat.

In BUCHODZ *Manuel medicinal* Paris 1770. 12. * iterum aliquæ ſunt MARQUETI curationes chirurgicæ. Tumorem cyſticum ex atheromatis claſſe feliciter ſibi ipſi in fronte eroſit. Ad carbunculum ſedum acre laudat.

BONNAUD *degradation de l'eſpece humaine par l'uſage des corps de baleine* Paris 1770. 12. *. Multa mala, quæ a thoracibus balænariis in genus humnum redundant. Reſpirationem impediri, coſtas introrſum pelli, alterum humerum altius adſcendere, ſpinæ dorſi figuram vitiari, ventriculum urgeri, & lienem, & hernias naſci: pelvis fabricam corrumpi, ſanguinem ad caput repelli, nihil ab iis thoracibus bonum ſperari poſſe.

POUPEE des PORTES, medici, *hiſtoire des maladies de St. Domingue* Paris 1770. 12. 3. vol. *. Morbi etiam chirurgici. *Yaws* Anglorum prima luis venereæ facies. Mortui ſunt, quibus teſtis induratus apertus fuerat. Carunculas urethræ non eſſe niſi cicatrices.

PERRET *Pogonotomie, ou l'art de ſe raſer ſoi même, ſuivie d'une obſervation importante ſur la ſaignée* Yverdon 1770. 8.

Declaration du Roi qui crée Mr. de la MARTINIERE *Conſeiller d'Etat* 1770.

Lettres patentes concernant les chirurgiens des duchés de Lorraine & de Bar du 19. Juin 1770. Nancy 1770. 4.

§. DCCCLXXVI. GERMANI.

J. FRIED. SCHÜTZE, medici, *gründliche Anleitung zur Hebammenkunſt* Hildburghauſen 1770. 8. *. In partu coccygem ad unciæ diſtantiam diſcedere. In

partu

partu fetus ſani tamen aliquas partes eſſe. In ſella melius pari, recte. De malo fetus poſitu, & uteri.

GOTTFRID WILHELM SCHILLING, medici, *diatribe de morbo in Europa pene ignoto, quem Americani vocant Yaws* Utrecht 1770. 8. *, Belgice Uytrecht 1771. 8. Vera ejus morbi deſcriptio, qui a tuberculis & veſicis incipit, in articulo aliquo provenientibus, contagioſis: cum quibus ſæpe, in deterioribus exemplis, ſcirrhi conjunguntur glandularum internarum, caries etiam oſſium, & ulcera atque vomicæ.

CHRIST. LOEBER *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, nebſt einer Vorrede von den Vortheilen des Aderlaſſens bey Kindern* Langenſalze 1770. 8.

Wegweiſer der Geburtshelfer oder der Meiſter in der Kunſt die Entbindung der Weiber zu befördern Glogau 1770. 8.

LUDWIG RUDOLF PEYBERT *kurzer Auszug aus der Lehre von der Hebammenkunſt* Ulm 1770. 8.

G. J. BRULHS *Anmerkungen, über* RANELS *dritten Theil des wahren Portraits eines Medici Chirurgi und Hebammen* Ulm 1770. 8.

Nürnbergiſche Ordnung die Haltung groſſer Hunde und die unter den Hunden und Katzen ausgebrochene Wuht betreffend 1770. fol.

J. PAUL KOCH *aus Erfahrung gegründete abhandlung von Beinbrüchen, über Beinbrüche überhaupt* Jena 1770. 8. Valde ſpernit Cl. WEIZ.

D. LUD. R. *Auszug aus der Lehre von der Hebammenkunſt zum Behuffe der Hebammen* Ulm 1770. 8.

Roßarzneybuch Pferdcuren &c. Leipzig 1770. 8.

Baſeliſche Hebammenordnung Baſil. 1770. 4. *.

§. DCCCLXXVII. BELGÆ.

ALBERT LENTFRINK *geneeskundige tydſchrift ofte Verzameling van ontleed wondarzeny en natuurlyke Waarneemingen* Roterdam 1771. pars quarta, ut putes aliquanto prius cepiſſe edi. Collecti variis ex fontibus libelli, etiam chirurgici.

ANTON. BENEVOLI en C. TACONI *heelkondige Waarneemingen cum notis* J. BERNARDI SANDYFORT Haag 1770. 8.

Relatione della portentoſa guarigione di uno cancro eſiſtente nella mammilla ſiniſtra della ſ. S. Anna Pacolini Firenze 1770. 8. Puto PAULLUCCI eſſe opus.

§. DCCCLXXVIII. DISPUTATIONES.

SAMUEL FRIDERIC SCHEFFEL *de fetu natibus in partu prodeunte obſervationes & analecta* Gotting. 1770. 4. *. Quinquageſimum quemque infantem natibus edi præviis. Non debere inter partus præter naturam numerari. Niſi a na-

tura expediantur, ſetum debere pedibus adreptis extrahi, etiam cum unci aut forcipis adjumento.

FRANCISCI ARAND *obſervationes medico chirurgicæ* Gotting. 1770. 4. *. In hernia incarcerata frigida fomenta improbat. Anus atretos apertus, eventu felici. A difficili partu genitalium partium ſugillatio, eam vult inciſam.

J. ERN. NEUBAUERI, præſtantiſſimi viri, *diſſ. de epiplooſcheocele, cujus receptaculum peritonæi mentiebatur proceſſum, teſtem & epididymidem ſimul continentem* Jen. 1770. 4. *. Vera hernia congenita, quæ teſtem conprehenderit. Ut hernias curare oporteat. Saccum debere aperiri. Vinculo epiploi nihil eſſe opus.

J. CHRISTIAN FRANKE *de cancro* Jen. 1770. 4. *.

CHRIST. FRID. JÆGER & auctor WILLIARD *de metaſtaſi lactis* Tubing. 1770 4.

EJ. JÆGERI & auctoris JOH. JACOBI KOHLHAAS *de geneſi calculi urinarii* Tubing. 1770. 4. *.

ERN. PLATNER *hiſtoria litteraria chirurgica lithotomiæ mulierum* Lipſiæ 1770. 4. *.

EJ. *ſupplementa in* J. Z. PLATNER *inſtitutiones chirurgicas* ib. 1773. 8. *. Theoria inflammationis: ſedem mali in venis eſſe videri. Puris materiem per totum ſanguinem diſpergi; hinc ulcus poſſe univerſi corporis mala tollere. Vis agarici BROSSARDIANI; reſpondiſſe in nonnullis arteriarum vulneribus. Lycoperdon ſpirituoſis auxiliis præfert. De vinculo arteriæ injiciendo. Gangrænam non naſci ex inflammatione. Etiam in ſicca gangræna corticem Peruvianum valere. Contra amputationem: & BILGUERUM nimium eſſe, & contrariæ ſententiæ auctores pariter juſto longius procedere. Magnæ arteriæ vulnera amputationem poſcere. Artum fuiſſe ſervatum, quem globus major percuſſerat. Longas fiſſuras ſæpe in femoris oſſe adparere. Contra ſecundas inciſiones: eas non ubique in vulnere ſtlopetario requiri. Vulnera pedis tamen non raro ſanari. Quando pus eſt in articulatione, capſulam debere aperiri. Medii artus percuſſionem majorem facere commotionem. A globis majoribus potiſſimum commotionem fieri, non a glandibus. Contra FAURE amputationem differentem. Digito arteriam bene comprimi. Contra carnea ſegmina. BROMFIELDII modus artuum ex acetabulo excidendorum optima &c.

ANTON. MICHAEL HIEFINGER *hiſtoria hydropis pectoris cum aneuryſmate cordis* Wien 1770. 8. In arteria aorta ſquamæ oſſeæ.

J. BAPTISTA ROBERT *de ventriculi vulneribus* Leid. 1770. 4. *. Exiguum vulnus, per quod potus elabebatur, quarto die funeſtum.

CAR. FRID. LUD. DACHTLER *de variis oculorum morbis* Leid. 1770. 4. *.

DAVID PERRELET *de carie oſſium* Argentor. 1770. 4. *. Femina bene mihi nota, ex ALBINI adfinitate, quæ diu Surinami vixerat; multas oſſium ſpontaneas

ſpontaneas fracturas paſſa erat, etiam claviculæ & femoris, cum carie & exoſtoſi.

J. PHILIP KEES *de læſionibus capitis* Argent. 1770. 4. *. A gravi lapſu magna ſymptomata abſque terebratione ſuperata.

JACOB BIDERMANN *de labio leporino* ib. 1770. 4. *.

GERHARD EYTING *de conſolidatione vulnerum* ib. 1770. 4. *. Experimenta in animalibus facta. Vidit puncta eſſe efflorefcentia, in quibus vaſa, quæ etiam in cicatrice reperiuntur, veram nempe cutem & vaſculoſam materiem renaſci.

CLERIADES VACHER & B. P. de la NOUE *E. bubones critici in febribus malignis ſtatim incidendi* Paris 1770. 4. *.

PET. JOS. MORISOT des LANDES & C. J. L. COQUEREAU de RANCE' *E. vulnerum curatio quo ſimplicior eo melior* Pariſ. 1770. 4. * eadem quæ ILL. LA SONE 1742.

GUIDON DAN. DESPATUREAUX & J. B. MICHAEL BUCQUET *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum* ib. 1770. 4. eadem quæ CHOMELII 1754. 4. *.

J. NIC. MILLIN de la COURVAULT & J. JAC. NOLLIN *E. impeditis lacrumarum viis parari debet lacrumis artificiale iter, in cavum quod juxta majorem oculi canthum, inter ſuperficiem internam palpebræ & oculi globum deprehenditur* ib. 1770. 4. *. Eadem quæ LE PREUX 1766.

THEOPHILI BORDEU & JOS. JAC. GUILLOTIN *E. oſſa prope articulum fracta poſt calli γενεσιν leni motu exercenda* ib. 1770. 4. *. Eadem quæ MALOET 1752.

HENR. MICHAEL MISSA & CAR. la FISSE, auctor, *E. lupiis cauſtica* ib. 1770. 4. *.

J. COSME ANGERVILLE *de coccygis luxatione* ib. 1770. 4. *.

DUMONT & GAIUS FEL. ALLAN *de exoſtoſi* ib. 1770. 4.

GUILELM THRELFAL *de teſticuli poſt inflammationem veneream tumore* Edinburg 1770. 8. *.

§. DCCCLXXIX. DIARIA.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LX. THOMAS WOOLCOMB, chirurgus, ex magno vulnere brachialis arteriæ nulla hæmorrhagia.

In *Nov. Ephem. Acad. Nat. Curioſ.* T. IV. qui prodiit a. 1770. 4. *.

CHRISTOPH GOTTLIEB BONZ *exemplum ſanatæ hydrophobiæ a morſu canis rabidi ortæ.* *Obſ.* 11 Moſcho uſus eſt.

Obſ. 12 œdema chronicum pedis innoxium.

PAUL J. FRID. HELMERSHAUSEN.

Obſ. 14 de concremento venam portarum obſtruente, unde multa mala.

J. FRIDERICUS ALLAMAND.

Obſ. 23 de morbo *Yaws*. Nihil habere cum lue venerea commune, etſi ex eo morbo male curato poteſt ortus eſſe.

J. CAR. HOFMAN.

Obſ. 36 hæmorrhagia uteri feliciter ſanata.

GUIL. HENRIC. SEBASTIAN BUCHHOLZ de cicuta in ulceribus venereis utili.

In appendice GEORGII BALTHASARIS STOLLE tres obſervationes ſarcoceles cum hydrocele conjunctæ, quod malum in ſiniſtro latere putat frequentius eſſe.

In *Journal de Medecine* T. XXXII. GEORGE HERBINIAUX, chirurgus, de facili modo ligandi polypi uterini. Tubulo utitur argenteo, duobus terminato foraminibus, per quæ duo fila cannabina trajiciuntur, circa polypum anſam factura.

EJ. *parallele de differens inſtrumens avec les methodes de s'en ſervir pour pratiquer la ligature des polypes dans la matrice en forme de lettre a M.* ROUX la Haye 1771. 8. Ad litem cum LEVRETO. Icon inſtrumenti. Anſa fit ope contortæ cochleæ. Aliud inſtrumentum. Exempla felicis uſus. In LEVRETI inſtrumenta animadverſio.

T. XXXII. MARCHAN, chirurgus ocularius, de exophthalmis reſectis.

T. XXXIV. EJUSD. de cataracta congenita extracta.

EJ. de alia extracta cataracta, quæ poſt depreſſionem adſcenderat.

Vol. XXXIX. cataracta quæ adſcenderat iterum depulſa. Lagophthalmia curata. Sectione ſemicirculari inter ſupercilium & tarſum ducta alia ei parallela, aliisque ſubinde repetita.

Iterum T. XXXII. DU BOIS aliqua de carnoſo umbilici tumore demum gangrænoſo, cum tumoribus cyſticis muco plenis.

BANDAMANT, chirurgus, de bubonocele inciſione curata, cum teſticuli exſtirpatione felici.

ALLOUEL, non debere delapſum plumaceolorum, turundarum, aut vinculorum arteriis injectorum, ſoli naturæ committi, aut ejusmodi diſſecari.

DENIZE de BEZUS exempla abſceſſuum abſque præcedente inflammatione natorum.

CLÉMENT, chirurgus, contra LEVRETUM, poſſe utique ejusdem polypi plus una eſſe radicem. In naribus vidiſſe ſe polypum, cui plures caudæ fuerint.

De LATTRE, chirurgus, hydrocele vera tunicæ vaginalis paniculi: eam ſuppuratione excitata radicitus curavit.

AUCANTE de NEUVILLE, chirurgus, de catellis cum labio leporino natis.

BOTOT, chirurgi dentarii, de gingivarum ſuppuratione.

T. XXXVI.

T. XXXVI. cancer ſcirrhoſus fornicis palati feliciter deſtructus.

T. XXXVIII. dens evulſus & ſinus maxillaris denudatus, abſque malo.

Iterum T. XXXII. AUDOUX, chirurgi, de morſu viperæ theriaca & ejusmodi remediis ſanato.

EJ. de vulnere ſtlopeti minoris, quo os temporum fractum, longo poſt tempore lethali.

PRECOURT de pterygio membranaceo calloſo corneæ tunicæ, unco apprehenſo & reſecto.

DU BOUEIX, medicus, de hernia gangrænoſa abſque cultri auxilio ſanata.

EJ. de utero toto inverſo, eventu funeſto.

In T. XXXIII. BOSSU, chirurgus, de pollicis phalange tota reſecta, reconciliata.

T. XXXIV. lac in abdomen effuſum & paracenteſi emiſſum.

Iterum T. XXXIII. BAION, chirurgi, in colonia Guianenſi, de morſu viperæ curato ope alcali volatilis.

PAVIOT, chirurgi, hernia incarcerata ſanata abſque operatione.

Anonymus medicus, de cancroſo & funeſto tumore rectum inteſtinum obplente.

GUIOT, chirurgus Genevenſis, optimo eventu forcipe curva uſus eſt, ad expediendos partus difficiles.

La MARE, chirurgus, de pullo ano imperforato, qui per ſex menſes vitalis ſuperfuerit, & purgante medicamento ſanatus eſt.

EJ. de vagina poſt partum coaleſcente, ferro reſtituta, duo exempla.

EJ. polypus vaginæ vinculo injecto & cultro deſtructus.

DAQUIN, medicus, de verme poſt plurimos dolores de aure prodeunte.

In T. XXXIV. ſ. ſupplemento anni 1770. PIETSCH, medicus, in comitatu Ferrettano. Vagina & collum uteri in partu rupta & ægra tamen ſanata.

EJ. ſectio Cæſarea, ut videtur, felix, etſi non addit feminam convaluiſſe. Cauſa ſuſcipiendæ periculoſæ adminiſtrationis, caput cum anguſta pelvi maximum.

T. XXXVI. ophthalmia a carioſo dente orta, oſſa denudata, abſque decedentibus ſquamis reconciliata.

T. XXXVII. de malis nonnullorum chirurgorum obſtetricantium curationibus. De ſectione Cæſarea. Debere abdomen incidi recta in linea, ducta inter coſtas ſpurias & ſpinam oſſis ilium anteriorem &c.

EJ. de reductione luxationum brachii, abſque machinis ſuis ex conſiliis reponend.

T. XXXVII. conpreſſionem ad hæmorrhagias comprimendas non ſufficere.

T. XLI. de arteriarum ligatura.

Iterum T. XXXIV. Gallot; medicus, de ſectione Cæſarea poſt quam femina integre convaluit.

Ej. de iis ipſis Pietschii curationibus monita aliqua.

Dolignon, chirurgus, partus curva forcipe feliciter expeditus.

T. XLI. fraudulentus ranarum partus.

Iterum T. XXXIV. la Borde, medicus, ex glandula mammæ ſubito evaneſcente funeſta in manu gangræna.

T. XXXVI. herniæ gangrænoſæ ſponte ſanatæ.

T. XL. canis a ſerpente caudiſono demorſus aqua de *Luce* ſervatus.

T. XXXIV. Vialez de tumore externo pectoris per exſcreationem evaneſcente.

Id. de utili *fontanellæ* excitatione, in tineoſo puero diarrhœa adflicto.

Libouton, chirurgus, de tubulo quo per nares alimenta introducantur.

Gasc, chirurgus, de hernia gangrænoſa rupta, de qua vermes prodierant, abſque ferri adjumento curata.

T. XXXVI. polypos uterinos feliciter exſtirpatos.

Iterum T. XXXIV. Milleret, chirurgus, omnino neceſſe videri fila arteriæ læſæ circumjecta reſcindere, neque id officium a natura exſpectare.

In *Verhandelingen der Hollandſchen Maatſchappy* T. XII. Haarlem 1770. 8. *.

G. Muller, medicus, de utero ab obſtetrice evulſo, inciſo, quem neceſſe fuit exſtirpare, eventu quidem felici, ut tamen mulier, quod facile exſpectes, nunquam ab eo tempore conceperit. Levreti filum argenteum ad ligandos fungos non commodum eſſe.

J. Brugmans, medicus, de funeſto in gula polypo, deque ulceroſis verrucis, maligni eventus.

Idem de oſſibus fetus diu retenti per anum abſcedentibus.

Id. de utero elapſo feliciter repoſito.

Cornelius Albertus Kloekhof, doctus medicus, de inteſtino ileo a vermiformi appendicula conſtricto & liberato cum ea reſecta fuiſſet.

Idem de funeſta inteſtini inflammatione.

Hofman de lente cryſtallina per ictum ſede ſua expulſa & de margine pupillæ ſuſpenſa. An Idem p. 564.

In T. II. *der berliniſchen Samlungen* Schenkelheri curatio ſpinæ ventoſæ quæ argento vivo perficitur.

In *Mem. de l'Acad.* 1770. in carie oſſa duo brachii deſtructa, ut motus muſculorum ſupereſſet.

§. DCCCLXXX.

§. DCCCLXXX. Britanni.

Rich. Manning *treatiſe on female diſeaſes in which are comprehended thoſe incident to prægnant and childbed woman* London 1771. 8.

John. Hunter, chirurgi, cujus meminimus cum de Georgii Arnauld opere referemus.

Ejus eſt etiam *natural hiſtory of the teeth and their diſeaſes* London 1771. 4. *. De his morbis brevius agit, in anatome plenior.

In *Medic. Magaz.* diſſ. ejus viri eſt de exfoliatione. Os vivum a mortuo irritatum id depellere. Cartilaginem nunquam ſquamam dejicere.

§. DCCCLXXXI. Belgæ.

J. de Reuss *naauwkeeurig onderwys in de vroedkonde* Amſterd. 1771. 8. *. Camperus præfatus eſt. Ligamenta oſſium pubis vidit in puerpera laxiſſima fuiſſe. Claudis feminis pelvim parum profundam eſſe facilemque partum. Reussius ipſe de palpatione oris uterini. Quæ morentur, placentam anulum nonnunquam ambeuntia, eſſe etiam ubi in fovea uteri lateat. Quæ partum retardent. Morantibus humeris caput hinc inde agitandum. Oblique procedens caput ſubinde a natura expediri, alias dilatata pelvi egere. Cum fetus lateraliter prodiret, noſter digitos in os fetus dedit, altera manu humeros depreſſit. Craſſiores membranas tamen nocere, vitam fetus nobis occultare.

§. DCCCLXXXII. Varii.

Dictionnaire *anatomique & chirurgique* Paris 1771. 12. 2. vol. *. Gallorum præcepta. Strumas noſter vult excidi, quod non ſpero ſerio ſæpe fuiſſe tentatum. Aliqua exemtæ lentis cryſtallinæ exempla.

Vitet (medici) *medecine vétérinaire* Tomus II. Lion 1771. 8. * huc facit, in quo de morbis veterinorum agitur. A morſu viperæ emphyſema naſci: uſtionem conferre. In hydrocele acum triquetram melius adhiberi. Varices excidendi. Vulnus ventriculi periculo carere. Hydrops articulationum. Uſtionem in ulceribus profundis inciſione tutiorem eſſe. Glanduloſos tumores fere ferro aperit. Polypum urit, ſarcocelen excidit, hydropicum oculum perforat. Hernia, in equo caſtratio tutior. Ventralis hernia frequens, etiam ſcrotalis. Repetitos ictus apum equum interemiſſe, & venæ jugularis ſectionem poſcere. Tendines lacerari, cæterum eorum mala nulla ſymptomata facere. Poſſe tamen oſſium fracturas in equo ſanari. Rabiem a pecore non concipi, niſi per contagium. Fiſtula lacrumalis. Caſtratio bene fit duobus tubulis ſambucinis, plenis polline vitrioli, qui vaſis ſpermaticis applicantur. Liber utilis.

Arthaud diſſ. *ſur l'inſenſibilité* Paris 1771. 8. *. Tendines inſenſiles eſſe, etiam in ſtatu morboſo, perioſteum ſenſu carere.

J. Fran-

J. Francois Lavoisien *Dictionnaire portatif de Medecine* Paris 1771. 8. *.

Pierre Auzebi *tr. d'odontalgie, deſcription des différentes maladies qui affectent la bouche & des moyens de les guérir* Lion 1771. 12. *. Chirurgus dentarius Lugdunenſis videtur potiſſimum ſua medicamenta voluiſſe commendare. Non ſemper debere dentes lactarios extrahi. Dentem quem velis extrahere, debere vacillantem reddi. Dens curva radice eductus, cum adverſus curvaturam propelleretur. In ſcorbuto gangrænoſo maxillam ſuperiorem exfoliari &c.

J. M. Gamet *memoire contre les Prevots en exercice du college de Paris ſaiſiſſans* Paris 1771 4. *. Chirurgi medicamenta Gameti confiſcabant, accuſabant curationum imprudentiam. Noſter ſe excuſat, productis teſtibus, etiam medicis, qui regem ſupplices adierunt, ut arcanum Gameti vellet redimere.

Ej. *théorie nouvelle des maladies cancéreuſes & nerveuſes &c.* ib. 1772. 12. 2. vol. Vitiati ſucci nervei morbi, inde morbi nervorum, ex ipſis tumores varii. Paronychia ſcrofuloſa funeſta. Scrophulæ antiquis dictæ, non tamen ſatis notæ. Earum tumores noſtrum ſolvere, aut certe ad minimam molem reducere, ut omnino degenerare nequeant. Scirrhum raro immutatum perſiſtere; ut is in cancrum apertum abeat. Non debere cancrum acribus tentari, ſed nec excidi. Non habere id malum radices. Quos ægros medici putaverint ſe ſanaſſe, eorum alia fuiſſe mala. Se funditus hæc mala omnia tollere.

In T. II. nihil ad cancrum cicutam poſſe, certe in Gallia. Suas curationes fieri electario alvum paulum laxante. Teſtimonia. Eſſe ubi non potuerit malum vincere, cum alia vitia præter cancrum ſubeſſent. Aliquas curationes recenſet. Amputationis funeſtum fere eventum eſſe. Tuberculum ſuſpectum recti inteſtini ſe ſanaſſe, tum hepatis ſcirrhos, & meſenterii & uteri, & tumores lienis.

In T. XXVII. *Journ. de Med.* ob feminam ſe purgat, quæ eo curante perierat.

Memoire en reponſe pour les Prevots & MM. en Chirurgie de St. Come *contre le Sr.* Gamet *exercant la chirurgie ſans qualité* Paris 1771. 4. *. Ad ſe, chirurgos, cancri curationem pertinere, Gametum corrodentibus medicamentis uti, tum hydrargyro, qui ſe mota ſaliva prodat. Interiiſſe, quos medicus Lugdunenſis ſanatos fuiſſe teſtabatur. Gametum mitiora mala, quæ curavit, pro cancris venditaſſe.

Colomb, étudiant en medecine. Ej. *lettre à M. ſur un cours de phyſiologie experimentale de M.* Portal Paris 1771. 8. *. Experimenta de inſenſilibus tendinibus & membranis, eodem eventu facta, quo ſunt a nobis.

Le medecin de la campagne, ou Encyclopédie médicinale, chirurgicale, vétérinaire ib. 1771. 8. 6. vol.

Declaration du Roi en faveur des chirurgiens des maiſons & famille Royale ib. 1771. 4.

§. DCCCLXXXIII.

§. DCCCLXXXIII. GERMANI.

J. CHRISTIAN ANTON THEDEN, chirurgi Berolinenſis, *neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzney und Medicin* Berlin 1771. 8. *. Vir plurima expertus. Cereis GOULARDIANIS, quos DARANIANIS præfert, fiſtulas urethræ abſque inciſione ſanavit. Faſciis circumvolutis multa mala curavit, etiam vulnera arteriarum, varices, antiqua crurum ulcera. Simplicior aqua vulneraria, a qua malles aquam acetoſæ abeſſe. Arterias vetat ligari: plumaceola conica arteriæ reſectæ imponit, aut agaricum igniarium. Poſt amputatum brachium, qui aliquot milliaria pedeſtri itinere abſolverit. Dolor acutus ad anum, & ſenſus quaſi ignis, a ligato nervo ſpermatico. Elapſas hæmorrhoides reſecat. Non probat vinculum arteriæ intercoſtali circumjectum, mavult arteriam reſecare, aut repellere. Præalta embroche, aquæ a 45 pedd. delapſæ ancyloſes ſuperavit. Terebra calvariæ repetito admota. Debere utique etiam os frontis terebrari, idque os late amiſſum a natura reparari. Multa bona a plumbo GOULARDIANO. Herniis incarceratis glaciem noſter imponit, eſt tamen ubi anulus reſecari debeat. Omentum non ligat. Inteſtinum apertum, ſevera victus ratione ſanatum. Luxatio ſucceſſiva femoris. Contra forficis uſum, contra ſuturas cruentas, nimis frequenter adhibitas, contra ſcalpellum herniarium latens, contra injectiones in pectoris vulneribus, contra trepanum elevatorium. Ab HAHNIO didicit, quid frigida poſſit, etiam ad maniam, ad vires in febre maligna ſuſcitandas, ad hypochondriacum malum. Sal ammoniacus tumores frigidos diſſipat. Cancroſam mammam oleo myrrhæ & victu vegetabili ſanat.

EJUSD. *Unterricht für die Unterwundärzte bey der Armee, beſonders beym Artilleriecorps* Berlin 1774. 8. 2. vol. *. Alter tomus huc pertinet, ejusque pars poſterior. Dari, ubi cataracta mole adeo aucta ſit, ut per pupillam tranſire nequeat, & lentem deprimere ſit neceſſe. Obſoleviſſe extractionem DAVIELII. Forficis uſum præpoſterum eſſe. Male cum ſpiritu vini vulnera ſtlopetaria deligari. De medicamentis ſimplicibus & compoſitis. Balſamum Brunſwicenſe ad recentia vulnera utile. Balſamum vulnerarium.

In *N. E. N. C. Vol.* V. *obſ.* 68 a repulſa tinea ſphacelus in perinæo, pene, & ſcroto, & urina ſuppreſſa. Veſica perforata acu canulata, quam digitus in anum datus dirigebat.

Obſ. 69 ut poſſit hydrops cyſticus ovarii manu curari.

FRANC. XAVIER HARTMANN *formulæ medicinæ in materiam medicam & chirurgicam* CL. CRANTZII Lipſ. 1771. 8.

J. ERNST ZEIHER *Lehrbegriff von den Krankheiten der Pferde und deren Heilung* Berlin 1771. 8. *. Multa ex BRACKENIO. Morbum *Rotz* eſſe a lympha ſpiſſata. Hydrops equi per vulnus abdominis caſu inflictum ſanatus.

J. CHRISTIAN POLYCARP ERXLEBEN *practiſcher Unterricht in der Vieharzney* Gotting. 1771. 8. *. Morbi equorum etiam potiſſimum. SINDII curationem

rationem polypi narium eſſe perfectiſſimam. Malum equinum *Spat* eſſe ancyloſin a craſſiori liquore articulationis natam. *Rotz* equorum univerſi corporis morbum, non ſolius eſſe membranæ pituitariæ narium.

J. Fr. Akermann *de morbo & ſectione fulmine nuper aduſti* Kiel 1771. 4. etiam Germanice. Fulguratus poſt aliquot dies exſtinctus, retento lotio. Acceſſerat gangræna vulnerum, & veſicæ potiſſimum, etiam inteſtinorum.

Mediciniſches und chirurgiſches Handbuch Frf. u. Leipzig 1771. 8. ex Anglico verſum, non vidi.

§. DCCCLXXXIV. Disputationes.

Jacob Tanner *de polypo feliciter ex utero extrahendo* Argentor. 1771. 4. * Felix exemplum, ut ejusmodi fungi commode ligentur, etiam tubulo, cui inde duo annuli adglutinati ſint, a Meyero Tigurino chirurgo inventi. Per tubulum introducitur filum argenteum præter anſam intortum, eam anſam ope ſpecilli ad radicem concrementi noſter adplicat.

Emanuel Fries *de uſu forcipis in partu* Argent. 1771. 4. *.

Frid. Leop. Weyland *de ozæna maxillari* ib. 1771. 4. * bene.

J. Meyer *de fiſtula ani* ib. 1771. 4. *.

Joseph Leop. Irka *de morbis oculorum internis* Wien 1771. 8. * fuſe: etiam de cataracta vera & membranacea.

Eduard Linz *de morbis oculorum externis* Wien 1771. 8. *. A tumore carnoſo de oculo reſecto mors. Flammulam inſperſam utilius in cancro faciei adhiberi. Carbunculus palpebræ plumbo curatus, cum interno uſu cicutæ. Ophthalmiam veneream ſanari, ſoluto in ſpiritu frumenti ſublimato hydrargyro, etiam extracto cicutæ. Elapſam per enorme tunicæ vulnus iridem & corpus vitreum curatum, & clauſam corneam.

Frid. Christ. Oettinger & Kurner *de lapſu palpebræ ſuperioris* Tubing. 1771. 4. * conjuncta cum amauroſi paralyſis.

J. Christoph Unzer *de feminis Europæis & illuſtribus, an earum præ aliis gentibus partus ſunt laborioſiores* Gotting. 1771. 4. *. Dresdæ partus mortui geniti ſunt 5½. ex 100. Mortes parturientium plurimæ ſunt Lipſiæ. In toto orbe terrarum feminæ felicius pariunt, quam in culta Europa.

Adolph Frid. Vogel *obſervationes quædam chirurgicæ* Kiel 1771. 4. *. Exciſa magna ſtruma. Vulnus pectoris cum effuſo ſanguine ſanatum. Humeri pars ab ictu ſtlopi exciſa & reparata.

Aug. Wilhelm Kopp *de ſpina ventoſa* Rinteln 1771. 4. Lud.

Salomo v. Embden *de partu cæſareo* Leid. 1771. 4. Ludw.

Herman Dietrich Dunker *ratio optima adminiſtrandi partus cæſarei* Duisburg 1771. 4. Lud.

J. Wilh. Möller *critica partus olim enixi diagnoſtica* Gotting. 1771. 4. *.

Jac. Andreas Millet & Franc. Chopart *de uteri prolapſu* Paris 1772.

4. *. Malum ex violentia extus admota natum, uterus inflammatus, tamen poſt magnam venæ ſectionem repoſitus.

Roc Du Bertrand & Franc. Lud. Jos. Solayrez *de partu viribus maternis abſoluto* Paris 1771. 4. *. Experti juvenis. Recte dilatus partus, cum oſtium uteri perangustum eſſet. Facilius feminam parere, ſi faciem fetus ad latus ſiniſtrum matris converteris.

Calenus Campbell *de phlegmone* Edinburg 1771. 8. *.

§. DCCCLXXXV. Diaria.

In *Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians* T. IV. Lond. 1771. 8. * Balfour de oſſe amputato, quod in tumorem ſanguineum degeneraverat.

Hory de veſica in puerpera rupta.

Henricus Gibson de hernia incarcerata funeſta. De cicutæ utilitate in cancroſo ulcere penis: de ſalutari fomento fætidorum ulcerum, quod fit ex raſis Dauci radicibus.

G. Cooper & H. Thompson ſectio Cæſarea ſuſcepta ob anguſtiam ſummam pelvis, infelicior, & in Anglia rariſſima.

B. Wilman tendinum vulnera non adeo maligna eſſe, cum diſſecta aponeuroſi femoris omnia ſymptomata evanuerint.

J. Teckel de tendine abſque ullo ſymptomate diſſecto.

Guilielmus White & Th. Armiger de tumore venæ, in quam arteria ſauciata ſe aperuerat.

J. Lynne, de retenta urina & utero inverſo, retrorſum in pelvin delapſo, veſica denique rupta.

Eduardus Alanson de femina gravida, cui uterus mollis manſit, quamdiu utero geſſit.

Benjamin Rush infuſi maltæ utilitas in malignis vulneribus. Sordidum ulcus cicuta ſanatum.

Eſſays and obſervations phyſical and literary read before the philoſophical ſociety at Edinburg T. III. Edinbourgh 1771. 8. *. Turnbull de morſu tarantulæ: furorem ſaltandi criſin eſſe, quam incolæ ſudore moto cieant, adverſus æſtivam febrem, male tarantulæ imputatam.

Gardiner acria medicamenta ad verrucas partium genitalium male adhiberi, præſtare mollientia.

Ebenezer Gilchrist de veſicæ incraſſatæ variis exemplis.

Muddie de amputatione pene incruenta.

J. Mark de ſterno fracto ſanato.

Dalles ſarcoma in œſophago ligavit, ſic abſtulit, ſed funeſtum idem rediit.

LIVINGSTON: calculus quaſi gnomonoides, ut alterum crus in veſica eſſet, in urethra alterum.

In *Journal de Medecine &c.* Tom. XXXV. DOWRY vulnus ſtlopetarium capitis multo cum vomitu, nullo tamen oſſe fracto, neque adeo calvaria terebrata.

GAULMIN de LATRONÇAY, medici, de enterocele perfecta, inteſtino a quinque plicis peritonæi ſtrangulato; inciſione facta ſanato, ut tamen corruptum teſtem amputare neceſſe fuerit.

DANDEVILLE DES PARTS ferramentum perforato cranio in cavea calvariæ manſit, ex quo evelli nequiit, tamen abſque malo.

Deglutita acicula per anum exiit.

ARNOULT de carie vertebrarum ex lapſu deſtructarum, unde paralyſis partium inferiorum.

HERIZ la VAL bracherium novum: & T. XXXVII. ad idem additio.

T. XXXVI. comitis de TRESSAN epiſtola de femina repetito ſectionem Cæſaream paſſa.

MAUSSION, pelvis perangusta, fetus unco extractus, & demum tertia vice abſque inſtrumentis, calvaria depreſſa, ſponte tamen reſtituta.

GOETZ, chirurgus: gangræna inteſtini incarcerati, ſuperata cortice Chinæ Chinæ.

BENARD ab ictu baculi paralyſis ſtupida lateris inciſo tumore externo ſanata.

MANGIN, chirurgus: ulcus pedis, detecti tendines, iidem tumefacti, malum ſanatum.

EJ. T. XXXVII. caries antiqua oſſis parietalis facile ſanata.

EJ. partus difficilis propter ulcus & duritatem veneream, & placentam præcedentem unde hæmorrhagia.

Iterum T. XXXVI. ENAUX, chirurgus, partus difficilis gemellorum manu expeditus.

SALGUES: inteſtinum cæcum gangrænoſum, cum appendicula, per anum egeſtum.

ROBIN contra PIETI forcipem.

POUPART, chirurgi, ophthalmia gravis, cornea tunica rupta, malum tamen aqua vegeto minerali ſuperatum.

POULAIN non debere omnia ulcera in maxilla inferiori intra os aperiri.

In

In *berliniſche Samlungen* T. III. a. 1771. 8. *. Abſceſſus puellæ 15. annorum, ex quo dentes prodierunt.

In T. II. *Verhandelingen der Zeeuwſche genootſchap der Wetenskapen* Middelburg 1771. 8. *. NICOLAUS GERARD OOSTERDYCK retulit de femore putrido, variis excreſcentiis obſito, inſenſili; ut de incraſſata tela celluloſa.

§. DCCCLXXXVI. BRITANNI.

JOHN BRISBANE *ſelect caſes in the practice of medicine* Lond. 1772. 8. *. In cancro naſi profuiſſe decoctum cum ſaſſaparilla.

JOHN HILL, chirurgi Scoti, *caſes in ſurgery, particularly in cancers diſorders of the head . . . an account of the ſibbens* Edinburg 1772. 8. *. Amputatam mammam tamen nonnunquam felicem eventum habuiſſe, dum ſanguis non infectus ſit: exempla ejus felicis eventus. Scirrhum ſolum in cancrum abire. Cancri ſpecies herpeti ſimilis. Cicutam in cancro nihil poſſe, ſed utique in tumoribus frigidis. Ingentia atheromata reſecta. Cornu cancroſum ex labio exciſum. Hydatides in pectore, ad claviculam, & per lotium egeſtæ. De vulneribus capitis, & de terebratione calvariæ. Frequentiſſime ſe duram matrem diſcidiſſe, ut effuſam materiam emitteret. Preſſionem fungi cerebri ſoporem facere; eum fungum reſecari debere. Sanguis ſub calva effuſus, cum cutis integra eſſet. Depreſſum cranium ſponte in ſitum ſuum reſtitutum fuiſſe. Anevryſma ſpurium ſub calvariæ velamentis. Fiſſuram periculoſe terebrari: malo emplaſtro depreſſam calvam elevari. Elevationem cranii ſæpe funeſtam eſſe.

MAIER LEWIS *eſſay on the formation of the teeth with a ſupplement containing the means of preſerving them* Lond. 1772. 8. *. Ad prima ſigna dentitionis gingivas incidit. Truncatos dentes evellendos eſſe. Plumbo bene repleri. Dentes exemtos & repoſitos convaleſcere.

The danger and immodeſty of the cuſtom of unneceſſarly employing man midwives By a man midwife ib. 1772. 8.

LA PEYRE *enquiries whither women with child ougth to prefer the aſſiſtance of their own ſex to that of man midwives &c.* ib. 1772. 8. *. Chirurgi opus, an ejusdem qui p. 443. Obſtetrices raro ea eſſe peritia, ut in difficili caſu ſufficiant. Errores obſtetricum. Nullum eſſe immodeſtiæ periculum.

WILLIAM BUCHAN *domeſtic medicine, or a treatiſe on the prevention and cure of diſeaſes by regime and ſimple medicines* ib. 1772. 8. *. Chirurgica etiam mala. Scrofulas hepar & lienem inficere: ad eas ex mercurio præcipitato linimen conferre. Perſæpe non rabidum eſſe canem, qui pro rabido habeatur, neque id malum diu a morſu latere poſſe. Papillas vulneratas aqua R. Hungariæ lavandas. Herniæ.

A treatiſe on the diſeaſes of infants ib. 1772. 8. *. Anonymi ſed practici hominis

hominis minime malum compendium. Chirurgica pauca. Atretæ omnis generis aperiendæ, frenum linguæ incidendum. Herniæ.

§. DCCCLXXXVII. Galli.

Nouveau dictionnaire univerſel de medecine, de chirurgie & de l'art vétérinaire par une ſociété Paris 1772. 8. 6. vol. *. Auctores Nicolas, Nancejæ medicus, de Marque Burdigalenſis, & Laservole, tironibus aiunt ſe ſcribere. Multa certe vitia & improbabiles hiſtoriæ, ut mors, quæ in Lothoringia ictui araneæ ſupervenerit. Vulnus viperæ, quod lapide bezoar ſanatum ſit. Tarantulæ morſus ſaltu ſanatus, pro vero. Viperæ venenum acidum eſſe: querelæ de noxiis corticis cinchonæ in ulcere pulmonis. Petitum vidiſſe, in cancro cicutæ uſu bonum pus obtineri, cæterum malum non ſanari. Pro reductione luxationum, quæ fit abſque machinis. Humerus contritus pene totus exemtus, a natura reparatus. Struma prægrandis ignito ferro diſſipata. Inſtrumentum ad calculum in femina educendum. De ulceribus meſenterii. Angina a tumida parotide, impoſito cantharidum emplaſtro ſanata. Infelix ſectio Cæſarea. Circumciſio ob phimoſin. In phrenitide felix uſus cantharidum. *Taws* curari mercuriali unguento.

Vacher de la Feutrie, medici, *traité du rachitis, ou l'art de redreſſer les enfants contrefaits* Paris 1772. 8. *. Rachitidem cum emollitione oſſium neceſſario conjungi. Dorſalem vertebrarum columnam facilius curvari, a muſculis contorqueri. Gibbum elevato capite emendari. Adverſus ſuſpenſionem & alia ad curvatas vertebras præſidia. Alia machina comprimens, capitis pondere ſpinam liberans. Sella quæ gibbum reprimit. Ocreæ variæ.

Gilibert *l'anarchie medicinale, ou la medecine conſiderée comme nuiſible à la ſociété* Neufchatel 1772. 12. 3. vol. *. Multa de pſeudomedicis, de chirurgorum pernicioſa morborum internorum curatione. De nimio chirurgorum numero, mala educatione, negligentia ſtudiorum. Doctoris titulos ab iis in minoribus ſcholis emi.

Perret *l'art du coutelier* II. Partie I. *ſection* Paris 1772. fol. *. Chirurgicum armamentarium tradit, Garengeotiano plenius. Multa monita pro artificibus. Inſtrumentum chirurgi *Foucou,* quo arteria ſub dente læſa comprimitur. Clavis perfectior, Fratris de S. Cosma inventum. *Biſtoury gaſtrique* Morandi. Specula varia.

Seconde ſection 1772. fol. *. Inſtrumenta amputatoria: prela: coronam trepani debere coni eſſe partem. Pleniſſimum armamentarium ad calculum ſecandum; etiam reticulum, quo Le Catius lapidem piſcabatur. Ejus viri nuperiora ferramenta, novumque *biſtouri caché.* Alia inſtrumenta ejus ſcopi. Quæ ad partum expediendum adhibentur, ad caput extrahendum, ad inoculandas variolas.

Colombier *code de medecine militaire* Paris 1772. 8. 5. vol. *. Experti viri opus, & chirurgi caſtrenſis. Chirurgorum caſtrenſium vitioſus ſelectus, nimis

mis maligna ſtipendia. Chirurgis pacis tempore peditem non egere. Morbi. Annon IDEM qui p. 520.

Etat des medecins & chirurgiens de France Bouillon 1772. 12. *. Vita GEORGII MARECHAL. Hiſtoria Academiæ chirurgorum, & acta publica Chirurgorum collegii.

Obſervations ſur le danger & l'inutilité de préparer pendant la groſſeſſe le ſein des femmes qui ſe propoſent de nourrir leurs enfans Paris 1772. 12.

Ordonnance du Roi concernant les hôpitaux militaires ib. 1772. 4.

Declaration du Roi concernant les études & exercices des éléves en chirurgie ib. 1772. 4.

§. DCCCLXXXVIII. GERMANI.

ANTON. FRID. BUSCHING *eigne Gedanken und geſamlete Nachrichten von der Tarantel zur gänzlichen Vertilgung des Vorurtheils von der Schädlichkeit ſeines Biſſes* Berlin 1772. 8. *. Recte oſtendit fabulas eſſe, quæ de periculoſo tarantulæ morſu narrantur.

FRANC. XAVIER SCHWEDIAUER *deſcriptio præparatorum anatomicorum &c.* Wien 1772. 8. *. Magnæ exoſtoſes. Lapilli 172. ex articulatione genu. Anevryſma arteriæ femoralis & amputatio.

Antwort an den Verfaſſer der freyen Briefe über einige in die Medicin einſchlagenden Materien Dresd. 1772. 8. *. Pro chirurgorum caſtrenſium jure curandorum morborum internorum.

J. D. MEZGER *curationum chirurgicarum quæ ad fiſtulam lacrumalem hucusque fuerunt adhibitæ hiſtoria critica* Munſter 1772. 8. *. Medicus Bentheimenſis. Conſilia ab ipſo retro CELSO ad hæc mala data. ANELLI curationem non undique inutilem eſſe. Ad aperiendam viam lacrumarum acum triquetram in ductu inter perpendicularem & horizontalem medio inpellere ſuadet. PETITUM incidere, quod non videtur locum habere, ubi ſaccus adipe plenus ſit. In levi caſu ANELLII, in majori abſque magno callo PETITI, in carie & deſtructo ſacco WOOLHOUSII curationem locum habere.

J. PHIL. HAGEN *Wahrnehmungen zum Behuff der Wundarzney in Deutſchland* Mietau 1772. 8. *. In Curonia mederi videtur. Tumor in capite cyſticus, arteria majuscula diſſecta, radices tumoris lapide infernali deſtructæ. Alius in cervice tumor poſt inciſos muſculos & diſſectam arteriam ſanatus. Manus gangrænoſa abſque malo delapſa. Tumor aquoſus femoris, ſetaceo trajectus, vaſa lymphatica prægrandia, morbus funeſtus. Partus difficilis: pueri mortui unco educti. Vulnus prægrande pectoris curatum. Gangræna ſuppreſſa vinctura, & caries diæta lactea reconciliata. ANELLII ſiphone imperfecta fiſtula ſanata. Femur ſurſum luxatum, deorſum retractum, eventu tamen lethali: in alio exemplo elapſum femur machina RAVATONI reſtitutum.

Anwei-

Anweiſung zur lehrenden und ausübenden Wundarzney Riga 1772. 8. *. Pro tironibus. De luxata clavicula. Contra repulſionem arteriæ intercoſtalis læſæ. Paronychia a corpore peregrino in digito retento. Radium difficulter luxari. Nunc video ex Cl. WEIZ eſſe opus D. ALIX.

Idem in T. VI. excerptorum (*Auszüge*) WEIZII refert de reconciliata manu, quæ de exigua carne pendebat, cæterum abſecta, ut tamen motus periret: calor ſenſim rediit. Noxæ ex vetuſto ulcere natæ ſublatæ eo refricato. Anevryſma ſcrofulas mentiens ſpurium apertum, ſanatum, nempe arteria in cavam ſcrofulam aperiebatur.

In T. V. de homine fulgurato, cui aqua plumbea GOULARDI profuit.

LEVRETS *Kunſt der Geburtshülfe nach den Geſetzen der Bewegungen aus der Naturlehre* Gera 1772. 8. Varia addita. Delirium ex lactis metaſtaſi.

Mediciniſches und chirurgiſches handbuch für angehende Arzte und andre liebhaber der Arzneywiſſenſchaft, aus dem engliſchen überſezt Erford 1772. 8. An idem p. 570.

§. DCCCLXXXIX. BELGÆ.

ANTONII BALTHASAR, chirurgi, *pathologia chirurgicalis or heelkondige ziektkunde geſchikt na de pathologia medicinalis van Gaubius* Leid. 1772. 8. *. Præter multa phyſiologica & pathologica huc faciunt de vulneribus judicia. Vulnera cerebelli non refert inter lethalia. De hernia congenita, recte. Hernia cerebri ab occipite ad humerum protenſa. Linguæ ſitus corruptus, ut apice in pharyngis aditu hæreret. Enormis lingua TRIOENI. Cum ſpina bifida nonnullos adoleviſſe. Hernia ſeminalis cum febre & inflammatione. Scirrhos veros internis medicamentis non ſuperari. Raro pultaceos tumores magnos eſſe. Rachitidem eſſe oſſium mollitionem. Tres ſpinæ ventoſæ, vulgaris, maligna.

§. DCCCXC. DIARIA.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LX. THOMAS VALCONEL de vulnere ſtlopetario arteriæ abſque hæmorrhagia per gangrænam lethali.

Act. Helvet. Phyſ. Med Bot. T. VII. NUSBAUMER, chirurgus, de curata fractura, cum oſſis fragmenta dimota fuiſſent.

In conſeſſu ſocietatis *Regiæ Gottingenſis* oſtenſum eſt Cl. HESSE inſtrumentum, quo hydrargyrum in veſicam impulit, cum in ea pars abrupta catheteris argentei hæſiſſet. Catheter eſt chalybeus, cui adferruminatum infundibulum ejusdem metalli.

In *Journal de Medecine* T. XXXVII. LEMOINE, medicus, de cicuta feliciter adhibita & impoſita & pota in mammæ tumore, in ſcrophulis.

DU FRENAI, chirurgus, de hernia incarcerata, gangrænoſa, inteſtino ipſo ſiderato, lumbricis de inteſtino prodeuntibus, tamen ſanata.

LA

La Porte, chirurgus, ventriculus ab abſceſſu critico perforatus, ut cibi prodirent.

Dubrue de la Salle, medicus, dentes in perantiquis ſceletis omnes absque carie conſervati.

Butor de la Creuse, medicus, de ſcirrho uteri.

Roy, chirurgus, polypus uteri, vagina perfecte inverſa: polypus vinculo adſtrictus, ſeparatus, vagina ſponte in ordinem rediit.

Guilhermond, chirurgus, contra Pieti emendatam forcipem.

Roudier, chirurgus, de vulnere abdominis, de quo inteſtinorum tenuium & epiploi pars magna prodibat, in femina gravida feliciter ſanato.

Plazanet, chirurgus, de luxatione femoris ex conſiliis chirurgi Du Pouy feliciter repoſita.

T. XXXVIII. Buron, chirurgus, de diſcrimine hydroceles & ſarcoceles. Poſſe hydrocelen duritie ſua imponere. Funeſta hydrocele cum incraſſatis ligamentis. Pus ſub albuginea tunica effuſum, inciſione emiſſum, cum bonis ægri rebus. Tumor aquoſus hypochondrii prædurus, acu triquetra perforatus, bono eventu. Sic in alio pus emiſſum fætidiſſimum.

Doneau vaginam concremento carneo clauſam aperuit, tum fungum reſecuit, qui de abdomine pullulabat.

Toutant Beauregard, chirurgus, ophthalmiam aqua vegeto minerali ſuſtulit.

De Villaine, chirurgus: ſcirrhus uteri ab inflammatione natus, pilulis cicutæ ſuperatus.

Gamare, chirurgus, in femina morbida tumor hypochondrii durus urinam ſupprimens, cum perpetua venæ ſectionis neceſſitate.

Guyton, medicus: hernia inguinalis incarcerata ſanata.

Livré, pharmacopola, calculus circa lignum natus, de veſica urinaria feminæ eductus.

André le Joyant, Sacerdos, pulverem Palmarii a D. de Piron verius inventum, adverſus morſum canis rabidi efficacem expertus eſt.

Chemery Halé, chirurgus: exomphalos gangrænoſus inteſtini, hujus ſeptem unciæ ſideratæ reſectæ, meſenterio ſutura unito, procuratus anus præternaturalis, ſponte tamen clauſus, & malum integre ſublatum.

Idem; a percuſſione vehementi abſceſſus inter duas calvariæ laminas, pus etiam ſuper duram meningem effuſum, terebrato cranio reſtituta omnia.

Le Boeuf, chirurgus, fractura complicata utriusque oſſis cruris, abſque ſpirituoſis, corticis Peruviani uſu ſanata.

In T. IV. *Berliner Samlungen* Berlin 1772. 8. *. Laudata pellis capreoli,

li, ne in longo decubitu cutis excorietur. Super eam pellem linteum ſebo oblinitum ponitur.

Medical tranſactions published by the college of phyſicians Vol. II. Lond. 1772. 8. *. WRIGTHSON, chirurgus, rabies & conatus ad morſum, hæc mala demum opio ſuperata.

FALKENER hydrophobia hydrargyro illito ſanata.

In ROZIER *obſervations ſur la phyſique, ſur l'hiſtoire naturelle & ſur les arts* Paris 1772. 8. * aliqua huc faciunt.

CHAUSSIER de homine per duos menſes ſuperſtite, cui pars ilei int. & meſenterii per anum deceſſerat. Calculi in cellulis veſicæ. Calculus iſthmo contractus. Hernia incarcerata umbilicalis per gangrænam lethalis. A retenta placenta perpetuæ hæmorrhagiæ, quæ ceſſarunt eo corpore exemto.

ANTONII LE ROI de malis a veſtimentis ortis diſſertatio.

§. DCCCXCI. SUECI. BELGÆ.

PETER BIERCHE'N *inträdes tal om kräſtskador ſcrophulöſe och veneriske ſor och ſwulnaders igenkännande hållet för C. Med. Stokkholm* 1772. 8. *. Vir clariſſimus peculiari ſtudio ſe dedit curationi cancrorum. Ut veri cancri a ſcrofulis & malis venereis diſtinguantur. Cancrum ſemper a rotundo duroque tumore oriri, qui paulatim doleat. A cicuta non ſuperari, eamque herbam majori doſi datam nocere. Os exciſum cancro celeriter ſuccreſcenti locum paraſſe. Plerosque cancros topicos eſſe & poſſe exſtirpari, tamen ut nihil reliquum fiat. Fungum cancroſum mammæ peculiarem eſſe morbum, feminis obeſis proprium: celeriter eum creſcere, & braſſicam caulifloram referre, ſæpe omnem curationem reſpuere, etiam in dorſo reſidere. Suctionem dolorem minuere. De ſcrofuloſis cancris mammarum: in ſcrofulis cicutam efficacem eſſe, non ita in cancro ſcrofuloſo. Cancer retractus. Nuclei duri hactenus exigui; eos linimento mercuriali aliisque præſidiis cedere, etiam naſi cancrum, cum intus ſublimatus mercurius adhiberetur. Gangræna ex cancro mammæ: ejus nucleum non oriri ex lacte coacto. Ichorem cancroſum contagium habere. De tumoribus venereis. De cancro linguæ: ejusmodi malum noſter pulvere GUY adſperſum vidit excidiſſe. Ut cancri labiorum a venereis malis diſtinguatur. Ulcus verrucæ ſimile, ichore manans, omnino ſuſpectum eſſe.

PIETER van ESCH *heelkondige waarneemingen en konſtbewerkingen* Gouda 1772. 8. *. Veterani chirurgi opus. De venæ ſectione & arteriis venarum loco inciſis. Caries venerea, quæ partem calvariæ deleverat, tinctura myrrhæ & hydrargyro ſanata. Sic fungus, qui duram matrem nudaverat, & calvariam conſumſerat. In carie noſter decies ferro candente uſus eſt, ut os ſiccaret. Anevryſma ex carie tibiæ natum. Fiſtula lacrumalis rara eſt, eam auctor ſolito more ſanavit. Caput obſtipum reſtituit roborantibus auxiliis, muſculo debiliori impoſitis, dum prævalen-

prævalentem alterum molliebat. In malis venereis præputium & fidit, & in circulum reſecuit, & demum totum penem amputavit. Conpuncto perinæo urinam retentam expedivit. Steatoma feliciter apertum, inter uvulam & tonſillas. Hydrocele perforata. Vulnera; diſciſſa palpebra ſuperior reſtituta: digitus pene totus reſectus reconciliatus. Ulcera varicoſa faſcia circulari egent. Mamma aliquoties feliciter amputata. Caries funeſta vertebrarum ex ictu. Poſt paracenteſin ægri ſæpe perierunt. De fracturis. Flexilis ſedes oſſis humero fracti. In principio fracta laxe deliganda. Collum femoris fractum male pro luxatione habitum. Condyli femoris ab oſſe evulſi funeſto eventu. Cubiti magna pars reparata. Teſtudo VYLHOORNII ad fractam patellam utilis: ſanata etiam patella, quæ in plura fragmenta rupta erat. Amputatione tamen etiam mala interna ſuperata.

§. DCCCXCII. DISPUTATIONES.

J. FRID. TOLLE *obſervationum medico chirurgicarum biga* Gotting. 1772. 4. *. Omentum ligari & teſtem ſeparari, anulum inguinalem ſcarifari debere. Omentum ponderis $6\frac{1}{2}$. libr.

PETRUS SWERTNER *de hernia crurali incarcerata & letifera* ib. 1772. 4. *. Funeſtum exemplum gangrænæ ilei.

J. PHIL. MULLER *de palpebrarum affectibus* Hall. 1772. 4. *.

LAURENT ROULY *de ſingulari renis calculo* Argent. 1772. 4. *. Calculus ramoſus in rene nullo unquam ſe dolore prodiderat.

PHILIP. HENR. GERHARD PETERSEN *caſus iſchuriæ ex materia podagrica ad veſicam delata* ib. 1772. 4. *. Poſt intermiſſos podagræ inſultus iſchuria, quam podagra in manibus & pedibus erumpens ſuſtulit.

DANIEL GOTTHELF DIETERICH PEGOLOW *de fetu brachio in partu prodeunte* ib. 1772. 4. *. Partuum difficilium maxime frequens eſt brachii unius aut utriuſque prolapſus: ſeptem ejusmodi mali genera. Primum PETRUM FRANCO in partu difficili fetum pedibus extraxiſſe. Non debere caput rotari, ut reducatur & pedes apprehendi poſſint: cum periculo id molimen conjungi, neque FRIEDIO ſucceſſiſſe. Varia abſurda conſilia rejecta. Adminiſtrationes utiliores in brachii prægreſſione. Uteri contractionem prævalidam venæ ſectione leniri.

J. NUSCHE *de fracturis quæ in variis oſſis femoris partibus obtinent* ib. 1772. 4. *. Numeroſæ obſervationes colli fem. abrupti, oblique adglutinati, trochantere per exoſtoſin ad corpus oſſis confervente. Alias bis fractum collum femoris: trochanter collo adnatus. Alia exempla, etiam ancyloſeos a capite cum acetabulo connato.

CASPAR MARIA DEVENS *fungus cancroſus ex verruca ortus* ib. 1772. 4. * Sedes mali in cute & tela celluloſa. Deſtructo eo ſalubris uſus corticis.

STEPH. POURFOUR de PETIT, & JAC. FRANC. de VILLIERS *E. ſeneſcentibus oculi inflammationibus conjunctivæ ſcarificatio* Paris 1772. 4. *.

LUD. PATHIOT & J. JAC. ROUSSELI, auctoris, *E. ulcerum curationi blanda medicatio* Paris 1772. 4. *.

J. BIDAULT & J. JAC. PAULET *E. in omni paronychia partis inciſio præferenda* ib. 1772. 4.

J. B. MUNIER & CAR. JAC. SAILLANT, *E. vulneribus unicum linteum carptum* ib. 1772. 4. *.

CL. MICH. THEROULDE de VALLUN & TRESSAN GUINDANT *E. contuſioni cuicunque vulnerariorum uſus* ib. 1772. 4.

J. BAPTISTA du FOUR, & GUIDO FELIX ALLAN *de methodo partus præternaturalis ſpeciem in naturalem convertendi* ib. 1772. 4. *. Ruptis aquis nonnunquam prominere acuminatum quid, & caput cum magno periculo incuneatum eſſe. Hic forcipe caput debet liberari, expulſio naturæ relinqui.

CLAUDIUS ANDREAS GOUBELLY & FLORENTIUS CAR. BELLOT *E. capite incuneato vectis forcipibus anteponendus* ib. 1772. 4. *. In omni impacti capitis varietate vectem adhiberi poſſe, cum in multis, & capite in ſuperiori pelvis parte hærente, forceps locum non habeat. Ut vecte ſit utendum.

BERN. NIC. BERTRAND & A. H. JOH. BAGET *E. pro diverſa hepatis abſceſſuum indole diverſa curatio* ib. 1772. 4. *.

PASCHASII BORIE & CAR. HENR. MACQUART *E. tumores ferro potius quam cauterio potentiali delendi* ib. 1772. 4. *.

PETRI POISSONNIER, & auctoris CLAUDII ANT. CAILLE *E. inutilis cancri inveterati curatio quæcunque* ib. 1772. 4. *.

AMBROSII HOSTY, & auctoris JOS. COTTON *E. ſublimatum corroſivum herpeti* ib. 1772. 4. *.

DIONYS. PAUTIER de la BREUILLE & JOS. COTTON, auct. *E. diſtortionibus emollientia, relaxantia, anodyna* ib. 1772. 4. *.

FRANC. CHOPART & JOH. FR. DES CHAMPS *de ani fiſtula* Pariſ. 1772. 4. *.

DIONYS. CLAUD. DOULCET & TH. NIFON *E. in reſecandis artubus ſegmenta reſervanda* ib. 1772. 4. *.

STEPHAN. LUD. GEOFROI & E. J. M. BOSQUILLON *E. in aperiendis ſcalpellum preſtat* ib. 1772. 4.

ANN. CAR. LORRY & ANT. LOUIS JUSSIEU *E. herbis tutior abſceſſuum curatio* ib. 1772. 4. *.

BARTH. TUSS. le CLERC & PHIL. ALEX. BACHER *E. legitimæ vulnerum ſuppurationi promovendæ cortex Peruvianus* ib. 1772. 4. *.

J. DANIEL KRAUS præſide Cl. ISENFLAMM *de difficili in obſervationes anatomicas*

micas

micas epicriſi Erlang. 1772. 4. *. Cum labio leporino conjuncta exoſtoſis tibiæ, fibris craſſioribus, intervallis majoribus. Puer 13. annorum omnia oſſa incurvata, ut ad 38. poll. ſtaturam rediret: oſſa curvata quaſi a vermibus eroſa, oſſa pectoris mollia.

ERN. LUD. HEIM *de origine calculi in viis urinariis quatenus arthritidis eſt effectus* Hall. 1772. 4.

J. GOTTL. THAU & præſ. PHIL. ADOLPH BOEHMER *de abortu habituali* Hall. 1772. 4. *.

JUST. FRID. LIND *de ruptura uteri ejusque ſequelis & methodo medendi* Erford. 1772. 4. *. Fundus uteri ad duas uncias craſſus, latus dextrum vix cultri dorſi, a pedibus fetus perforatum.

J. CHRISTOPH ANDREAS MEYER & ROSENTHAL *Examen quarumdam optimarum extrahendi cataractam methodorum, inprimis* WENZELIANÆ Greifswald. 1772. 4. *. Inſtrumenta varia ad dividendam corneam tunicam LOBSTEINII, RICHTERI & WENZELII, tum encheireſes. WENZELII aurea lamina ad elevandam palpebram ſuperiorem, culter nimis anguſtus, acus ad findendam lentis capſulam, uncus inutilis. RICHTERI culter optimus, & cyſtitomus ad aperiendam capſulam aptiſſimus. LOBSTENIUS oculum aptiſſime firmat.

J. DANIEL REICHEL *de calculis renalibus* Lipſ. 1772. 4. *. Bona diſp. Calculus a tuſſi paulatim expulſus, in puero mali finem pro tota reliqua vita fecit. In cadaveribus, calculi in 14. loculamentis renum, & arenæ cum veſica minima & calculo adnato. Calculus renalis per abſceſſum prodeuns, cum altero calculo quaſi articulatus. Durum in rene atheroma & calculus. Omnino in latere ſiniſtro calculum eſſe frequentiorem.

IDEM in LUDWIGII *adv.* III. n. 2. Mamma in gravida femina poſt cicutæ uſum amputata.

In P. III. ulcus mammæ pueri nuper nati.

§. DCCCXCIII. BRITANNI.

D. A. S. M. D. *notes on W. Bromfields two volumes of chirurgical obſervations* London 1773. 8. *. Male in trepanum manubrio deſtitutum BROMFIELDIUM invehi. Non neceſſe videri, in amputatione nervum ſeorſim ab arteria ligare. PAREUM, dum luxatus humerus reſtituitur, juſſiſſe ſcapulam reprimi, nec perinde ob emphyſema ſuaſiſſe pectus aperiri. Contra ſemicanales *gorgerets*, obtuſos.

Serious conſiderations on ſome remarkable paſſages in a work lately published by M. B. Lond. 1773. 8. A veſicatoriis muſculos ad contractionem non incitari. Opiatorum medicamentorum vim beneficam in calvariæ morbis non eſſe demonſtratam &c.

The modern practice of midwifry conſiderd London 1773. 8. *. Scopus eſt oſtendere, poſſe viris obſtetriciis careri, moribusque cautum fore, ſi eorum uſus aboleretur, qui neceſſariam modeſtiam feminarum corrumpat, ut dediſcant erubeſcere. Inſtrumenta ad partum promovendum nullius eſſe uſus; forcipes vel non admoveri poſſe; vel eo tempore admoveri, quo natura ſola labori ſufficiat. Exſpectatione partus felicius expediri, a viris obſtetriciis male præcipitari &c.

WILLIAM CRIBB *conſiderations on the uſe of injections in the gonorrhœa* ib. 1773. 8.

JOHN LEAKE, medici, *lecture introductory to the theory and practice of midwifry* ib. 4. puto 1773. *. Huc pertinet diſſ. de forcipibus. Contra forcipem LEVRETI: non poſſe uſui eſſe, quando maxima ejus ſit neceſſitas. Ob brevitatem convenire, quando pueri caput profunde nunc in pelvim deſcendit: ſed eo in rerum ſtatu naturam ipſam partum expedire. Quando pelvis perangusta, caput peramplum eſt, vires exhauſtæ ſunt, & periculum imminet, forceps longa & curva laudatur, a LEAKIO inventa, cujus tria crura ſunt, & crus tertium eſt pro vecte, uterumque defendit, ne vim patiatur. Duo crura ſolita utrinque lateribus capitis fetus adplicantur, tertium inter occiput & os pubis: idem caput ab eo oſſe ſemovet, & intercedit ne forceps labaſcat. Hunc virum jam diximus.

WILLIAM ADAMS, chirurgi, *diſquiſition on the ſtone and gravel and other diſeaſes of the bladder kidneys &c.* ib. 8. *. anno non addito. Arcanum alcalinum habet: quod calculum ſolvat, mite idem ut & lactenti infanti non noceat. Exemplum calculi intra 50. diem reſoluti, ut ægrotus longiuſculo itinere aſque incommodo defungi potuerit. Cereos ad arctatam unice urethram mites requiri, acriores ubi caruncula adeſt. Septimo menſe ætatis ſuæ puerum poſt multos dolores a calculo interemtum fuiſſe. Sanatorum hiſtoriæ. Urinam etiam retentam ſuo medicamento expedit.

Encyclopædical Dictionary of arts and ſciences compiled on a new plan ib. 1773. 4. 3. vol. Non laudant cenſores.

§. DCCCXCIV. GALLI.

F. DU TY, medici, *l'antimarechal, ou le vrai miroir des maladies internes des chevaux, leurs ſymptomes & leurs remedes* Liege 1773. In ſecundo volumine chirurgica tractantur.

J. ALB. HAZON *éloge hiſtorique de la faculté de medecine de Paris* Paris 1773. 4. *. Ad hiſtoriam litium cum chirurgis. Jam a. 1268. chirurgos ordini medico ſubjectos fuiſſe. Anno 1491, 1508. & 1576. eum ordinem ſcholam chirurgis illiteratis aperuiſſe; a. 1660. literatos chirurgos inter ſuos diſcipulos recepiſſe. A. 1745. obſtetricibus doctorem dediſſe.

CHARLES LOUIS FRANÇOIS ANDRY, medici Pariſini, *diſcours prononcé le* 22.

Nov. 1772. *Combien la Chirurgie doit aux travaux des medecins* ib. 1773. 8. *. Græci, Arabes, Arabiſtæ. Laudes G. de SALICETO, J. BERENGARII Carpenſis, ſcholæ Pariſinæ ſeculi XVI,. potiſſimum etiam G. FABRICII HILDANI, cujus machina ad fracturam obliquam femoris, & herniæ uteri deſcriptio laudatur. C. MAGATUS. RUYSCHII (potius ROONHUYSII) vectis ad expediendum fetum, NUCKIUS potiſſimum etiam ob aurium morbos. DEVENTRIUS, ANT. PETIT.

§. DCCCXCV. BELGÆ.

P. G. van BAREGEM *aanmerkingen over de berugten kayzerſnee* Dendermonde 1773. 8.

ALB. LENTFRINK *uytgezochte genees en heelkondige verhandelingen* Dordrecht 1773. 8. I. Deel. I. ſt. Collect. ex diariis & aliis operibus. Alius videtur liber ab eo p. 561.

Kort onderwys in de Vroedkunde by vragen en antwoorden Leeuwaarden 1773. 8.

§. DCCCXCVI. GERMANI.

Epiſtolarum a doctis viris ad ALB. v. HALLER *ſcriptarum* T. I. prodiit Bern. 1773. 8. *, deinde ad quintum uſque eo anno & 1774. *. Varia chirurgica LUDWIGII, HÆNELII, SCHREIBERI MEKELII. J. GESNERI de TAYLORI encheireſibus. Cum ad cranium uſque in epilepticis inciſio facta fuiſſet, levamen adparuit, ut tamen, quotquot erant ægri, omnes ex inflammatoria febre paulo poſt perierint, pure ſub dura matre effuſo. GOTTL. EMANUEL HALLER, ALBERTI f., de rupto umbilico, ut peritonæum & inteſtina propenderent &c. SCHOBINGER de inſigni ſarcomate. Felices curationes HILMERI etiam in DRANII uxore. CYRI curatio cataractæ & acus teretes. Abſceſſus in cerebro hominis ratione ſua bene utentis.

J. ROHT, chirurgus, *vom auflaufen des Rindviehes und den Heilungen dieſes Uebels* Gotting. 1773. 8. *. Ut ventriculus pecoris certo & tuto aperiatur, tubulo in cultrum exeunte, & cis cultrum perforato. Nihil inde mali ſequi.

F. XAV. von WASSERBERG *Samlung nützlicher und angenehmer Gegenſtände aus allen Theilen der Naturgeſchichte, Arzneywiſſenſchaft und Haushaltungskunſt* Wien 1773. 8. *. Collectio. SCHIME de calculo duodecim unciarum ſola dilatatione urethræ exemto. Achillis tendo ſolo ſitu reconciliatus. HACQUET de curandis morſibus animalium.

J. W. BAUER *zwo chirurgiſche Wahrnehmungen bey einer Kopfwunde, u. in einem wahren Krebsgeſchwüre* Hersfeld 1773. 8. *. Os verticis a lapſu depreſſum & fractum, dura meninx in elevando læſa, nihilo ſecius ſervatus puer. Cancroſa & adhæreſcens mamma feliciter amputata.

J. AUG.

J. Aug. Bütefisch *kurze Anweiſung wie ein Lehrling in der Wundarzney ſich die vornehmſten Anfangsgründe bekannt machen kan* Braunſchweig 1773. 8. * pro tironibus; etiam medicamenta chirurgica.

J. David Homberg *chirurgiſche Krankheitsgeſchichte, welche die vorzügliche Heilkunſt der äuſſerlich gebrauchten peruvianiſchen Rinde beſtätigen* Francf. ad Viadr. 1773. 8. *. Ab optimo J. G. Hahnio vim gangrænæ oppoſitam corticis Peruviani pater noſtri didicerat: filius eam 17. hiſtoriis confirmat, etiam triplicis fracturæ cranii cum carie. Totos alveolares proceſſus delapſos reparatos fuiſſe. Alia cancroſa & gangrænoſa mala eodem cortice ſuperata. Digiti pars cum tendine evulſa, nullo ſuborto gravi ſymptomate. Sterni caries eodem cortice repreſſa.

Ejusd. *anatomiſche und chirurgiſche Fragen und Antworten* Breslau 1775. 8. *. Breve compendium anatomes & chirurgiæ. Paronychiæ epidemicæ. Ad unguenta plumbea animadverſiones: ceruſſam reliquis medicamentis plumbeis præfert.

Jodoci Ehrhard, phyſici Memmingenſis, *Samlung von Beobachtungen zur Geburtshülfe* Fr. und Leipz. 1773. 8. *. Medici artem obſtetriciam exercentis bonum opus. Varii ſitus obliqui fetus, a ſitu obliquo capitis diverſi, aliquando cum eodem conjuncti. Situs obliqui forcipe expediti. Quibus in caſibus eo inſtrumento utendum ſit, quibus præſtet pedes adripere, fetum invertere, quæ adminiſtratio a noſtro frequentius exercetur. Uterus ruptus, quod dexter humerus ad os pubis adliſus & fractus eſſet. Oblique poſiti fetus, ſervati expeditis humeris; neque enim ſemper ſufficere caput expediiſſe. Mortua, cui ob hæmorrhagiam graviorem fetus extractus fuerat. Obliquum uteri oſculum partum non impedire, niſi una ipſe fetus oblique poſitus fuerit. Inverſio in omni obliquitate utilis. Lentiſſimo & retardato partu metus lacerati uteri ſuperatus. Signa ejus periculi; neque abdomen diminuitur, neque dolores partum promovent, etiam acres & frequentes: eo in caſu oſſa pubis cum crepitu diſcedere. Periculoſi partus a præcedente placenta, & nonnunquam lethales. Fetus collo in partu prodeuns debet pedibus educi. Umbilicus præcedens: & brachium, & præter neceſſitatem, & fruſtra, brachium detruncari. Partus præcedente cubito: mento ad os pubis retento. Secundæ reſides: patientiam noſter commendat, neque ullum inde urgens eſſe periculum, & placentam nunquam abſque periculo evelli. Exſpectatione etiam retenta in fovea placenta ſolvitur. Partus difficilis a transverſis humeris, in quo caſu caput noſtro aperiri neceſſe fuit.

Ejusd. uterus in partu ruptus *N. A. N. C. Vol.* V. *obſ.* 50 ob hærentem humerum.

Frid. Theodor Oehme *Obſervation eines 20. Jahre lang in der Harnröhre ertragenen und mit dem apparatu minori ausgeſchnittenen Steines* Warſchau 1773. 8. *, etiam Polonice, & latine. Calculi in urethra ſenſim collecti, mobiles in principio mali, inde firmi & immoti, fiſtulas fecerant. Noſter urethram ſuper calculos incidit, glomerem lapillorum exemit, in maſſam biuncialem coacervatorum. Curatio facilis.

§. DCCCXCVII.

§. DCCCXCVII. Disputationes.

J. Christoph Heil *miſcellanea medico chirurgica* Erlang. 1773. 4. *. Nunquam Goulardi medicamenta ſuam ſpem deſtituiſſe.

J. Michael Meyer præſ. Isenflamm *de difficili in obſervationes anatomicas epicriſi* III. Erlang. 1773. 4. *. Oſſa pubis flexilia. Cranium deforme in ſene. Atheroma ingens de labio vulvæ reſectum.

Bernard Rust *de limitanda laude virtutis ſtypticæ balſami vulnerarii rubri* Dippelii & *olei martis per deliquium* Gotting. 1773. 4. *. Balſamum Dippelii ſanguinem non cogere, neque ſupprimere, ita neque ferri oleum, etſi ſanguinem aliquanto potentius cogat. Balſamum rubrum ſanguinem non cogit. Nimias eſſe Schulzii laudes.

Philip. Jac. Beyckert *de hernia ſcrotali* Argent. 1773. 4. *. Inteſtinum ſtrangulatum, lividum, repoſitum, omentum abſque vinculo injecto reſectum, felici eventu. Celluloſam telam rectius digito, quam cultro, de ſacco herniali removeri. Saccum aperiri debere.

J. Jac. Fucker *generalia medicinæ* Tirnau 1773. 8. *.

Christoph Mayr *obſervationes medicæ rariores* Wien 1773. 8. *. Inter eas cancer exulceratus mammæ, uſu interno & externo cicutæ perfecte ſanatus, ſic ſcirrhi.

Christoph Frid. Weber *de exſtirpatione teſticuli humani* Jen. 1773. 4. *. Ipſe manum admovit operi, ad Potti fere præcepta.

Car. Jos. Oehme *de morbis recens natorum chirurgicis* Lipſ. 1773. 4. *. Minutiſſime. Tumor capitis, abſceſſus, caries. Hernia cerebri anguſta vitta curanda. Spina bifida. Ancyloblepharon. Frenuli linguæ vitia. Hernia congenita. Atretæ feliciter apertæ. Volvulus.

J. Henr. Blumenthal *iſchuria hyſtero cyſtica* Leid. 1773. 4. *. Retentionem urinæ deſcribit, quæ fit in prægnantibus, parturientibus & puerperis, illæ quidem a fetu & utero veſicam comprimente, cui malo partim manu ſubvenit, ex conſilio Mottii, partim cathetere pene duplo longiori, novem pollicum, tum introducto peſſo. A partu uterus inverſus aut prolapſus poteſt iſchuriam facere: deque ejus indole noſter agit.

Jacob Verbrugge *de anevryſmate oblatæ notabili aortæ anevryſma divulgandi occaſione* Leid. 1773. 4. *. Primum de anevryſmate in univerſum, deque ejus curatione. Deinde caſus anevryſmatis in aortæ arcu per jugulum erumpentis, & denique lethali eventu diſſilientis. Sternum perforatum.

Jos. Thomas Phil. Henr. Duparc *de partu difficili* Monſpel. 1773. 4. *.

Franc. Durand *de lithiaſi* ib. 1773. 4. *.

§. DCCCXCVIII. Diaria.

In T. XXXIX. *Journ. de Medecine* Le Fevre læſa ſpina dorſi ab onere geſtato, inde paralyſis. Mors ab abſceſſu circa os ſacrum.

Ejusd. os ſpongioſum bubulum ex inteſtino recto eductum.

Peuffier fractura complicata oſſium faciei ſanata.

Molmy ex ambuſtione conglutinata duo labia vulvæ, ſcalpello ſoluta.

Guillemeau, medico chirurgus, de pluſculis hominibus a cane rabido demorſis: ſanati qui frictione mercuriali mature uſi ſunt, perierunt, qui in mare demerſi.

Sylvestre, chirurgus, fractura brachii, caries. Ea ſerra deleta æger ſanatus.

Charnaux, chirurgus: graviditas ventralis, oſſa fetus per anum ejecta, uterus ſanus, ſed alterum ovarium & tuba deſtructa, rectum inteſtinum perforatum.

Dourlen hernia incarcerata, inteſtinum gangrænoſum, omentum repoſitum.

Thomassin de luxatione pugni graviſſima ruptis ligamentis.

Poupart, omnino inflammationi oculorum aquam vegeto mineralem convenire.

Marie, medicus, abſque vulnere viſcerum vomitus ſanguineus in vulnerato, eventu ſalubri.

Thoyer vulnus capitis, cranium fractum, educta oſſamenta varia, felici eventu.

Maussion, chirurgi, partus inclavatus forcipe expeditus.

In *Vol.* XL. anonymus de puella a cane rabido demorſa, ſanata frictione mercuriali.

Godot, chirurgi, ventriculi ulcus, etiam in hepate, apertum, ſanatum.

Lempereur de iſchuria graviſſima ſanata.

Majault, chirurgus & medicus. T. XL. Inteſtinum ſtrangulatum gangræna tactum repoſitum & ſanatum.

Ej. T. XLI. fiſtula ani filo plumbeo curata, propriæ acus ope introducto.

Delagarde, medicus, de polypo uterino ad Levreti conſilium ligato & exciſo.

Gauthier, de Mageti, chirurgi, herniam curandi methodo, per cauſtica medicamenta, quæ olim ſola in uſa erant.

Monbalon de inteſtini ſtrangulati ab aliis morbis utcunque adfinibus diſcrimine. Jam de eo diximus.

In

In *Nov. Act. Phyſ. Med. Acad. Cæſ. Cur.* T. V. Noriberg 1773. 4. *.

Obſſ. D. C. H. v. MELLE, chirurgus & inciſor Petropolitanus: luxatio humeri & claviculæ, rupta ligamenta acromion cum clavicula conjungentia, nova articulatio & nova ligamenta orta.

JOH. FRIDERICUS CONSBRUCH, medicus Würtenbergicus.

Obſ. 21 ulcus cancroſum cum oſſis temporis carie conjunctum, ſeparatum externo cicutæ uſu.

CHRISTIAN RUD. HANNES.

Obſ. 32 calculus ſub lingua exciſus.

MELCHIOR ADAM WEICKART, medicus Fuldenſis.

Obſ. 39. de ſtruma a vomitorii medicamenti uſu diminuta.

FRANC. ZANETTI.

Obſ. 42 ſecundæ per menſem & ultra abſque noxa retentæ.

JAC. FRID. ISENFLAMM, prof. Erlangenſis.

Obſ. 49 parotidis ulcus ſalutare.

JAC. FRANC. DEMACHI, pharmacopola.

Obſ. 54 radicis bardanæ decoctum lithontripticum.

GUIL. HENR. SEBASTIANI BUCHHOLZ, medici.

Obſ. 57 hiſtoria hydrophobiæ funeſtæ a morſu canis rabidi natæ.

LUD. FRID. EUSEB. RUMPEL. IDEM qui p. 523.

Obſ. 64. glandula thyroidea ſcrofuloſa & anevryſma ſpurium.

GEORG FLOR. HENR. BRUNING.

Obſ. 65 de ileo, & ea occaſione de hernia incarcerata.

J. CASP. de RUEFF.

Obſ. 67 caſus alii funeſti, alii felices, morſus canis rabidi.

GERVAIS *obſ.* 70 calculus octo unciarum felici eventu exciſus.

In *berlin. Saml.* T. V. hiſtoria graviſſimi vulneris ſtlopetarii.

In ROZIER *tableau du travail annuel de toutes les Academies de l'Europe, ou obſſ. ſur la phyſique a.* 1773.

MACGRUDAN de morbo Pians (nempe primordiali lue venerea.) Cutis fungis morum referentibus effloreſcit.

In J. ENCYCLOPEDIQUE 1773. 12. *. Dec. dicitur de morbis oculorum pro JEANNINO adverſus DESCEMET.

In *Med. Comment.* II. n. 1. F. BELL fetus poſt fere 21. menſes exciſi.

THOMAS PERCIVAL poſt 22. annos fetum per alvum vidit egeri.

§. DCCCXCIX. Germani.

M. E. Bloch's *mediciniſche Bemerkungen* Berlin 1774. 8. *. Calculi fellei ex abſceſſu hypochondrii prodierunt, ut ſanitas ſuccederet. Cantharides herpeti utiliter impoſitæ. Palpebra inverſa ad genam adglutinata, bono eventu cultro ſoluta. Ex ira hydrophobia funeſta.

J. Emanuel Rothart *Beyträge zur practiſchen Arzneywiſſenſchaft bey dem Krankenbette gemacht* Gotha 1774. 8. *. Glandularum tumores ſtrumoſi, ſublimati mercurii uſu diſſipati.

J. Lebrecht Schmucker, primarii chirurgi exercituum Boruſſicorum, *chirurgiſche Wahrnehmungen I. Theil v. den Verletzungen u. Krankheiten des Haupts* Berl. 1774. 8. *. Egregium opus. Chirurgiæ ſtatum in Germania multo quam olim meliorem eſſe. Studia Cl. viri & labores. Frigida fomenta capitis vulneribus convenire. Multa exempla mortium vulneribus capitis ſupervenientium, a pure in pia matre effuſo, aut a gelatina, aut demum a bullis quaſi albumine plenis, aut a lympha ſemipurulenta. Proprii vulneris ſtlopetarii frontis hiſtoriam narrat. Alii eventus, etiam in graviſſimis malis feliciores fuerunt. Bonum ſignum eſſe, ſi duræ meningis motus ſuperſtes fuerit. Servatus cui globus tormenti majoris, amiſſa equidem velocitatis parte, calvariam percuſſerat, ut reſtituta valetudine nullum tamen ſtrepitum porro ferre poſſet. Sæpius, bonis cum ægri rebus, diſſecta dura mater. Apoſceparniſmus graviſſimus ſanatus. Pars cranii inciſa & elevata reconciliata. Ut ſaucius trium milliarium iter eodem die poſt pugnam abſolverit. Iterum os frontis integris velamentis a globo majori diffractum, ut ſaucius ſervaretur. Ut noſter vomitu repetito excitato paralyſin a pertranſeunte globo ſtlopeti natam ſuperaverit. Septimo anno demum mors, cum caries ab ictu calvariam conſumſiſſet, & pus ſub dura matre effuſum fuiſſet. De chemoſi; in qua hirudinibus noſter multum tribuit. Magna vulnera faciei & maxillæ ſuperioris. Atheroma colli reſectum: ſed plura oportet omittere.

Caroli Posch, chirurgi, *Beſchreibung einer ſehr bequemen Maſchine das Fuſsbette genannt* Wien 1774. 8. *. Lectulus in quo crus flexo genu quieſcit, facilis eſt ad partem læſam aditus, facilis tranſvectio ſaucii, & alia commoda.

J. Caspar Hellmann *der graue Staar und deſſen Herausnehmung* Magdeburg 1774. 8. *. Fuſe de cataractæ extractione, quam depoſitioni longe præfert, qui ipſe inter 50. ægros ea ratione curatos, 32. perfecte, 10. hactenus reſtituerit. Minute de cataractæ varietatibus, deque inſtrumentis. Wenzelii laminam ad ſuſtinendam palpebram ſuperiorem ſatis probat, tum viri dexteritatem. Cultellum vult lateſcentem & craſſeſcentem. Capſulam lentis præſtat ſeorſim aperire, lanceolata acu, & late in decuſſim diſſecare. Ut ab iride adnata capſula ſeparetur. Ne oculo æger permittatur uti. Vulnus tunica corneæ facile ſanari: prolapſum humoris vitrei non valde nocere; prolapſum iridis, & pupillæ ab inflammatione natam anguſtiam, noſter magis metuit. Præmagna & dura lens melius deponitur.

Multi

Multi poſt eductam cataractam, etiam eminus accurate vident. Ægrotorum quinquaginta hiſtoriæ. Malos eventus noſter non diſſimulat.

J. STEIDELE, chirurgi & obſtetricis minime malum compendium *Unterricht für die Hebammen* Wien 1774. 8. *. Cum pro obſtetricibus ſcripſerit, quas non oporteat inſtrumentis uti, omnino in tota arte de eorum adminiſtratione ſilet; eaque auxilia ſola docet, quæ manu abſque alio adminiculo poſſunt præſtari. Omne genus partus difficilis ſollicite exponit, ut ab ore uteri oblique poſito, ab anguſta pelvi, a malo ſitu fetus, a nimia alicujus partis mole, a præcedente placenta vel funiculo, ab aliis cauſis partus retardarus fuerit. Signa, diſcrimina, encheireſes plenius fere tradit, quam alius quiſquam. Amplæ pelvis pericula, etiam elabentis ſubito fetus mortes. Sæpe in difficili caſu, exſpectat mortem infantis, poſt quam collapſæ partes facilius expediantur: ſecundas retentas non facile manu adgreditur, multumque a natura ſperat.

G. GLADBACH, chirurgi caſtrenſis, *Geſchichte und Heilung einer ſieben und zwanzig jährigen äuſſerlichen Krankheit, welche durch den Aufenthalt eines Steins in der Harnröhre verurſacht worden* Gottingen 1775. 8.*. Anno jam 1746. urinæ ardorem purisque deceſſionem æger ſenſerat. Subnaſcebantur ſubinde tumores in perinæo, urethra pereſa pus fundebat, & reconciliatum malum recrudeſcebat. Denique inciſa urethra calculus bipartitus, unciæ pondere urethram obſtruens exemtus eſt. Tanta vero erat urinæ ad calculum gignendum facilitas, ut & urethra intus calculoſa cruſta obduceretur & catheterem ejusdem generis cruſta & intus obliniret & extus.

§. DCCCC. DIARIA.

In *Societatis medicæ Hafnienſis collectaneorum volumine* I. Hafniæ 1774. 8. *. J. HENR. SCHOENHEIDER cancrum labii ſanavit, medicamentis plumbeis.

HENRICUS CALLISEN ſinum falciformem duræ matris aperuit, neque quidquam inde malum ſecutum eſt.

A linctu canis rabidi infectio & hydrophobia, omnibus fruſtra tentatis lethalis.

SALOM. GOTTLIEB de MEZA poſt 28. paracenteſes femina hydropica demum mortua.

J. FRID. GABRIEL GOTTLIEB SIBBERN tumorem capitis aperuit, cariem cranii detexit, non difficulter ſanavit.

SEVERINUS ABILDGAARD vidit vomitum gravem ſupervenire, quoties chirurgus cyſticum frontis tumorem tentabat ligare.

J. PHILIP ROYERT de curatione ſimplici & felici in noſodochio puerperis deſtinato Hafnienſi. Ex 337. partubus 295. naturales fuerunt. Ad obliquum uterum refrigerantia adhibentur, & ſanguis mittitur.

H. Augustus Wrisberg in *Gott. Anz.* 1774. n. 42, & procul dubio in T. V. *Comm. Soc. Reg. Gott.* dixit prolapſum vaginæ, labia calculoſa cruſta obducta, calculum in abſceſſu, qui videtur per ulcus ex veſica elapſus fuiſſe. Tantum tamen malum ſanatum.

In *berliniſchen Samlungen* T. VI. Berlin 1774. 8. *. Bernardus Feldmann, celebris medicus Neoruppinenſis de curata ope decocti vulnerarii Paracelſi ani fiſtula.

Id. de luxatione femoris ſenſim facta ex metaſtaſi, ut videtur, tuſſis vehementis.

Geſchichte und Verſuche einer chirurgiſchen Privatgeſellſchaft zu Koppenhagen Hafniæ 1774. 8. *. Ea ſocietas præſide medico hic non nominato coaluit. Conſtituerunt diſputando ſe exercere & elaboratis diſputationibus, quibus præmia propoſita mereantur. V. der Breilie de talo exſtante exemto, tantoque malo faſcia 24. capitum ſanato. Sibbern cicutæ interno & externo uſu cancer mammæ mundatus, ſcirrhus cancroſus multum levatus. Bergen Grun morſum canis rabidi ſanavit, profunda inciſione, & multa ſuppuratione vulneris. Winslow ferulis Sharpianis abſque lectulo fracturam complicatam curavit. Garhof fracturam male circulari faſcia tentatam in gangrænam vidit abire. Einfeld, hominem ex hernia incarcerata laborantem ſervavit, cum gangræna præſto eſſet. Friese de tumore linguæ inſolito; eum inciſum, cataplaſmate cervici adpoſito curavit, ut quaſi cortex de lingua decederet. Capito Goulardi medicamento cancroſum ulcus ſanavit. Petersen de morte ſubita retulit, in hernia incarcerata poſt datum emeticum medicamentum ſuperveniente. Troester grave vulnus muſculi temporalis ſanavit. Mors poſt multa mala, cum veſica craſſa, tumor ſub ea clauſus & ren ulceroſus eſſet.

In *Journal de Medecine* T. XLI, Bouvet, chirurgi, calculus uterinus in cyſtide incluſus, cum chirurgus tumorem ligaret elapſus.

A. Figuet, chirurgus: uterus ab obſtetrice evulſus funeſto eventu.

Lassauzee, chirurgi, prelum ex lamina cuprea factum.

Chemery, chirurgi, plures calculi de veſica infantis educti: membrana veſicæ una deceſſit.

Jean Noe' partus difficilis cum colli uteri deſcenſu & vagina inverſa.

Genees en heelkondige proeven en aanmerkingen uyt de Philoſophiſche tranſaction Amſterdam 1774. Germanice etiam *auserleſene Abhandlungen practiſchen und chirurgiſchen Inhalts aus den E. tranſactionen* Lubek 1774. 8.

In *Medical Magazine* London 1774. 8. * compendium etiam chirurgiæ traditur.

In diario Cl. Rozier a. 1774. anevryſma arteriæ cruris funeſtum, ruptum, ſanguis in celluloſam telam effuſus.

Mediciniſch

Mediciniſch chirurgiſche Bibliothec Koppenh. 1774. 8. *. Ignotus auctor præter cenſuras librorum, non eas mitiſſimas, obſervationes etiam proprias admiſcet. In hoc priore volumine inciſio cadaveris feminæ hydropicæ reperitur, in cujus abdomine enormis 40. libr. tumor erat, exulceratus plenusque hydatidibus & ſteatomatibus.

§. DCCCCI. Disputationes.

J. Christian Huhn *obſervationes nonnullæ medico chirurgicæ ex India orientali* Erlang. 1774. 4. *. In fervida Bengala ulcera leviſſima facile in gangrænam tranſire. Caries venerea aqua phagedænica curata.

Claud. Hilar. Laurent *de uſu & abuſu inſtrumentorum in arte obſtetricia* Argentor. 1774. 4. *.

Joh. Gottfried Pfæhler *de calculis veſicæ urinariæ cyſticis* Argentorati 1774. 4. *.

Jac. Franc. Vidal *de hydrophobia ſ. rabie* Monſpel. 1774. 4. *.

J. Jac. Belletète, & auctoris, J. Matthæi du Frasne *E. ligaturæ polyporum uteri inſtituendæ nova methodus anteponenda* Pariſ. 1774. 4. *. cum icone inſtrumenti.

Mich. Phil. Bouvart & Thomæ le Tenneur, auctoris, *E. ulcus inveteratum ſi exaruerit arte renovandum* ib. 1774. 4.

Mich. Joseph Maiault & J. Jac. de la Porte, auctoris, *E. hydropi pectoris paracenteſis* ib. 1774. 4. *.

Multæ etiam theſes renovatæ ſunt.

Nicolai Pietre *E. ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica* ib. 1635. nunc iterum defenſa a Claudio Francisco Duchanoy ib. 1774. 4. *.

Theſis Antonii Joh. Duval *E. in omni partu operatio chirurgica* ib. 1742. nunc defenſa ab Alfonso Vincentio Lud. Antonio le Roi ib. 1774. 4. *.

